ſpiritualibus quod conſtat. ⁊ in tempali
bus quod alij negant. nihilominus dota
tio eccleſie in iuriſdictõibus ⁊ dominijs
proprietarijs tempalibus/et exercitiũ in
illis/necqꝫ eſſe de iure naturali neqꝫ eidem
repugnare videntur. Nam chriſtus neqꝫ
exercuit talia dominia. neqꝫ per expreſſuꝫ
ſucceſſoribus prohibuit. ſed reliquit po/
teſtatẽ/ eorum diſcretioni/ pro varietate
temporũ et deuotione chriſtianorum/ſic
vel ſic exercendi. ¶ Papa nõ poteſt ꝑuer
tere ordinem hierarchicũ vniuerſalis ec/
cleſie. ſic quin in multis caſibus liceret ei
dem reſiſtere ĩ facie ⁊ dicere. cur ita facis:
vrpote/in exemptionibus manifeſte no/
ciuis. Et ſi prelatos ⁊ eccl'ias ſibi ſubdi/
tas onerare ſumptib9 intolerabilibus: vl'
libertatibus penitus ſpoliare/ ꝯtenderet

Finiunt regule morales:

# Incipit compēdium breue et vtile. aliquarū materiarū cōmuniuꝫ ad fidem et doctrinā catholicam ſpectantiū/ quod eidem cancellario aſcribitur ſed nō apparet eſſe ſuum.

In iſto libello/eſt quedā breuis ⁊ ſummaria. vtilis tamen expoſitio. Primo de articulis fidei. Secundo decem p̄ceptorum legis. Tertio ſeptem ſacramentorū eccleſie. Quarto ſeptē virtutū. Quinto de ſeptem petitiōibus cōtentis in oratione dominica. Sexto de ſeptem donis ſpūſſancti. Septimo de octo beatitudinibus. Octauo. de vicijs/ tam nature ꝗ̄ voluntatis.

## Tractatus prim⁹ de articulis fidei. Et primo quid ſit ſymbolum ⁊ vnde dicatur.

Symbolū eſt omniū credendorū ad ſalutem ſpectantiū/compēdioſa collectio. Quoniā vt ait caſſianus libro. vi. quicq̄d per vniuerſum diuinorū voluminum corpus immēſa diffundiť copia/totum in ſymbolo colligiť/breuitate pfecta Diciť autem ſymbolū a ſyn quod eſt con et bule quod eſt ſententia. quaſi collectio ſententiarū. Vel vt alij volunt a ſyn quod eſt con ⁊ bolum quod eſt fruſtū. quaſi fruſtorum id eſt capitulorū vel pticularum fidei collectio. Secundū papiam ſymbolum eſt collectō aut pactum ſeu placitum quod fit homini cum deo.

## Quid ſit articulus fidei ⁊ vnde dicatur.

Est autē articulus ſm richardum de ſancto victore/indiuiſibiľ veritas de deo. artās nos ad credendum. ¶ Dicitur in dicta deſcriptione veritas indiuiſibilis. quia articulus nō diuiditur. ſed ſtat in eo indiuiſio credibiliū. Articulus enim de ſe inq̄ꝫtum articulus. nō eſt reſolubilis in articulos ſiue in credibilia. peruerſitate tamen hereſum inualeſcente/ quedam que cōiungebantur in ſymbolo apoſtolorū poſtea oportuit diuidi. Verbi gratia. Dicebāt quidam chriſtū non verum eſſe hominē neqꝫ vere natum. Alij autem dicebant vere natum. ſed non vere cōceptum de virgine ſed corpus attuliſſe de celo. Vñ ſancti patres vnum articulū/in duos diuiſerunt. vt vnus eſſet articulus de conceptōne. alius de vera eius natiuitate. Et conſimiliter in alijs ex alia cauſa diuiſis. Et ita ly indiuiſibilis/in quibuſdam articulis priuat actum diuiſionis et poſſibilitatem. in quibuſdam priuat ſolum actū. ſic ſcilicꝫ quia ſunt quidā articuli qui ſm aſſignatiōem apoſtolicam nō diuidunť. poſſunt tamē diuidi. Et ſunt quidam articuli qui neqꝫ diuidūtur neqꝫ diuidi poſſent. ¶ Et nota ꝙ in dicta deſcriptōne dicitur de deo. cum tamē articulus aliquis prima facie videať eſſe de creatura Verbi gratia. Carnis reſurrectōnem. Veruntamen om̄is articulus principaliter de deo eſt. vnde reſpectu articuli immediate tacti/dicit damaſc̄. Non credimus reſurrectionem futurā. niſi diuina virtute. ſcilicꝫ cooperante. Unde et hoc credit fides catholica. ſcilicꝫ promiſſam reſurrectōnem diuina efficiendā virtute. Et ſic patet ꝙ iſte articul⁹ de deo eſt. quia de diuina virtute/noſtrā reſurrectōem operante. Iſto modo omnes articulos qui vidētur eſſe de creatura. facile cōtingit reducere ad diuinam virtutē. et ita ad deum. ¶ Item in dicta deſcriptione dicitur artans nos ad credēdum. Et tamen voluntas libera eſt nec poteſt cogi vel artari. Sed q̄uis in volendo et conſentiendo non poſſit voluntas cogi/quia quo ad hoc libera eſt: pt tamen allici et trahi in ꝯgnoſcēdo. qm̄ ſi intellectui bñ diſpoſito/infundat ſeueritas ipm intellectuꝫ illuminās: neceſſe eſt veritatē ꝯgnoſcere. ⁊ ꝯ̄ſequēs allicere. ⁊

tunc trahit ad conſentiendũ agnite veri/
tati. Unde Aug⁹. Verba trahit ouẽ Hoc
modo artat nos articul⁹ ad credẽdũ Un/
de q̈dam artans id eſt trahens

## A Diuiſio ꝛ expoſitõ

articulorũ fidei Et primo primi.

D Iuidit autem ꝛ diſtinguit ſym
bolũ p̄cipue apoſtolorum in .xij.
articulos. ſm nũerum .xij. apoſto
lorũ q̈ contulerũt credenda. qꝛ
ipſi hoc ſymbolũ compoſuerũt. Scd̃m
alios vero diuidit in .xiiij. vt patebit ĩfra
¶ Unus articul⁹ et prim⁹ attribuit patri
ſm priorẽ modũ. ſex attribuũtur filio. et
q̈nqꝫ ſpirituiſancto ¶ Prim⁹ autem qui
attribuit patri eſt iſte. Credo in deum pa
trem om̃ipotẽtẽ creatorẽ celi ꝛ terre Ubi
primo nota differentiã inter credere deũ.
ꝛ credere deo ꝛ credere in deum Quia ſm
Aug. credere deo / eſt verbis ei⁹ ſiue ſcptu
re ſacre fidem adhibere Credere deum eſt
credere deũ eſſe. ſcꝫ quia eſt Credere in de
um eſt credẽdo deũ fide ꝛ affectõne. ſiue fi
de op̃ante p dilectõnem / tendere in ip̃m.
¶ Igit expone ſic. Credo in deum ſcilicꝫ
ſingulariter. qꝛ in vnũ deum. Unde deu
ter. vi. Audi iſrael domin⁹ deus tu⁹ deus
vn⁹ eſt. ¶ Patrẽ. qȯ hic pſonalit tenetur
qꝛ ſubiũgit filiũ eius In oratiõe vero do
minica tenet ly pater eſſentialiter vbi agi
tur de paternitate / vel adoptõis qua pat
nitate ipſa trinitas eſt pater bonorũ / vel
creatõnis / qua paternitate tota trinitas
pater eſt tam bonorum q̈ʒ malorũ. ſm illud
deutero. xxxij. Nũquid nõ ipſe eſt pat tu/
us q̈ poſſedit te ꝛ fecit ꝛ creauit te ¶ Om/
nipotentẽ appropriate. q̈uis enĩ fili⁹ ſit
omnipotẽs ꝛ ſpiritusſc̃tũs. omnipotens
tamen q̈n̄do ponit appropate / attribuit
patri. ſicut ſapiẽtia filio. ꝛ bonitas ſpiri/
tuiſancto ¶ Creatorẽ celi ꝛ terre. Ad lite/
rã ſumme nature / quã deſignat noĩe celi /
et infime. quã deſignat noĩe terre / ꝛ ſic ex
inde collige creatorem mediorum. Poſitis
enim extremis colligũtur media Uel per
celum ꝛ terram intelligat tam ſpũalis q̈ʒ
corpalis creatura pfecte formata / vt celũ
ſit inuiſibilis ꝛ ſpũalis creatura / terra au
tem omne corporeũ et viſibile Unde aliȯ
ſymbolũ exponens dicit factorẽ celi ꝛ ter
re / viſibiliũ omniũ ꝛ inuiſibiliũ. Et nota
ꝙ creare ſiue creatorẽ eſſe / poti⁹ ſonat po/
tentiã q̈ʒ ſapientiã vel bonitatem. qꝛ ope
ratio egredit a potentia ꝛ maxime virtu/
oſa Unde Johã. pmo Om̃ia p ipſum fa
cta ſunt Et in pſal. Om̃ia in ſapientia fe
ciſti Ideo appropate attribuit creare pa
tri ſicut ꝛ potentia / cũ tamen pater om̃ia
creet p filiũ coopante ſpũſancto / qꝛ indi/
uiſa ſunt opera trinitatis / ꝛ tote tres pſo
ne / vnus ſunt creator ¶ Et aduertẽdum
hic ꝙ per hoc ꝙ dicit deũ ſingulariter / de
ſtruit errores q̈rundam gentiliũ qui fin/
gunt plures eſſe deos qȯ manifeſtiſſim⁹
eſt error / qꝛ illo poſito / clare patet ꝙ nul/
lus eorũ ſit de⁹ Si enĩ plures ſunt / diffe
runt inter ſe per aliquid quod habet vn⁹
qȯ non habet alius Sic null⁹ eorum erit
ſummũ bonũ / qꝛ ſic null⁹ eorũ habet oĩa
bona / ꝛ ſic null⁹ eorũ erit deus / qꝛ de⁹ eſt
ſummũ bonũ qȯ cõtinet omnia bona. ad
rhoma. xi ¶ Itẽ per h̄ ꝙ dicit patrem / de
ſtruit obſtinatõem iudeorum. qui nõ atten
dũt diſtinctõeʒ pſonalẽ pr̄is ꝛ filij ¶ Itẽ
per h̄ ꝙ dicit creatorẽ celi ꝛ terre / deſtruit
errorẽ phorũ dicẽtiũ mundũ fuiſſe ab et/
no ꝛ deo coeternũ. ſicut dicit auguſt. ari/
ſtotelẽ poſuiſſe ꝛ platonẽ Item p illȯ idẽ
deſtruit errorẽ manicheorũ qui dicũt oĩa
corpalia / creata a deo tenebrarũ. ¶ Sed
ex iſtis oritur dubitatõ. Si enim credere
in deũ eſt tendere in eum fide opante per
dilectõnem vt dicitur ſupra / cum in pctõ
mortali exiſtentes nõ habeant iſtam fidẽ
ſic in deũ tendẽtem: videtur ꝙ nõ credãt
in deum / ꝛ ita mentiũtur ꝛ peccant quan
do dicũt ſymbolũ. quod graue eſt dicere:
Ad qȯ dicit ſm q̈ſdaꝫ. ꝙ ipſe peccator di
cit credo. ꝛc. nõ in pſona ſua ſed in pſona
eccl̃ie. Sicut ꝛ illȯ. lauabo p ſingl̃as noc
tes lectũ meũ ꝛc. qȯ niſi in pſona eccleſie
que in aliquib⁹ mẽbris per ſingulas noc
tes lachrymat diceret / eſſet mendaciũ in
ore malorum. immo etiã et multorum iuſtorũ
Et ſimilr̃ cum mulier dicit pſal. letat⁹ ſuꝫ
in his que dicta ſunt mihi ꝛc. incongrua
eẽt locutõ / niſi in pſona iuſti generaliter
loqueret ſiue eccl̃ie. Silr̃ hic in pſona ec
cleſie dr̃ Credo in deum ꝛc. ꝛ ſic nõ peccat
nec mentit Alij dicũt ꝙ exñs in pctõ mor
tali / nõ dicit ꝙ credat in deũ cũ dicit cre/
do ꝛc. ſed pfitet articl̃os fidei. Et ẽ ſenſus
Credo in deũ. i. pfiteor credẽdo eſſe deũ.
Et ita large ſumit hic credere Auguſt. ve
ro ſupra ſumit magis ſtricte.

## Expoſitio ſecundi articuli fidei.

Secund⁹ articulus principalis et primus eoꝝ qui attribuũtur filio eſt iſte. Et in Jh̄m xp̄m fi. ei. ⁊c̄. Et ſupple credo in Jeſum xp̄m. ⁊c̄. Que duo nomina/ frequẽter in nouo teſtamento coniũgunt̄. Quia vnũ eorũ ſcʒ ieſus exprimit eius deitatẽ. interpretatur enĩ ſaluator. et inq̄ntum deus ſpecialiter ſaluator eſt. Et reliquũ nomen ſcilʒ chriſtus exprimit humanitatẽ. quia interp̄tatur vnctus. et inq̄ntum homo vnctus eſt pre cõſortibus ſuis. ¶ Filiũ eius vnicuʒ id eſt naturalẽ nõ adoptiuũ Unde aliud ſimbolum/ determinando dicit. Et ex patre natũ. ⁊c̄. Uel vnicũ dicit. quia non eſt vnus filius inq̄ntum deus. ⁊ alius filius inq̄ntum homo. Sed idem xp̄s in duabꝫ naturis. ſcʒ deitate ⁊ humanitate. ⁊ trib⁹ ſubſtantijs. ſcʒ deitate anima ⁊ carne vnicus eſt filius. Unde auguſt. in eccl'iaſticꝭ dogmatibus Non duos filios fatemur ſicut ſepando naturas neſtorius tradit. ſʒ deum ⁊ hominẽ/ vnũ filium credim⁹. manentẽ in duabus ſubſtantijs. non tamen cõfuſis naturis. q̄uis enim duas habeat natiuitates. vnam qua naſcit̄ de matre. ⁊ vnam qua naſcit̄ ex deo patre/ tamen eſt vnicus filius nõ duo filij. Quando ego/ in conceptõne p viam generatõnis pceſſi a patre/ ⁊ ſic quadã natiuitate nat⁹ ſum in vtero. Secundo natus ſum de matre ex vtero. nec tamen pter iſtas duas natiuitates/ dicẽdus ſum duo filij ſed vnicus ¶ Seq̄tur dñm noſtrũ. Unde ipſe dicit math. vlti. Data eſt mihi om̄is poteſtas in celo ⁊ in terra. ⁊c̄. ¶ Per hoc etiã q̄ dicit Jeſum xp̄ʒ quod interp̄tatur ſaluator et vnctus/ deridet̄ hebetudo iudeorũ qui ſuũ meſſyam id eſt ſaluatorẽ adhuc futurum expectant. ¶ Per hoc etiã q̄ dicit filium vnicũ/ deſtruit hereſim ſabellianorum dicentiũ eandẽ pſonam eſſe patrem ⁊ filiũ. quod aptiſſimũ apparet mendacium q̄ ſm decurſum naturalẽ/ oportet q̄ inter patrẽ ⁊ filium pſonalis ſit diſtinctõ licet conformitas ſit nature ⁊ ſimilitudo. Quales eteni ſum⁹ nos. tales q̄ a nobis generãtur. Unde de ipſa diuina filiatiõe dicit̄ ad rhoma. viij. Accepiſtis ſpm̄ adoptionis filioꝝ. ⁊c̄. Et poſt pauca. Si ãt filij/ ⁊ heredes. heredes quidẽ dei/ coheredes autẽ chriſti. Et ad eph. i. Predeſtinauit nos in adoptõnem filiorũ per Jeſum chriſtum. Nullus enĩ ſeip̄m gignit. Unde cum idẽ ſit pater quod filius in ſubſtãtia. oportet q̄ alteritas ſit pſonaꝝ. ¶ Per hoc etiã q̄ dicit̄ dominũ noſtꝝ/ deſtruit̄. hereſis arrianoꝝ qui ponũt inequalitatẽ pſonaꝝ. Unde Johã. x. Ego ⁊ pater vnũ ſumus. Et ad hebre. i. qui cũ ſit ſplendor glorie ⁊ figura ſubſtãtie eius. Et ſm athanaſium. Equalis patri ſm diuinitatẽ ⁊c̄. Sicut enĩ pater dñs eſt omniũ ⁊ om̄ipotens/ ita eſt ⁊ filius. Quod expreſſius determinat̄ in alio ſimbolo vbi dicit̄/ omnipotens pater. omnipotẽs filius. quod tamen intelligat̄ ſm diuinitatem. Quãuis enim humanitati chriſti collata ſit omniſcientia. nõ tamen om̄ipotentia.

## Expoſitio tertii articuli fidei.

Tertius articul⁹ principalis et ſecũdus eoꝝ qui ptinent ad filium. qui determinat vtranq̄ʒ eius natiuitatẽ. ſcʒ in vtero et ex vtero Et eſt iſte. Qui concept⁹ eſt de ſpiritusancto natus ex Maria virgine ¶ Dic ergo. qui ſcilʒ xp̄s/ concept⁹ eſt de ſpũſancto id eſt opatõne ſpiritusſancti. vno eteni eodẽq̄ʒ momento/ ſegregata fuit illa caro aſſumpta/ a reliqua carne virginis/ opatiõe ſpiritusſancti. et animata anima ratõnali. et deitas eis vnita Unde nõ eſt putandũ q̄ ſit concept⁹ de ſpũ ſancto ſicut proles de ſemine paterno concipit̄. q̄ ſic tranſiſſet ſpũſanct⁹ om̄ino. mutat⁹q̄ʒ fuiſſet in carnem. ſicͭ paternũ ſemen tranſit in carnẽ plis/ amittens propriã ſpeciẽ/ qͦ eſt etiam ſolo cogitatu abhorrendiſſimũ. Unde ly de/ nõ denotat circũſtantiã cauſe materialis/ ſed poti⁹ cauſe efficientis Quamuis enim incarnatio filij dei/ ſit op⁹ toti⁹ trinitatis/ q̄ qͦ operat̄ vna perſona/ operant̄ omnes (eo q̄ indiuiſa ſunt opera trinitatis) ipſa tamen gratia/ mediante q̄ natura hũana vnit̄ diuine/ eſt donũ appropriatũ ſpũiſancto/ q̄ hec gratia appropriate pcedit a caritate ſeu a benignitate dei/ q̄ ſpũiſctõ appropiat̄ Nõ eĩ de⁹ iq̄tũ potẽs vel iq̄tũ ſapiẽs/ ſʒ inq̄tũ bon⁹ ⁊ benign⁹ noſtram redemptõem opatus eſt/ per incarnatõem filij dei. ¶ Dicitur igitur. qui

conceptus eſt de ſpiritu ſancto. non natu
raliter. ſed opatione ſpiritus ſancti ⁊ qua/
ſi ſcḋm appropriationē cauſe efficiētis In
quo verbo tangit̄ natiuitas eius in vtero
ſcilꝫ qua natus eſt de patre veniēs. nec ta
men recedens. De qua Mat. p̄io Quod
in ea natū eſt / de ſpiritu ſancto eſt Gloſa
Natum. i. conceptum. ¶ Dicitur poſtea
natus ex Maria virgine ſcꝫ natiuitate ex
vtero. de qua Luce. ij. Et peperit filium
ſuum primogenitū ⁊c̄. ¶ Per hoc autem
ꝙ ait: qui ꝯceptus eſt de ſpiritu ſancto. i.
opatione ſpiritus ſancti et nō opatione vi
rili/ deſtruitur hereſis hebeonitarū. qui aſ
ſerunt chriſtum ex Maria ⁊ Joſeph nupti
ali coitu eſſe conceptū. ¶ Per hoc etiam
quod ſubdit: natus ex Maria virgine vt
ſcilicꝫ de vera matre de qua materiā cor/
poris aſſumpſit/ deſtruit̄ error valentini
anorū dicētium de virgine chriſtum ni/
hil corporis aſſumpſiſſe. ſed per eam qua
ſi per fiſtulam tranſiſſe.

## ¶ Expoſitio quarti articuli fidei.

Quartus articulus p̄cipalis/
et tertius eorū qui ptinent ad
filium. ⁊ quidē deſcribit paſſi/
onis eius ſacramētum ſcḋm oīa que cir/
cunſtant mortem eius. vt eſt flagellatio.
crucifixio. ſepultura. ⁊ huiuſmodi. eſt iſte
Paſſus ſub pontio pilato: crucifix⁹. mor
tuus ⁊ ſepultus. ¶ Qui ſupple chriſtus/
paſſus eſt ſub pilato. i. ſub poteſtate pila/
ti. Pilato dicto pontio ſcilꝫ genere. quaſi
dicat nō rhomano. qḋ forte dicit ad diffe
rentiam alicui⁹ alterius pilati. ¶ Cruci/
fixus in quo diſtinguit paſſionem ſuā a
paſſione aliorū qui ſuſpendūtur in pati/
bulo. Quia ſcḋm yſido. patibulum prope
dicitur vbi homo ſuffocat̄ et ſtatim mori
tur. Crux vero vbi diu tortus/ tandē lan
guenti morte morit̄. vbi mors grauior et
productior eſt. Tamen multotiens vnū
pro alio ponitur ¶ Seq̄tur mortuus ve
ra morte. p diſſolutōnem ſcꝫ anime a cor
pore. diuinitas tamē ſemp coniūcta mā/
ſit vtrobiqꝫ. Unde auguſt. ſup Johannē
Uerbū diuinū ex quo hominē id eſt car/
nem et animā ſuſcepit/ nunqꝫ depoſuit.
Mors ergo/ ad tempus carnē et animā
ſepauit. neutrū tamē a verbo ¶ Et ſepul/
tus. non tamē vt alij corruptus et incine
ratus. Unde in pſal. Nō dabis ſanctum
tuū videre corruptōēꝫ ¶ Per hoc autem
ꝙ dicit paſſus crucifixus mortuus/ oſtē/
dit veram carnē vtpote ſenſibilem ⁊ paſſi
bilem habuiſſe. In q̄ eliditur error apol/
linariſtarū. qui dicunt eum ſenſu ⁊ carne
ſenſibili caruiſſe. cum tamē veriſſimā car
nem habuerit. ⁊ optime complexionatā.
⁊ ideo maxime paſſibilem. Nec abſorpta
fuit illa paſſio per vnionē deitatis. quia
in illa vnione (vt dicit damaſ.) ſuata fuit
vtriuſqꝫ nature proprietas. Nam quod
paſſibile/ manſit paſſibile ſicut humani/
tas. ⁊ quod impaſſibile/ māſit impaſſibi
le ſicut diuinitas Quinimo incōpabilit̄
penam grauiorē ſuſtinuit. qꝫ poſſet pur⁹
homo ſuſtiere. eo ꝙ prebebat ei illa vnio
robur et vires ad ſuſtinēdam tam amarā
paſſionem/ in qua purus homo q̄ eiuſdē
teneritudinis eſſet (vt dicūt) in initio paſ
ſionis defeciſſꝫ. Deſtruit̄ in hoc etiam er
ror illorū qui dicūt carnem illā in natu/
ram deitatis tranſiſſe. ⁊ ideo impaſſibilē
fuiſſe. Quos cōfutat hieronim⁹ in epiſto
la ad damaſum papam.

## ¶ Expoſitio quinti articuli fidei.

Quintus articul⁹ principalis ī
numero. ⁊ quart⁹ eorum q̄ ſpe/
ctant ad filiū ptinet ad redem/
ptionis eorum ſacramentū qui erant in
lymbo inferni cōcluſi ſcḋm ꝙ prophetaue
rat zacharias. ix. capit. Tu quoqꝫ in ſan/
guine teſtamenti tui/ emiſiſti vinctos tu
os de lacu in q̄ nō ē aq̄ Et ē iſte. Deſcēdit
ad inferna tertia die reſurrexit a mortuis
¶ Deſcēdit tm̄. ſ. in aīa deitate vnita. qꝛ
corp⁹ ī ſepulcro q̄euit. ⁊ deitas vbiqꝫ erat
Uñ ſine ea deſcēdere nō potuit ad īferna
. i. ad lymbū: ptē. ſ. inferni ſupiorē. q̄ deti/
nebāt̄ ſaluādi. quuſqꝫ debitū p̄mi pntis/ p
mortē xpi ſolueret̄. ꝙ āt dicit pſal. eruiſti
aīam meā ex īferno inferiori. nō eſt ꝯtrariū:
Dicit̄ ei ibi lymbꝰ īfern⁹ inferior reſpectū
aeris caliginoſi in q̄ vt in ſuo īferno affli
gūt̄ mō maligni ſpūs Uñ reſpectū illi⁹ ae/
ris q̄ ad ſitū. limbꝰ hoc ē ſupior ps īferni
dr̄ īfern⁹ īferior. ¶ Tertia die reſurrexit a
mortuis. vt p ſynodochen ps ponat̄ p to
to. vt videlꝫ ps illi⁹ diei paſceues q̄ mortu
us eſt/ pro vna die cōputet̄. ⁊ nox ſequēs
dñice. cui⁹ mane reſurrexit/ p die tertio

¶ Per hec autem verba deſtruitur error
eorum qui negant reſurrectionē noſtrā.
Negare eni noſtram reſurrectiōem/ eſt
quodāmodo negare reſurrectionem xp̄i
Sic eni arguit apl's pria ad Corinth.xv
Si chriſt⁹ reſurrexit/et nos reſurgem⁹.
Cum aūt ad deſtructionē conſequentis
ſequatur deſtructio antecedentis/ſi nos
non reſurgem⁹/neqꝫ chriſtus reſurrexit
¶ Et nota ꝙ ſm iſtam diſtinctionē ar-
ticlorum/ hec duo ↄiungunt̄.ſcilꝫ deſcen
ſus ad inferos et reſurrectio a mortuis.
quia iſte articlus dicit totū qd̄ chriſtus
nobis ꝑ ſuā mortē meruit.hoc aūt eſt re-
demptio in aīa.q̄ cōpleta ē ꝑ fracturā
inferni in deſcēſu ad iferos. et redēptio
in corꝑe que completa eſt in reſurrectio
ne per gloriam corporis.

## ¶ Expoſitio ſexti articuli fidei.

Sextus articul⁹ principalis ī nu
mero/ et q̄ntus eoꝝ q̄ ſpectant
ad filiū/ꝑtinet ad apertionem
loci beatitudinis.vbi ꝑ nobis
precurſor fact⁹ xp̄s aſcendit/pandēs iter
ante nos.et eſt iſte. Aſcendit ad celos ſe
det ad dexterā dei pr̄is oīpotentis. Aſcen-
dit igitur ad celos/ſm hūanitatē/vel in
q̄ntū hō qui vbiqꝫ eſt ſm deitatē. Aſcen
dit inqꝫ nō ſtatī poſt reſurrectionē.ſꝫ poſt
quadraginta dies/ q̄b apparuit ꝑ multas
vices/diſcipulis ſuis.vt fidem eoꝝ robo
raret apparitionib⁹.⁊ ꝓbaret glorioſam
reſurrectionē ſui corꝑis. qd̄ oculis ſuis
paulo ante diſcipuli viderant extinctū.
¶ Sequitur/ſedet ad dexterā dei pr̄is omi
potentis.i.eſt in eterna btitudine.ad quā
dexterā poſitur⁹ ē electos ſuos. vt dicit̄
math.xv. Et ſtatuet oues q̄dē a dextris
⁊c. Vel ad dexterā dei pr̄is.i.i iudiciaria
ptāte.q2 vt dr̄ ioh.v. Pr̄ oīm iudiciū de
dit filio. Et vtrūqꝫ notat cū dic̄ ſedet.q2
ſedere eſt q̄eſcentiū ⁊ iudicantiū.q̄ſi di
cat.pacifice gloriat̄.⁊ oīa quiete ⁊ pacifi
ce cū patre iudicat ⁊ diſponit.et iſte arti
cul⁹ d̄ſtruit illā hereſim q̄ negat eq̄litatē
pr̄is ⁊ filij. Et ſilr̄ illā q̄ dubitat de aſcen
ſione eius in celū. et ꝑ ↄſeq̄ns negat no
ſtram q̄ cauſat̄ ex ſua.ſic erectio mēbroꝝ
ſequit̄ ad erectionē capit̄. Vn̄ aug. Vis
aſcēdere ad celū.aſcēdentē tene. etenim
per teipm̄ leuari nō poter̄. Si ergo vis
aſcendere.mēbꝝ illius eſto q̄ ſol⁹ aſcēdit
Joh.iij. Nemo aſcendit in celū niſi q̄ de
ſcendit de celo filius hoīs qui eſt ī celo.

## Expoſitio ſeptimi articuli fidei.

Septimus articul⁹ principalis
in nūero.ſextus vo ⁊ vltim⁹ eo
rum/q̄ ſm iſtā aſſignationē ꝑ
tinent ad filiū.eſt de reditu ad
iudiciū.q̄m̄ vt dr̄ iohā.v. Pr̄ oē iudiciū
dedit filio.vt ſcꝫ ille q̄ viuus iudicat⁹ eſt
et exinde mortu⁹.iudicet viuos ⁊ mortu
os.et eſt ille. Inde ventur⁹ ē iudicare vi-
uos ⁊ mortuos. Inde ſcꝫ.id eſt poſtmodū
Vel inde.i.de celis quos aſcēdit.ventu-
rus ē ſcꝫ in die iudicij.iudicare viuos et
mortuos. Ad lr̄am.quia tūc ⁊ viui ⁊ mor
tui reperient̄ iudicādi. vt innuit apl's pria
ad theſſa.iiij. Et mortui q̄ in xp̄o ſunt re
ſurgēt primi.deinde nos q̄ viuim⁹ qui re
linq̄mur ſilr̄ rapiemur cū illis in nubib⁹
obuiā xp̄o in aera ⁊c. Illi tn̄ viui q̄ repe
rient̄ morient̄. ſed ſtatim ī momento re
ſurgēt.iudiciū cū reſuſcitatis recepturi
vbi nō puter̄ ꝑ tractū ⁊ morā tp̄is ſingu
loꝝ examinationē fieri.ſꝫ vno eodemqꝫ
momēto/et merita ſinguloꝝ diſcutiet ⁊
diſcuſſa iudicabit. Vn̄ aug. Nō eſt ī illo
iudicio ſingulorū hoīm viciſſim oꝑanda
diſcuſſio. ſed momētaneo diſcuſſu ſiml̄
omnia ſic ⁊ fecit ſic ⁊ iudicabit. Vel ali-
ter. Ventur⁹ eſt iudicare viuos.ſcilꝫ vita
gratie.et mortuos ſcilicet morte culpe.
¶ Vbi nota.ꝙ aliud ſimboluꝫ addit iſta
verba cum gloria. quia licet chriſtus in
forma ſerui/in qua iudicatus eſt ſit ip-
ſe iudicaturus/tamen in forma glorioſa
apparebit ⁊ in carne glorificata. Vel cuꝫ
gloria id eſt cum ſocietate glorioſa ele-
ctorum ſiml̄ iudicantiū. quia vt dicitur
yſaie.iij. Dominus ad iudiciū veniet cū
ſenioribus populi ſui et principibus eius
¶ Ex quo patet ꝙ quidā ibi iudicabūt
et non iudicabunt̄.vt perfecti qui omīa
propter chriſtū reliq̄runt et ſecuti ſunt
eū q̄ xp̄i in iudicando aſſeſſores erunt.
alij non iudicabunt/ ſed iudicabuntur
ſcilicet fideles/qui ſm opera ſua recipi-
ent iuxta diſcuſſionē/de qua habet̄ mat
thei.xxv. Eſuriui et dediſtis mihi mādu

care ꝛc. cum aliis ibidem tam̄ reſpectu electorum q̄ʒ reſpectu reproborum expoſitis. Judicabuntur enī quidam eorū ad gloriam / et quidā eorum ad penam. alii nec iudicabunt nec iudicabūtur. ſcilicet infideles. quia iam iudicati ſunt. Unde iohannis. iii. Qui non credit / iam iudicatus eſt.

## ¶ Expoſitio octaui articuli fidei.

Quinqʒ autē articuli ſequentes pertinēt ad ſpiritumſanctum / tam in ſe q̄ʒ in donis ſuis. In ſe dico. quia in octauo articlo in ordine omniū duodecim articulorum primo vero in ordine iſtorum quinqʒ / exprimitur perſonalitas ſua. et eſt iſte. Credo in ſpiritūſanctum. Et circumlocutiue loquitur Quando enī hec vox ſpiritusſanctus / capitur dictiōaliter / tunc ſolam tertiam perſonam in trinitate deſignat. Quando aūt vi orationis tenetur / eſſentialiter ſumit̄. et cōuenit toti trinitati ſcʒ deo. ¶ Et nota q̄ i alio ſimbolo / ad maiorē expreſſionem iſtius articuli / adduntur plura. ſcilicet in ſpūm ſanctū dominū et viuificantē. qui ex patre filioqʒ ꝓcedit. qui cū patre ꝛ filio ſil̄ adoratur ꝛ conglorificat̄. qui locutus eſt per ꝓphetas. Et hoc propter quaſdam hereſes que poſtea pullulauerūt. Impiiſſimi enim neſtorius ꝛ euthicius dixerunt ſpiritūſanctū eſſe ſeruum patris ꝛ filii ꝛ eis obedire / ſicut virtus quedam aliena ab eſſentia eoꝝ. nec dare vitā gratie / nec inſpirationē. et ideo additū eſt dominū et viuificantē. Et ad equalitatē ſignificandam appoſitū eſt / qui ex patre filioqʒ procedit. qui cū patre et filio ſil̄ adoratur et cōglorificat̄. Montanus autē quidā hereticus. et porphirius quidam alius poſt eū diſcipulis ſuis dixerunt, ꝓphetas nō diuino ſpiritu. ſed tanqʒ prophanaticos locutos fuiſſe. ſicut loquūtur energumini et arreptitii Et vt eorū error excluderetur addiderūt / qui locutus eſt per ꝓphetas. quia cum ſpiritusſctō inſpirante locuti ſunt ſancti dei homines.

## Expoſitio noni articuli fidei.

Nonus articlus in ordine principali / et ſecundus eorum qui ſpectāt ad ſpiritumſanctū. ſcḋm ſcilicʒ q̄ ſignat et vnit generaliter eccleſiam eſt iſte. Sanctā eccleſiā catholicam. ¶ Et nota q̄ illud qḋ ſequit̄ ſcʒ ſanctoꝝ cōmunionē adiungunt aliq̄ iſti articulo. alii vero adiungūt articulo ſequenti. Scḋm primū modū exponit̄ ſic. Credo / ſupple ſanctā eccleſiam catholicam / ſiue militātem ſiue triumphantē eſſe cōmunionem. id eſt cōgregationem vel ſocietatē ſanctoꝝ. Uel ſic. Credo ſanctam eccleſiam catholicam adhuc in terris militantē. et credo ſanctoꝝ communionem. id eſt ſanctorū ſocietatem in celo ſcilicet eſſe. hoc eſt eccl̄am triūphantē quaſi diceret. vtranqʒ eccleſiam credo. Uel credo ſanctā eccleſiam catholicam hoc eſt ſiue militantē ſiue triūphantem ꝛ credo ſanctoꝝ cōmunionē. id eſt ſuffragia ipſius eccleſie que communicamus. Uel cōmunionē. i. eucharīſtiā eſſe. ſcilʒ in altari. qḋ negāt albigenſes. ¶ Scḋm vero eos q̄ tantūmō ponūt iſtud ꝓ articulo ſanctā eccl̄iam catholicā / exponitur ſic. i. eccl̄iam vniuerſalē. Catholicon enī grece / latine ſignat vniuerſale. et dicit̄ eccleſia vniuerſal̄r ſcḋm boeciū / duabus de cauſis. Prima. ſ. q̄ eſt vniuerſal̄r ꝑdicata per q̄ttuor ptes terre. Uñ in pſal. In omnem terram exiuit ſonus eorum. Secunda cauſa quia articlos habet vniuerſaliter veros. quibꝫ ſcilicet nullū falſum poteſt ſubeſſe.

## ¶ Expoſitio decimi articuli fidei.

Decimus articul⁹ in ordine principali ꝛ tertius eorum qui ſpectant ad ſpūſanctū. ſcḋm ſcilicet effectū gr̄e contra pctm̄ eſt iſte Remiſſionē pctoꝝ ſcilicet credo. Et intelligat̄ general̄r de remiſſiōe pctōrum. ſiue que fit in baptiſmo. ſiue q̄ fit extra baptiſmū. ſic in penitētia. Tamē aliud ſymbolū nō videt̄ loq̄ niſi de remiſſione pctōrum q̄ fit in baptiſmo. Dicit enim confiteor vnū baptiſma in remiſſionem peccatorū. ſed hoc quod ibi ſpecial̄r dicit de baptiſmo fuit contra hereticos certos impugnātes ſacramentū baptiſmi:

Eſt ergo ſenſus Credo remiſſionē pecca
torum fieri. ſupple per deū. ſiue in bapti
mo triplici. ſcꝫ fluminis/flaminis et ſan
guinis/ſiue poſt baptiſmū in penitentia
¶ Scđm alios autē (qui vt ſupra tactū
eſt) iſtud adiungūt cū articulo pcedenti
vt ſcilicet ſit vnus articulus. eccleſiam
ſanctā catholicam/ſanctoꝝ cōmunionē/
remiſſionē peccatoꝝ. ſicut inferius lati⁹
dicetur. ſic expone. Credo eccleſiam ca
tholicam. id eſt vniuerſalē eccleſiā/habē
tem modo vel habiturā in futuro/cōmu
nionem ſanctorū. id eſt omnē vnionem
vel ſocietatem ſanctoꝝ. quando ſcilꝫ re
gnum militans/veniet ad regnum triū
phans. Et credo ſupple hanc ꝯſecutam
vel conſecuturā remiſſionē peccatorum
ſcilicet per eccleſiaſtica ſacramenta et bo
na opera. q̄ſi dicat. Credo peccata dimit
ti his qui ſunt de eccleſia fideliū et non
alijs. Quāuis enim deus p ſe dimittat
peccata/nō tamen dimittit niſi p pſen
tiam ſacramentoꝝ: niſi neceſſitas exclu
deret beneficiū ſacramenti. Prior tamē
mod⁹ exponēdi ꝯuenientior apparet.

## Expoſitio vndecimi ar-ticuli fidei.

Vndecimus articulus in ordine
principali/⁊ q̄rtus eorum qui
ſpectant ad ſpiritūſanctuꝫ: eſt
de ſpiritu inſufflante ſup inter
fectos veneno primi ſerpentis. de quo pdi
xit ezechiel ezechiel. xxxvij. A quattuor
ventis veni ſpūs et inſuffla ſup interfe
ctos iſtos et reuiuiſcant. et eſt iſte. Car
nis reſurrectiōem. et eſt ſenſus. Credo
ſpiritūſanctum/per reductionem ſpūs
creati ad corpus/facientem ſua virtute
carnis reſurrectionē. Quod etiā innuit
pſal. cum dicit Emitte ſpūm tuū ⁊ crea
buntur ⁊ renouabis faciē terre. ¶ In
qua reſurrectiōe credendū eſt idem cor
pus quod per mortē cecidit/ad eundem
ſpiritū. id eſt ad eandē animā rediturū
ſiue cuiuſlibet mēbri materia ad idē mē
brum in quo erat redeat vt exponūt ali
qui/ſiue eadē materia tota corporis rede
at ad totū corpus/nō tamen neceſſario
materia cuiuſlibet mēbri ad idē mēbruꝫ
ſcđm exemplū qđ ponit aug⁹. Qñ de ſta
tua enea fuſa/fit maſſa. ⁊ iterꝝ de eadem
maſſa fit ſtatua. vbi eſt oīmmoda iden
titas materialis et numeralis inter ſta
tuam priorē ⁊ poſteriorē. qꝛ materia eſt
eadē nūero ⁊ forma naturalr̄. ſcꝫ eneitas
et tñ forte qđ prius fuit materia pedis ī
ſtatua priori īfuſa/erit materia brachij
in ſtatua poſteriori. Et ſimilr̄ in pꝓpoſito
¶ Argumētū autē infallibile ꝙ reſurre
ctio erit quotidie habemus Unde dicit
petrus rauennas Crede te homo in mor
te poſſe reſurgere: qui anteꝙ̄ viueres ni
hil fuiſti. aut q̄re dubitas ꝙ reſurgaſ. cū
totum qđ in rebus eſt continue ſic reſur
gat? Sol eni occidit ⁊ reſurgit. dies ſe
pelitur ⁊ redit. mēſes anni. fructus. tem
pus. ſemina cum trāſeunt ipſa moriunſ.
cum redeunt ipſa ſua morte vireſcūt. Et
tu etiam quotiens dormis ⁊ dormiendo
euigilas/tecum q̄ſi moreris ⁊ reſurgis.

## Expoſitio duode-cimi articuli fidei.

Uodecimus ⁊ vltimus articu
lus in ordine principali: ⁊ q̄n
tus eorum qui ſpectant ad ſpi
ritumſanctū/eſt de ſpirituſan
cto. eternalr̄ electos pmiante. et eſt iſte
Uitā eternam. et eſt ſenſus. Credo vitā
eternam a ſpūſcō in pmiū electis colla
tam. ¶ In hꝫ etiā articulo mors eterna
docetur debere credi reprobis futura. q̄ſi
dicat. Credo vitā eternā pmiū bonorū
et mortē eternā ſuppliciū maloꝝ. ¶ Hec
aūt vita eterna/ꝯſiſtit ī ſtola anīe ⁊ cor
poris. Stola aūt anīe in tribꝫ cōſiſtit ſcꝫ
in māifeſta cognitiōe ſumme trinitatꝭ q̄
ſuccedit fidei Joh. xvij. Hec ē vita eter
na vt cogſcant te ſolū verꝝ deū ⁊ quē miſi
ſti ieſum xp̄m. Itē in pfecta ei⁹ fruitiōe
que ſuccedit ſpei. Itē in pfecta ei⁹ dile
ctione. qꝛ nō euacuabiť ſꝫ pficieť caritas
ipſius dei. Stola aūt corporis in q̄tuor
etiam ꝯſiſtit. ſcꝫ in agilitate. ſubtilitate.
claritate. in impaſſibilitate. De q̄bus
dicitť ſapiētie. iij. Fulgebunt iuſti ⁊ tanꝙ̄
ſcintille in arundineto diſcurrent. Si
igitur fulgebunt/ergo habebūt clarita
tem. Si iuſti/ergo habebunt immortali
tatem ſeu impaſſibilitatē. quia ſapie. i.
Juſticia perpetua eſt ⁊ imortlis. Si ſint
ſcintille/ergo habebunt ſubtilitatē. Si di
ſcurrent/ergo hēbunt agilitatem. Per
hunc articulū deſtruiť hereſis ponentiū

deum non curare facta hominũ ⁊ hereſis potentium animã interire cum corpore.

¶ Amen. Iſte terminus amen / q̃ñq3 tenetur aduerbialr̃. ⁊ ſic interp̃taẽ fidelr̃. ẜm aquilã. et ſonat tantũ ſicut ita fiat. Et ponitur deuterono. xxvij. Et dicet omis populus amen. Aliquando nominaliter aliquãdo verbalr̃. vt dari p̃t exemplum apocalip. iij. Hoc dicit amen. i. veritas. Uel amẽ. i. veritatẽ annũciãs. Et p̃t hic ſumi p̃mo vel ſcđo modo.

An ſint alia credenda vltra articulos.

Si autẽ queratur / an teneamur aliq̃ credere que nõ ſunt articuli. ſicut verbi gratia. fornicationẽ eſſe pctm̃ mortale. ⁊ ꝯſimilia. Dici debꝫ ꝙ ſic. Oportet enim multa credere q̃ nõ ſunt articuli. maxĩe ea q̃ articulos p̃cedũt. Credere enĩ deo nõ eſt articulꝰ. ſꝫ articulos p̃cedit. et tñ oportꝫ deo credere. qꝛ antecedit articlos Un̄ cum credere deo ſit credere verbis eiꝰ ſiue ſacre ſcripture q̃ dic̃ fornicationem eſſe mortale pctm̃. Patet ꝙ ꝗ̃uis nõ ſit articulꝰ / oportet illud credere. Et ſic qui negaret p̃cipia alicuꝰ artꝭ / diceretur heretícꝰ in illa arte. ſic q̃ negaret fornicatõnem eſſe pctm̃ mortale / vel aliq̃d qđ aſſerit ſacra ſcriptura. qđ quidẽ articulos fidei antecedit. hereticus ĩ fide deberet reputari.

¶ Unde ſumitur numerus ⁊ diſtinctio articulorum fidei.

Numerũ autẽ articulorꝫ ⁊ diſtinctionẽ ẜm p̃tactũ modũ exponẽdi ſic accipe. Cum enĩ credere habeamꝰ ꝙ deus ĩ ſua eſſentia vnꝰ ⁊ ſimplex / trinꝰ ſit in p̃ſonis. quibꝰ q̃dẽ p̃ſonis iuxta ſuas ꝓprietates p̃ſonales certe erga nos ⁊ nr̃am ſalutẽ attribuũtur op̃atiões p̃ticlares / q̃s etiã credere habemꝰ: inde inſurgit nũerꝰ ⁊ diſtinctio duodecim articulorꝫ fidei. iuxta duodecim q̃ ſic nobis de ipſis p̃ſonis diuinis credẽda incũbũt. Et qꝛ iuxta ip̃m modũ exponendi / vnũ attribuiẽ perſone patris. ſex vo p̃ſone filij. ⁊ q̃nq3 perſone ſpũſſancti. ideo duodecim articuli fidei aſſignanẽ. vnus reſpectu p̃ris. ſex reſpcu filij. ⁊ q̃nq3 reſpectu ſpũſcĩ. ¶ De vnico articlo q̃ attribuiẽ p̃ſone patrꝫ. ¶ Primꝰ enĩꝫ articulus q̃ vt tactũ eſt attribuitur patri. exprimit eius p̃ſonalitatẽ ⁊ omĩpotẽtiam / cum dicit Credo in deũ p̃rẽm oĩpotentẽ creatorẽ celi ⁊ terre. et hunc articulũ poſuit petrus. ¶ De primo ſex articulorꝫ attributorꝫ p̃ſone filij. ¶ Primꝰ vero ſex articulorꝫ q̃ attribuũtur filio exprimit eius p̃ſonalitatẽ: cum dicit. Et in ieſum xp̃m filiũ eius vnicũ dominum noſtrum. et hunc poſuit andreas. ¶ De ſecũdo ⁊ tertio. ¶ Secũdꝰ exprimit vtrãq3 eius natiuitatẽ: cum dic̃. Qui conceptus eſt đ ſpũſancto natus ex maria virgine. et hunc poſuit iohãnes euãgeliſta ¶ Tertius exprimit paſſionis ſue ſacramentũ: cum dicit. Paſſus ſub pontio pylato crucifixus mortuꝰ ⁊ ſepultus. ⁊ hũc poſuit iacobus maior. ¶ De quarto. Quartus exprimit eius deſcenſum ad inferos et ꝯſeq̃ntẽ reſurrectionẽ / cũ dic̃ Deſcendit ad inferna tertia die reſurrexit a mortuis. et hunc poſuit thomas. ¶ De quinto ¶ Quĩtus exprimit aſcẽſum ſuũ ad ſuperos et ianue celeſtis apertionem: cum dicit Aſcendit ad celos ſedet ad dexterã dei patris omnipotentis et hunc poſuit iacobꝰ minor. ¶ De ſexto Sextus exprimit eius iudiciariã p̃tatẽ: cum dicit. Inde venturꝰ ẽ iudicare viuos et mortuos. et hunc poſuit philippus.

¶ De quinq3 articulis attributis perſone ſpiritusſancti. ¶ Primꝰ vo q̃nq3 articulorum qui attribuiẽ ſpiritũſcõ exprimit eius p̃ſonalitatem: cuꝫ dicit Credo in ſpm̃ ſanctum. et hunc poſuit bartholomeus. ¶ Secundus exprimit eius ſanctificatiõem et vnionẽ qua in eo vnitur eccleſia: cum dicit Sanctam eccleſiam catholicam ſanctorũ communionem. et hunc poſuit matheus. ¶ Tertius exprimit eius remiſſionẽ ſiue iuſtificationeꝫ per generalem remiſſionẽ: cum dic̃. Remiſſionem peccatorum. ⁊ hunc poſuit ſymon chananeus. ¶ Quartus exprimit eius viuificationẽ per generalem reſurrectionem: cũ dicit. Carnis reſurrectionẽ. et hũc poſuit iudas thadeꝰ. ¶ Quintus et vltimus exprimit eternam eius premiationem: cũ dicit. Uitam eternã et hunc poſuit mathias. Ut clarius hec patent in figura ſequenti.

z ¶ **De quadam alia**
**diſtinctiõe articulorum fidei.**

EST z alia diſtinctõ quorundã
modernoꝝ. q̃ ſymbolũ in qua
tuordeci diuidũt articulos Di
uidũt enim primũ z tertiũ z q̃n
tum articulos ſupra poſitos/ quelibꝫ in
duos. nonũ v̓o z decimũ redigũt in vnũ.
put videtur diſtingui ſymbolũ nycenum
qḋ cantaꝛ in miſſa. ¶ Et ſꝫm hanc diſtin/
ctiõeꝫ ponũtur ſeptẽ articuli ptinẽtes ad
diuinitatẽ. z alij ſeptẽ ptinẽtes ad hũani
tatẽ. ſic ſcꝫ ꝗ ſymbolũ aut eſt de deita
te. aut de humanitate.

## De ſeptẽ articulis
**ptinẽtibus ad deitatẽ. Et prio de pmo.**
¶ Si aũt eſt de deitate. tũc pmus articu
lus eſt vnũ deũ tantũ eſſe. Et eſt iſte. Cre
do in deũ. Scḋs articulus eſt patrẽ eſſe
vnũ deũ creatorẽq̈ꝫ oim. Et eſt iſte. Pa/
trẽ omnipotentẽ/creatorẽ celi z terre. Et
vt ſupra tactũ eſt iſti duo articuli ſꝫm aſſi
gnatõem precedentẽ nõ ſunt niſi vnꝰ arti
culus. ¶ Tertius articulꝰ eſt. filiũ eiꝰ vni
cum eſſe vnũ deũ ſibi equalẽ. Et eſt iſte.
Et in Jeſum xp̄m filiũ eiꝰ vnicũ dñm no
ſtrum. ¶ Quartꝰ articulus eſt ſpiritũſan
ctũ eſſe vnũ deum ab vtroq̈ꝫ pcedentẽ. Et
eſt iſte. Credo in ſpiritũſanctũ. ¶ Quin
tus articulꝰ eſt deũ pctã dimittere/ his q̃
ſunt in eccleſia et habẽt cõionem eccleſie
z nõ alijs. Et eſt iſte. Sanctã eccliam ca
tholicã: ſanctoꝝ cõioneꝫ: remiſſionẽ pec
catoꝝ. Et ſic vt ſupra tactũ eſt cõiungũꝛ
iſti duo articuli in vnũ ſcꝫ nonꝰ z decimꝰ
¶ Sextus articulꝰ eſt deũ ſuſcitaturum
mortuos. Et eſt iſte. Carnis reſurrectõeꝫ
¶ Septimus articulꝰ eſt deũ eſſe remu/
neratorẽ bonoꝝ. Et eſt iſte. Uitã eternã.
Sub quo etiam cõprehendiꝛ deum eſſe
punitorem malorum.

## De ſeptẽ articulis
**ptinẽtibus ad hũanitatẽ.** ¶ Si aũt ſym
bolũ ſit de humanitate. tũc articulus pri
mus eſt q xp̄s cõceptus eſt de ſpũſancto
Et eſt iſte. Qui cõceptus eſt de ſpũſctõ.
¶ Secũdus articulus eſt filiũ dei natuꝫ
eſſe de virgine Maria. Et eſt iſte. Natus
ex maria virgine. Et vt ſupra tactũ eſt iſti
duo articuli ſꝫm aſſignatõem pcedentem
nõ ſunt niſi vnꝰ articulꝰ ¶ Tertius arti
culus eſt filiũ dei eſſe paſſum crucifixum
mortuũ z ſepultũ. Et eſt iſte. Paſſus ſub
pontio pilato: crucifixꝰ: mortuus z ſepul
tus ¶ Quartus articulꝰ eſt filiũ dei deſcẽ
diſſe ad inferos. Et eſt iſte. Deſcendit ad
inferna. ¶ Quĩtus articulꝰ eſt filiũ dei re
ſurrexiſſe a mortuis. Et ẽ iſte. Tertia die
reſurrexit a mortuis. ¶ Sextus articulꝰ
eſt filiũ dei aſcẽdiſſe ad celos ſedereq̈ꝫ ad
dexterã patris. Et eſt iſte. Aſcendit ad ce
los ſedet ad dexterã dei patris oĩpotẽtis
¶ Septimus articulꝰ eſt filiũ dei iudica
turũ bonos z malos. Et eſt iſte. Inde vẽ
turus eſt iudicare viuos z mortuos.

¶ Explicit tractatus primꝰ huius libelli
qui eſt de expoſitiõe articulorum fidei

# Incipit tractatus
**ſcḋs de decẽ pceptꝭ legis z eoꝝ expoſitõe**

CIrca tracta 7
tum de pceptꝭ legis ſum/
matim tangẽda ſunt. q̇d
eſt pceptum. Qualiter p/
cepta diſtinguãtur Expo
ſitio pceptorũ. De numero z ſufficientia
pceptoꝝ. Qualiter in ipſis pceptis ſeptẽ
capitalia: pinde alia pctã prohibeãtur

## De diffinitiõe pre
**cepti z eius expoſitione.**

DIffiniꝛ autẽ preceptũ ab aliq̃/
bus ſic. Preceptũ eſt impium
obligãs ad obſeruatõem rei vł
actus impati. Extrahiꝛ radica
liter hec diffinitio a diffinitõne precepti
quã dat augu. libro de v̓ginitate dicens.
Preceptũ eſt. cui nõ obedire peccatũ eſt.
¶ Diciꝛ in dicta diffinitõne obligãs ad
obſeruatõem ad drãm cõſilij. qḋ p ſe nũ/
q̃ꝫ obligat. vt dicit augu. q̃uis per accñs
id quod conſuliꝛ videaꝛ obligare. vtpote
ſi in caſu preceptũ nõ poſſit impleri niſi
fiat cõſilium. vt ſi nõ poſſim ſuſtẽtare pa
rentes. ſ. patrẽ z matrẽ/ niſi vendã omnia
tunc tenerer oĩa vendere. Quod quidẽ de
ſe cõſiliũ. nec obligat niſi in caſu p accñs
vt exemplificatũ eſt ¶ Et ſi obijciatur q
ſimilr obligat votũ ad obſeruatõem/ z ſic

L

conuenit ei precepti diffinitio Reſponde
Aliquid vouere eſt tātū cōſilij/nec quēꝗ̄
obligat/nullus enī contra ſuā voluntatē
obligat ad vouendū/ſed qui vouerit/ ob
ligat neceſſario ad reddēdum. Et hoc iō
eſt quia reddere votū eſt precepti/ſed vo/
uere eſt conſilij.

## De varia diſtincti one variaꝗ̄ aſſignatiōe preceptorum in tabulis legis

Diſtinctio autē ponit varia p̄/
ceptoꝝ Joſephꝰ enī dicit qnꝗ̄
mandata eſſe ſcripta in vna ta
bula ⁊ qnꝗ̄ in alia Orig. autē
ponit quatuor in vna ⁊ ſex in alia Augu.
aūt ponit tria in vna ⁊ ſeptē in alia/vtpo
te tria que ptinēt ad deū in p̄ma tabula/⁊
ſeptē que pertinent ad ꝓximū in ſecunda
Et hūc modum auguſtini/ſeqtur cōmu/
nis opinio. Qḋ enī augu. ponit tria eſſe
in vna tabula ⁊ ſeptē in alia/hoc magꝭ di
cere videt pro dignitate ꝗ̄ ꝓ ſcriptura. eo
ꝙ tria ptinēt ad dilectōez dei ⁊ ſeptem ad
dilectōem proximi. Unde ſi cōſiderētur
ipſe tabule ⁊ eaꝝ ſcriptura in ſe ſicut cōſi
derant hebrei ⁊ ioſephus/ſic vtraꝗ̄ tabu
la cōtinebat quinꝗ̄ mandata ſeu p̄cepta.
Si autē conſiderent ſm reſpectū ⁊ relati
onē coꝝ ad que dicta mādata ordinabāt
cum tria ordinētur ad deū ⁊ ſeptē ad ꝓxi/
mum/poterit tali fine ꝯſiderato/ dici tria
eſſe in vna ⁊ ſeptē in alia.

## a ¶ Expoſitio prece/ ptorum legis Et primo primi.

Nunc aūt accedēdū eſt ad expo
ſitōz ſinguloꝝ p̄ceptoꝝ Et cū
lex p̄ceptoꝝ poſita ſit ꝓpter trāſ
greſſiōes cohibēdas (vt pꝫ ad
Gal. iij.( ⁊ tripl'r tranſgreſſio fiat. ſ. corde
ore ⁊ ope. ⁊ hoc qdem tā quo ad deum. ꝗ̄
etiā quo ad ꝓximū/vt pfecta ſit cohibitio
trāſgreſſionis. pfecta ponit lex ꝓhibitio/
nis ⁊ ſic mandatorū ſeu preceptoꝝ ſubſe
qtur iniūctio. Et primo ꝗ̄tum ad deū ꝓ
hibꝫ primū preceptū cor ab idolatria. vt
deus ſcꝫ diligatur toto corde. Eſt enīꝫ de
colendo deo. Et colere deū. vt dicit gloſa
eſt ſeſe toto mētis affectu illi mancipare.
Et eſt iſtud. Non habebis deos alienos
corā me. Quaſi dicat Ne hēbis deū. nō
alienū. Exponēsꝗ̄ qḋ dixit deos ſubdit
Non facies tibi ſculptile. i. imaginē ſcul
ptā. quod vocat augꝰ idolū. neꝗ̄ ſilitudi
nē oīm q̄ in celo ſunt deſup/et que in ter/
ra deorſum. ⁊c. que expoſitō eſt verbi pre
cedētis Uel ſm Origi. ſculptile ſiue ido/
lū eſt/qḋ nō habet ſimilitudinē in natu/
ra ſicut cymera. Similitudo autē eſt coꝝ
q̄ aliquaꝫ hn̄t in natura ſimilitudinē. vt
imago homīs vel bouis ad veꝝ hominē
vel ad veꝝ bouem/qḋ videtur per hoc qḋ
ſeqtur que in celo deſup ⁊ que in terra de
orſum ¶ Sꝫ ex hoc videtur ꝙ ꝓhibeātur
imagines que ad literā ſculptilia ſunt/qꝛ
ſculpūtur. Sed rn̄detur ꝙ an̄ incarnatō/
nem quādo data fuit hec lex/ nulla in li/
gno vel ī lapide ſculpi potuit incorꝑalis
dei imago. qꝛ imago ſp̄us/fingi non po/
teſt. Et ꝓpterea ante incarnatiōem repro/
bande erant imagines. Sed qꝛ hoc fieri
potuit poſt incarnatiōem filij dei, ꝓpter h̄
ex tūc fieri concedūtur ⁊ ab ipſo quidē q̄
legem tulit ⁊ diſpēſare potuit ſcilicꝫ xp̄o.
Un̄ refert damaſ. ꝙ xp̄s abagaro regi mi
ſit in pāno imaginē ſuam. eo ꝙ pictor ab
eodē rege miſſus/ad depingendū imagi/
nē xp̄i/ nō poterat vultū eius pre clarita/
te intueri. vt eius ſingula lineamenta et
membra ꝓprie deſcriberet. Sed qꝛ hec rn̄/
ſio/nihil omnino apḋ vnū populū iude
um valeret quoniā noſtras imagines re/
prehendūt. ideo aliter dici poteſt. ꝙ non
ſimpliciť prohibētur oīno fieri imagīes.
Unde beda. Imagines fieri nulla litera
diuina vetuit. haꝝ eteni aſpectus multū
cōpunctōnis ſolet p̄ſtare cōtuētibꝰ. ⁊ eis
qui lr̄as ignorāt quaſi viuā de xp̄i paſſio
ne exhibēt recordatōem Salomon enim
inſtinctu dīno eas fecit in tēplo dei. Sed
oīno prohibētur fieri' ad hūc videlicet fi
nem vt adorētur ⁊ colātur. Unde ſeqtur
Neꝗ̄ adores neꝗ̄ colas ea. Ad adorādū
igitur ⁊ colendū ꝓhibētur imagines fieri
Nos aūt nō adoramus' imagines. ſed re
fertur honor ⁊ adoratō ad imaginatū. ſcꝫ
ad deū vel ad ſanctū eius cuiꝰ eſt imago.
vt dicit augu. lib. iij. de doctrina xp̄iana.
¶ Seqtur Nō adorabis neꝗ̄ coles Int
que ſic diſtingue. Non adorabis ſcꝫ vene
ratōne corpis. vt inclinādo eis vel genu/
flectendo. Neꝗ̄ coles ſcꝫ affectōne mētis
Unde gloſa Aliḋ eſt colere aliḋ eſt adora
re. Poteſt quis inuitus vel adulādo regi
bus idolatris/vel tormētis victus/ ado

rare. cum tamē ſciat idolū nihil eſſe. ⁊ ſic
nulla mētis affectiōe ad idolū moueri. et
ꝑ cōſequens nec colere. Colere eni eſt to-
to mētis affectu ⁊ ſtudio mācipari. ¶ Se
quit. Ego eni diſcretiue dicit. quaſi dicat
Ego nō alius. Sum dñs/ ⁊ iō timēdus
Deus tuꝰ ⁊ ideo diligēdus. Fortis zelo-
tes. i. diligēs amator. Vñ deut. v. Deꝰ tuꝰ
deus emulator viſitās. ſ. puniendo iniq̄
tates patrū ſcilicʒ non cuſtodiētium pre
cepta data in filios. i. puniēs etiā ipos fi-
lios. ſi patres iſta nō cuſtodierint. Puni-
unt eni quādoqʒ filij ꝑ peccato pr̄is tem-
paliter/ nō eternalit. Et ſic intellige illud
Ezech. xviij. Filius nō portabit iniqui-
tatē patris ⁊c. ſcʒ eternalr̄. Vel viſitās pec
cata patrū in filios etiā eternalit. Non āt
quia ſunt peccata patrū. ſed q2 ſunt pctā
filioꝝ imitātiū peccata patꝝ. Vſqʒ in ter
tiam ⁊ quartā generatōem. Hoc dicit. q2
quādoqʒ ſolent patres in tertiā ⁊ quartā
generatiōem viuere. et plerūqʒ filioꝝ vel
nepotū ſuoꝝ moleſtius ferre cruciatus ꝙ̄
ꝓpꝛios. Eoꝝ qui oderūt me. i. pctōrum
⁊ maloꝝ. Et cōtra faciēs mīam in multa
milia. i. in oēs. Et ponit ibi finitū nume
rū pro infinito. Diligētibus me ⁊ cuſto-
dientibꝰ precepta mea. Iſte terminus. et
ponit ibi expoſitiue. ꝑ id eſt cuſtodiētibꝫ
Qui eni diligit deū/ precepta eius ſeruat
Vnde Joh. xiiij Si q̇s diligit me ſermo
nē meū ſeruabit. ¶ Sed querit qualr̄ iſtō
poſſet dici primū preceptū. cū dilec:ō dei
dicat primū mandatū. Math. xxij. Hoc
eſt (loquēs de dilectōe dei) primū ⁊ maxi-
mū mādatū. Reſpondet ꝙ illō mandatū
de dilectōe dei idē eſt cū hoc p̄ꝛio ꝑ̄cepto
decalogi. Jubet enim primū preceptum
decalogi vnū deum coli ⁊ nihil ei in amo
re preferri. ⁊ ſic idem eſt. vel equipollet ꝑ̄
mo mādato. iuxta preallegatū. xxij. capi-
tulum Math. Vel poteſt dici ꝙ dilectio
ſpeciale mandatū nō eſt. ſed radix ⁊ ſtipes
ceterorū. ad quod ſcilʒ cetera mandata re
ducūtur. Vnde primū mandatū dicitur
nō ordine ſed dignitate. i. inter cetera pre
cipuū ⁊ maximū. cum oīa comp̄hendat.

a **Expoſitio ſecundi precepti.**

SEcundū preceptū cohibʒ os a
ꝑiurio. a blaſfemia. a mendatō
⁊ eſt iſtud. Non aſſumes in va
nū nomen dei tui. ſ. falſe vel ſuperflue. vel
doloſe ꝑ nomē dei iurādo. vel mētiendo.
vel ipſum nomē blaſfemando. vel ꝑuerſe
de deo ſentiēdo. ¶ Et ſi obijciat ꝙ ſm iſtā
expoſitōem/ iſtud ꝑtinet ad quintū prece
ptum ſecunde tabule. ſ. ad illud. Non lo-
quaris ↄtra proximū tuū falſum teſtimo
niuʒ. vbi agit de ꝑiurio. Dic ꝙ iurās fal-
ſum. dupl'r peccat. Primo. ſ. cōtra primū
ſuum. eū decipiendo. ⁊ iſto mō ex ꝑte ver
bi quod ordinatū eſt ad primū. ⁊ quo ad
hoc cadit ſub dicto quinto mādato ſeu ꝑ̄
cepto ſecūde tabule. Item ſecūdo peccat.
inuocando ad cōfirmatōem falſitatis vel
deceptiōis/ teſtē diui nā ꝟitatē. ⁊ iſto mō
peccat ī deū. ⁊ quo ad hoc habet ſub iſto
ſecūdo mandato ſeu ꝑ̄cepto ꝑ̄me tabule.
ſcʒ in iſto loco. ¶ Nec eni habebit dñs ho
minē inſontē. i. innocentē ſcʒ quin apud
deū nocētis penas exoluat. ſ. qui aſſum-
pſerit nomē dei fruſtra. Vnde deutero. v
Non vſurpabis nomē dei fruſtra. q2 nō
erit impunitꝰ qui ſuꝑ re vana nomen dei
aſſumpſerit. Vel nō habebit dñs inſontē
id eſt innocentē. hoc eſt a culpa immunē
eum q̇ aſſumpſerit nomen dei fruſtra. q2
vt habet eccl'iaſt. xxiij. Vir multū iurans
replebit iniq̇tate ⁊ non diſcedit a domo
eiꝰ plaga. ¶ Sed q̇d dicet de iſtis magna
tis ⁊ ſecularibꝰ/ q̇ cōſuetudinē hñt iuran
di. nūq̇d trāſgrediūtur iſtō preceptū ſeu
mandatū ⁊ peccāt mortalr̄. Aliq̇ ñ̃dent
diſtinguēdo. dicētes ꝙ ꝑiuriū multiplici
ter dr̄. ſ. indiſcreta iuratio. vtpote quādo
q̇s inutil'r iurat verū. vel qñ ſine delibe-
ratōe iurat. et tūc nō credunt eſſe mortale
peccatū. Nā tunc fit ꝑ̄ter preceptū. ſed nō
contra ꝑ̄ceptū/ niſi forſan nimia eēt aſſue
factio. Alio modo ſumit ꝑiuriū. vbi vel
quādo q̇s iurat cū deliberatōne illud qō
iuramēto nō eſſet aſſerendū/ imo nec ſim
plicit dicēdū ſeu loq̄ndū. ſed potiꝰ oppo-
ſitū. ⁊ tūc credit eſſe mortale peccatū. Alij
diſtinguūt dicētes/ ꝙ ꝑiuriū multipl'r dr̄
Vno modo falſa iuratio. q̇ ſi fiat ex igno
rantia/ adhibita tamē ꝓꝑius diligētia debi
ta: nō eſt peccatū. Sed ſi fiat nō adhibita
diligētia debita. peccatū quidē eſt ſed ve-
niale. Si aūt falſa iuratio fiat ſciēter. vt-
pote cū mendaciū iuramēto cōfirmatur.
tūc niſi tantū iocando fieret. ſemꝑ eſt pec-
catū mortale. Alio modo dicit ꝑiurium
trāſgreſſio iuramēti iā facti. qō ſi fuit lici

tum: ſemp eſt ipſa trãſgreſſio mortale pec
catũ. Si vero illicitũ. trãſgreſſio illi⁹ nõ
eſt peccatũ. ſed illud illicitũ ſciẽter iuraſſe
fuit peccatũ. Tertio modo dicit̃ periuriũ
indiſcretũ iuramentũ. qḋ ponũt (niſi alia
aggrauaret circũſtantia) veniale peccatũ
¶ Itẽ nomẽ dei patris/eſt filius. qꝛ ipm̃
patrẽ notificat. Nomẽ ergo dei in vanum
aſſumit qui ipm̃ xp̃m purã creaturam po
nit ſeu aſſerit. qꝛ ſic ponit ipm̃ eſſe vanũ
vel vanitatẽ Vñ ad rhoma. viij. Vanita
ti ſubiecta eſt oĩs creatura. Sed cum xp̃s
veritas ſit. vñ Jo. xiiij. Ego ſum via veri
tas ꝛ vita. nullaten⁹ poterit eſſe vanitas.
ꝛ ſic nec pura creatura. Quid ergo abſur/
dius q̃ȝ illã firmiſſimã veritatẽ ponere va
nitatẽ. ꝛ illud verbũ virtuoſum ſuſtẽtans
oĩa vt habet̃ ad heb. i. ponere vanũ ꝛ ſuſtẽ
tatũ. ¶ Deniq̃ȝ tertõ modo nomẽ dei aſ/
ſumit ille in vanũ q̃ nomẽ xp̃i. vñ d̓r xp̃ia
nus. ꝑ peccatũ vanũ reddit ꝛ mortuũ. No
men q̃ppe ſup hoĩes ſcriptũ vt viuant ipi
iuxta qḋ loq̃tur xp̃s apocal̃. iij. Et ſcribã
ſup eum nomẽ dei mei et nomẽ ciuitatis
dei mei noue hierl̃m. que deſcendit de ce/
lo a deo meo. et nomen meũ nouum

## Expoſitõ tertii pre

B Tertiũ p̃ceptũ ꝑtinẽs ¶ Ccepti
ad deũ/cohibẽs tranſgreſſionẽ
in ope eſt. Memento vt diẽ ſab
bati ſanctifices. i. ſanctũ ꝛ feria
tum habeas. ceſſando ab omni ope ſerui
li. ¶ Ubi nota. q̓ in q̃ȝtũ ſabbatũ deſigt
quietẽ interiorẽ a prauis affectiõibus/et
exteriorẽ ab oĩbus ſeruilib⁹: p̃ter illi⁹ diei
determinatõem/ morale eſt hoc p̃ceptũ ꝛ
ſcriptum in corde hũano. ſicut alia deca/
logi mandata ſeu p̃cepta. Natura eñi di/
ctat eſſe vacandũ aliq̃n quieti. ꝛ orõni. et
diuine laudi. Sed qꝛ tali die. ſ. ſabbato. ꝛ
a talib⁹ rebus groſſiorib⁹ abſtinere/nõ di
ctat cõſcia. ſed ſola exterior iuſſio diuina
q̃ȝtum ad hoc fuit cerimoniale hoc mãda
tum. ꝛ ſoluendũ. i. ſolui poterat. ¶ Circa
qḋ eſt aduertendũ. q̓ in dñica reſurrectõ/
nis dñice/ex ſtatuto eccleſie mutatum eſt
ſabbatũ in dñicam/ ne videremur iudai/
ſare. Quia ex quo veritas luxit. trãſijt leg̃
vmbra. ꝛ hoc quo ad cerimonialia. ¶ Et
ſi querat̃ quare alie iudeoꝝ feſtiuitates nõ
p̃cipiebant̃ in decalogo. Dic q̓ cetere eo/
rum feſtiuitates/fuerũt tantũ cerimonia/
les. nec ab oĩbus ſunt obſeruãde. hoc aũt
preceptũ/magis morale eſt q̃ȝ cerimonia
le/iõ in decalogo ad quẽ oẽs tenent̃ ſemp
precipiendũ erat. Seq̃tur deute. v. vñ ſu
mit̃ hoc p̃ceptũ. Sex eñi dieb⁹ facies opa
tua. ſeptimo aũt die q̃ eſt dies ſabbati nõ
facies in ea quicq̃ȝ opis. Et ſubdit rõem
p̃cepti. Sex eñi dieb⁹ fecit de⁹ celũ ꝛ terrã.
vt patȝ Geñ. i. ꝛ req̃euit die ſeptimo. non
quaſi laſſus. Sed ponit̃ ibi req̃euit ꝑ ceſ/
ſauit. ſicut d̓r apoc. iiij. Req̃em nõ hñt die
ac nocte dicẽtia ſanctus ſctũs. ꝛc̃. i. dicere
nõ ceſſabãt. Ita ſumit̃ in dicto paſſu re/
quieuit ꝑ ceſſauit. Nihil eñi vlterius fecit
nouũ cui⁹ nõ fecerit prius materiã vtpo/
te corpaliũ. vel ſimilitudinẽ. vtpote ſpiri
tualiũ. Opatur tñ adhuc quotidie crea/
ta gubernãdo. vt d̓r Joh. v. Pater meus
vſq̃ȝ modo operat̃ ꝛ ego operor. Circa qḋ
dicit augu. lib. iiij. ſup Geñ. Sic req̃euit
vt nouã creaturã vlterius cõderet nullã.
nõ vt que cõdiderat cõtinere ꝛ gubernare
ceſſaret. Et bñdixit diei ſeptimo. q̃ eſt di/
es ſabbati. ꝛ pro id eſt ſanctificauit eũ. i.
ſanctũ ꝛ celebrẽ eum hẽre voluit. vt ſcilicȝ
nõ fieret opus ſeruile in eo. ꝛ ſic nõ inter
dicit̃ opus charitatis. nec neceſſitatꝭ. Vñ
patȝ q̓ poterũt exhiberi eccl̃iaſtica ſacra/
mẽta. ſicut eñi poterãt circũcidere ſabba/
to. ꝛ nos etiam die dñica ſacramẽta poſſu
mus exhibere. ꝛ opa charitatis. vt elemo/
ſinas. ꝛ opa neceſſitatis exercere. vt bibe/
re comedere. (precepti.

## Expoſitio quarti

Hic quo ad deũ tria ponũtur p̃/ C
cepta. Quantũ autẽ ad primũ
ponũtur ſeptẽ ſequẽtia. quorũ
vnũ eſt affirmatiuũ/ꝛ ſex ſunt
negatiua. Affirmatiuũ autẽ ꝛ quartũ in
ordine principali. ſed primũ in his q̃ re/
ſpiciũt proximũ eſt illḋ. Honora patrem
tuũ ꝛ matrẽ tuam. Per qḋ mãdatũ natu/
ra q̃ corrupta eſt/ad ordinem naturalẽ re
uocat̃. Nec fuit neceſſe hm̃õi preceptũ da
ri parẽtibus reſpectu ſuoꝝ filioꝝ. Creſcẽ
te eñi virtute in filijs/decreſcit virt⁹ in pa
rentib⁹ ſm̃ naturã. ꝛ deficiẽti virtuti/de
bet̃ iuſte ſubſidiũ. Vñ quia minorat̃ vir/
tus ſeu vigor in pentib⁹/ꝛ auget̃ in filijs
datur p̃ceptũ vt filij ſubueniãt parẽtib⁹.
Nec fuit neceſſe dare hm̃õi p̃ceptũ pentí/
b⁹ de filijs/q̃ȝuis prio ipſi filij fuerũt im/

potentes. q2 natura etiam corrupta ad id
cogit. eo ꝙ naturalr̄ ſuccus aſcēdit a radi
ce ad ramos ⁊ nō ecōuerſo. Et Criſoſto.
Hoc eſt amor in hoīb⁹/ qd̄ eſt humor in
arboribus ¶ Ait ergo. Honora patrē tu
um duplici. ſ. honore. ⁊ reuerēdo. ⁊ neceſ/
ſaria ꝓbendo. Patrē tam ſpūalem q̄ȝ car/
nalē. Intelligit̄ etiā de patre deo q̄ potiſ/
ſime eſt honorādus. Vn̄ mal'. i. Fili⁹ ho/
norat patrē ⁊ ſeru⁹ dn̄m. Si ergo pr̄ ego
ſum vbi eſt honor me⁹? Et matrē tuā car
nalē. necnō ⁊ ſpūalem. ſ. eccl'iam. De q̄ ad
Gal'. iiij. Illa autē que ſurſum eſt hirl'm/
libera eſt. q̄ eſt mater nr̄a. Noīe etiā patrꝫ
⁊ mr̄is oēs ꝓximi intelliguit̄. vt dicit au
guſ. Vn̄ ſm̄ ipm̄ oīa vendēda ſunt ⁊ dan
da ꝓ paupib⁹ in extrema neceſſitate. qd̄ ſi
nō fit/ trāſgredit̄ iſtud mādatū. Si ergo
noīe patris ⁊ mr̄is/ oīs ꝓximus intelligi
tur/ ⁊ nobiliſſimū inter proximos ponit
ꝓ oībus. ſ. prēm ⁊ matrē. claꝝ eſt ꝙ illis p̄
cipue honor debet̄ ⁊ ſubſidiū ¶ Et vt fir
mius obſeruet̄ adhuc hoc p̄ceptū/ ſubiū/
git premiū dicēs. vt ſis logeu⁹ ſup terrā.
Nā eccl'. iij. Qui honorificat patrē ⁊ ma/
trē. vita viuet longiore. Juſtū enī eſt vt q̄
DE exceſſione cõtritiõis vtrum videlicet oporteat ipam cũ tota vita protendi/ maxime cum medicina nõ ꝓtẽdat̃ vltra morbũ/ dubitari poteſt. Sed dic ꝙ dolor contritiõis nõ finitur nec finiri debet in hac vita. imo ſicut infinita eſt offenſa in peccando. quia in deũ q̃ eſt infinitus. ita exigitur vt dolor de offenſa ꝓ modo poſſibili ſit infinitus. vt ſcꝫ eternitatẽ ſaltem vite hoĩs habeat. cum eternitatẽ ſimpliciter habere nõ poſſit Eo ꝙ nemo ſit q̃ ſemper viuat. Hoc eſt ſi in eternũ in hac vita viueret: in eternũ de pctõ dolere deberet. Inſuꝑ morbus pcti ꝗ̃uis euacuatus ſit quantũ ad culpã ⁊ reatũ/ ſemꝑ tamen manet ⁊ manere debet quantũ ad deteſtatõnem in memoriã ꝑpetrati delicti. vt dicit Hugo de ſancto Uictore Cum ꝗ̃ morbo protẽdit̃ dolor vt eius medicina. qui nõ eſt curãs morbũ preteritũ. ſed preſeruãs a futuro. ¶ De effectu vero cõtritionis. ⁊ an in cõtritione deleatur peccatũ anteꝗ̃ deueniat ad cõfeſſionem. inuenies in ſumma Raymũdi titu. de peni. diſtinct. i. que eſt de cõtritiõe pagra. Seq̃tur quis ſit effectus. Et paragra. qualiter autẽ hoc ſit intelligendum.

# De ſecunda parte penitẽtie ſcꝫ de cõfeſſione in generali.

DE confeſſiõe ⁊ ſatiſfactõne nõ eſt opus multa tãgere eo ꝙ diffuſe de his tractetur in ſumma Raymũdi. Nota tamen q̇d ſit confeſſio. An ſit neceſſaria ad ſalutẽ. Et an cadat ſub precepto. Et ſub quo. Cui facienda eſt. Quantũ differri poſſit

# Quid ſit confeſſio in ſpeciali.

DIffinit̃ autẽ ſic confeſſio. Confeſſio eſt legitima coram ſacerdote peccatorũ declaratõ. Dicit̃ in iſta diffinitõne peccatorum declaratõ. contra illos qui peccata ſua celando vel ea excuſando occultant. Dicit̃ peccatorũ cõtra eos qui recitãt bona ſua in cõfeſſione. vel qui cõfitẽtur per abnegationẽ peccatorũ. vt nõ ſum adulter. nõ ſum homicida ⁊ huiuſmodi. Dicitur corã ſacerdote. ſcilꝫ qui clauem habet ⁊ poteſtatẽ ſoluendi. nõ corã quolibꝫ

F

de populo. Poterit tamen in neceſſitate. vt in ꝑiculo mortis/ coram nõ ſacerdote fieri. Legitima dicit quod importat om nes cõditõnes que exiguntur ad verã con/ feſſionẽ. quas quere in ſumma Raymun di titu. de pe. diſtinct. ij. que eſt de cõfeſſi/ one pagra. ſequitur que ſunt neceſſaria ad veram confeſſionem.

## An confeſſio ſit neceſſaria ad ſalutem.

PRopter eos qui dicũt cõfeſſio nem nõ eſſe neceſſariã ad ſalu/ tem/ eo ꝙ nõ cadat ſub aliquo precepto diuino. Ut patet di/ ſcurrendo ꝑcepta decalogi Exodi. xx. No tandũ eſt ⁊ inuiolabiliter obſeruandũ. ꝙ abſqꝫ vocali cõfeſſione vel ſigno quod lo co vocis ſufficiat. non eſt ſalus. dũmodo cõfeſſor haberi poſſit. Eo ꝙ dicit Amb. Non poteſt quis a peccato iuſtificari/ ni ſi peccatũ fuerit cõfeſſus. Et cõcedendũ eſt ꝙ ſub precepto cadat ſicut om̃e neceſ/ ſariũ ad ſalutẽ. ¶ Sed attendendũ eſt ali quid ſub ꝑcepto cadere dupliciter ſcilꝫ vel principaliter explicite. vel ſecũdario ⁊ ĩpli cite Primo modo cõfeſſio non cadit ſub ꝑcepto. Eo ꝙ nõ inueniatur expreſſe in ali/ quo decẽ mandatoꝝ ſeu ꝑceptorũ. Cadit tamen ſecũdario ⁊ implicite ſub ꝑcepto. ⁊ dici poteſt ꝙ ſub illo ꝑcepto. Honora patrẽ tuũ ⁊ matrẽ tuam. Ubi precipitur honor ⁊ obediẽtia facienda matri eccl'ie. Quia igitur eccleſia ſtatuit ⁊ ꝑcepit con/ feſſionẽ homini fieri Ex cõſequẽti. in mã dato illo ꝑcipi videtur. vt homĩ fiat con/ feſſio. ¶ Ubi autẽ confeſſio inſtituta ſit ⁊ precipiatur ab eccl'ia. Require in ſumma Raymũdi ti. de peni. diſti. ij. que eſt de cõ feſſione pagra. Cui ſit.

H

## Cui ſit faciẽda co(feſſio

QUi autẽ facienda ſit confeſſio. in ſumma ꝑdicta Raymũdi di citur. Uerũtamen breuiter dici poteſt ꝙ ſoli ꝓprio ſacerdoti eſt facienda. qꝛ ille ſolus habet poteſtatẽ ab ſoluendi ſuos ſubditos. preterqꝫ in caſi/ bus ſpecialibꝫ. ſcꝫ cum dñs papa vel eps in dyoceſi ſua/ dat proprio ſacerdoti ad/ iutores. ſicut facit cũ trãſfert ꝑtãtem ſuaꝫ in penitentiarios ſuos. vel ordinat aliqꝫ qui predicãdo/ ⁊ exemplũ bone vite dan/ do/ moneãt populũ ⁊ eos quos monue/ rint audiant ⁊ abſoluant. Uel cum plebs multa eſt ⁊ nõ ſufficit propriꝰ om̃es audi re. tunc põt epiſcopꝰ dare coadiutores ¶ Sunt ⁊ alij caſus. ſcꝫ cum ſacerdos licen tiat ſuũ ſubditũ vt alij cõfiteatur. Et cre/ ditur ꝙ tenetur licẽtiare in ſequẽtibꝫ caſibꝰ ſubditos. Et ſi nõ licẽtiauerit/ poteſt ſub ratihabitõne alicuiꝰ peti. Scilꝫ cũ quis habet indiſcretũ ſacerdotẽ. Item cũ ꝓba biliter credit ꝙ reuelet confeſſionẽ ſuam. Item cũ quis fornicatus fuerit cum filia ſorore matre vel cõcubina proprij ſacer/ dotis. propter qđ incurrere credit eiꝰ odi um ſi confiteatur ei. Itẽ cum ꝓbabiliter cre/ dit ꝙ velit inclinare animũ cõfitentis ad cõſenſum mortalis peccati. Itẽ cũ quis occultus hereticus deꝑhenditur. Itẽ ſm aliquos cũ propriã ouem ꝯgnouerit In huiuſmodi caſibꝰ peti poteſt licẽtia pro/ prij ſacerdotis. ne cõtemni videatur. Et ſi nõ dederit/ creditur vel ꝙ maior adeundus ſit. vel aliquibꝫ illorũ qui a ſuꝑiore ſuo vel dño papa potentiã abſoluẽdi acceperũt/ confiteri poſſit. Eo ꝙ fatuitas iudicare/ tur cõmittere ſe diſcrimini. ꝑſertim cum om̃ibus cõtradicentibꝫ poſſim cauere ꝑi culum in corꝑe Et fatuũ eſſet dicere ꝙ ali quo caſu tenerer ſequi eũ qui me vult pre cipitare in mente. ¶ Sũt ⁊ alij caſus in quibꝰ non oportet expectare nec adire ꝓ/ priũ ſacerdotẽ. Ut cũ quis peccauerit in parrochia alterius. vbi ratõne delicti ef/ ficitur de iuriſdictõne eius in cuiꝰ parro/ chia peccauit. Itẽ cũ quis mutauerit do miciliũ. ⁊ in alterius parrochia habitat. Item ſi eſt vagabundꝰ ꝑ terras. Item cũ eſt in articulo mortis. In q̃ caſu ſiue ha/ benti claues ligatas. ſiue ſolutas licet cõ/ fiteri. ¶ Sed hic attende ꝙ Raymundꝰ ⁊ alij valde magni dicũt/ ꝙ cum ꝓprius ſa cerdos dat ſuo parochiano licentiã/ vbi voluerit confitẽdi. oportet illũ parochia num aliquẽ adire habentẽ generalẽ pote ſtatẽ confeſſiões audiendi. Eo ꝙ ipſe ꝓ/ prius ſacerdos parochianũ ſuũ licet poſ ſit de confitẽdo alteri licẽtiare. Non po/ teſt tamen illũ alienũ ſacerdotẽ licentiare ꝙ talem poſſit confeſſionẽ audire. niſi ac cepta ab ordĩario poteſtate. Et tamẽ nos paſſim videmus/ ꝙ plebani aſſumũt ſibi in adiutoriũ multos qui nũqꝫ licentiati fuerunt ab aliquo ordinario. Unde vult

et ſcribit Magiſter.vi. de trano in ſum/
ma ſua de titulis.ꝙ a iure in ordinatōne
data eſt eis poteſtas abſoluēdi.⁊ hanc re
cipit quilibet in ſui ordinatōe. Unde cū
aſſumūtur a plebanis in adiutoriū/ poſ/
ſunt ſm ipm confeſſiōes audire. Nam cū
a iure licentiā habent.nō egēt licentia or
dinarioꝝ. ¶ Ceterū de verbo quodā qd
dicit ipſe.vi.de trano ti.de penitentia
de gradibus peccatoꝝ. videlicet
ꝙ vſus contra naturā/execrabiliter fit in
meretrice.ſed execrabilius in vxore Dubi
tatio orit apud magnos eo ꝙ ipſe.vi.per
verbū predictū videtur velle/ꝙ ille vſus
etiā cum vxore propria.ſemꝑ mortale ſit
quod aliqbus nō placet. Dicunt eni qui
dam ꝙ propt neceſſitatē vtpote propter
nimiā pinguedinē/vel apoſtema vel vul
nus in ventre/dummō fieret in debito va
ſe ſi cognoſceret vir vxorem mō incōſue/
to.excuſabit vir a peccato. dūmodo cau/
ſa prolis habēde hoc fieret. Et vocant il/
li vſum cōtra naturā ſolum quādo qs nō
ea parte corpis vtitur que ad generandū
inſtituta eſt ſed alia. Magiſter Alexāder
de Ales dicit ꝙ peccat vir ſi vxorē ſuā mo
do brutali cognoſcēdo. nec neceſſitas ex/
cuſat a toto licet diminuat quātitatē pec
cati. Unde grauiter peccarꝫ ⁊ vt creditur
mortaliter ſm ipm q ſic cognoſceret/ nul
la exiſtēte neceſſitate. Magiſter Albert9
dicit ꝙ nihil eorū que facit maritus cum
vxore/ſeruato vaſe debito/eſt ſm ſe mor/
tale peccatū .ſed poteſt eſſe ſignū cōcupi/
ſcētie mortalis ſcꝫ quādo nō ſufficit mo/
dus quē natura determiat.ſed habēt mo
dos brutorū animaliū. nulla exiſtēte ne/
ceſſitate. Unde ſm ipm quādo alter coꝝ
nimis pinguis eſt.vel quādo cōtingit vē
trem mulieris apoſtemari vel impregna/
ri.ita ꝙ anteri9 non eſt membrū applica/
bile.tūc cauſa ꝓlis habēde.vel cauſa red/
dendi debitū.vel cauſa fornicatōnis vitā
de/nō eſt prohibendū aliter cōuenire.ni/
ſi dumtaxat vbi nulla precedēte neceſſita
te.ſed tantū ex libidine fieret Iſtud tamē
non expedit populū ſcire.

## D Quantū poſſit cō/

feſſio differri.

Quātum autem differri poſſit
confeſſio/apud aliquos dubi/
tatur. Dicūt enim aliqui ꝙ cō
feſſio differri poteſt ſine peccato vſqꝫ in tē
pus determinatū. Et ꝙ confeſſionē face/
re nō ſic eſt preceptū ꝙ oporteat quolibꝫ
tempore fieri. Sunt q diſtinguūt Quia
aut ille qui peccauit/ nondū eſt cōtritus
ſed manet adhuc in mortali peccato. Et
tūc non cōfitere data oportunitate. ſicut
nō cōuerti.vel non cōteri.eſt ei omi hora
peccatū. Sed nō nouum peccatū.immo
aggrauatō prioris Eo ꝙ diuturnitas ſit
circūſtantia aggrauās peccatum. Si au
tem ille q peccauit iam ꝯtritus eſt Dic ꝙ
tenetur cōfiteri aliquādo. ſed nō tunc. vl
tunc. Et ex precepto ecclie infra annū iu
xta formā decretalis. Omis vtriuſqꝫ. Ex
ſi nō confitet/peccat mortaliter. propter
inobedientiā factam matris ecclie. Un/
de illud preceptū de confitēdo non obli/
gat ſub pena mortal. dūmodo fiat infra
tempus ſtatutū.ſi tamē homo ſemꝑ con/
teratur. Sed qd ſi ante tempus ſic ad cō/
fitendū ſtatutū/contingat aliquē anteqꝫ
cōfiteatur ſubito mori.nec habuerit tem
pus cōterendi de trāſgreſſiōe diuini pre/
cepti. quo iubet aliquando cōfeſſionem
facere.eo ꝙ ſit morte preuentus: Puta ꝙ
damnat tanqꝫ legis diuine tranſgreſſor.
Eo ꝙ in quo inſtāti prius fuit ſoluendo
id eſt potēs ſoluere confeſſionē. quia po/
tuit cōfiteri vel dolere ꝙ nō fuit cōfeſſus.
Sed in vltimo inſtanti iā factus eſt trāſ
greſſor. Hoc tamē non intelligat de eo q
ex cauſa confeſſionē differt. vt ſcꝫ habeat
confeſſorē diſcretiorē. vel alia vtili cauſa
dūmodo diligentiā apponat vt habeat.

## ¶ De tertia parte

penitentie ſcilicet ſatiſfactōne.
DE ſatiſfactōne breuiter dicen/
dum eſt. Et primo qd ſit. Que
eius partes. An neceſſe ſit ip/
ſam fieri in charitate:

## Quid ſit ſatiſfactō

in ſpeciali.

Diffinitur autem ſic ſatiſfactō/
ſm Grego.a magiſtro in quar
to libro ſentētiaꝝ. Satiſfacere
eſt cauſas peccatorū excidere.⁊ earū ſug/
geſtionibus aditū non indulgere. Et vo
cat cauſas peccati/ occaſiones alliciētes
ad peccandū. Quarū quedā propinque
ſunt peccato. Et he ſunt in noſtra ꝑtāte.

J vt eas poſſum⁹ amouere vel excidere Ue
bi gratia. Cena ſplendida/ cauſa propin
qua eſt luxurie. vt Jerem. vi. Saturaui
eos ꝛ mechati ſunt. Et hãc cauſam ſeu oc
caſionem/ poſſumus amouere ꝛ excidere
Sunt ꝛ alie cauſe ſeu occaſiones pecca/
ti/ remotiores. que in noſtra poteſtate nõ
ſunt. vtputa oblatio talis cene. vel alicu/
ius rei delectabilis oculis cordis noſtri.
vel ſuggeſtio diabolica de tali ſplendida
cena. Nõ eſt enĩ in noſtra ptãte arcere dya
bolum. quin talia oculis mẽtis noſtre of
ferat. Occaſiones ergo peccatorũ ꝓpinq̃s
debem⁹ excidere quia in noſtra ptãte ſunt
Sed occaſiõibus peccatorũ remotiori/
bus ſi veniãt a pte diaboli. vel carnis vel
mũdi/ nõ debemus cõſentiẽdo aditũ in/
dulgere. eo ꝙ in noſtra ptãte ſit eas nõ re/
cipe. ¶ Aliter autẽ diffinit̃ ſic Satiſfactõ
eſt damni / vel iniurie illate recõpenſatio
ſm iudiciũ ꝛ ordinem iuris.

## Quot et que ſint partes ſatiſfactõnis.

Satiſfactiõis autẽ ponunt̃ tres
ptes. ſcilꝫ oratio. elemoſyna. ie
iuniũ. Que generaliora ſunt ĩ
ſatiſfactõne cuiuſlibet peccati. Cum enĩ
quis peccat/ delinq̃t in deum. ꝛ cõtra hoc
ſpecialiter ſatiſfacit oratõ. Jtẽ delinquit
in eccl'iam hoc eſt in proximũ. ꝛ ꝯtra hoc
ſpecialit̃ ſatiſfacit elemoſyna Jtẽ delinq̃t
in ſeipm. ꝛ contra hoc ſpecialit̃ facit ieiu
nium De quibꝫ illud dicit̃. Bona eſt ora
tio cum ieiunio ꝛ elemoſyna.

## An neceſſe ſit confeſſionẽ ꝛ ſatiſfactõem/ fieri in caritate

Ultimo querit̃ cauſa breuitatꝫ
de confeſſiõe ꝛ ſatiſfactiõe ſimt̃
vtꝝ neceſſe ſit ꝙ fiat in caritate
Et an qui cõfitetur ꝛ ſatiſfacit
extra caritatẽ. teneat̃ iterum cõfiteri. ꝛ ite/
rum ſatiſfacere ¶ Et dicunt hic plures ꝙ
vtrũqꜫ debet fieri in caritate Et repeti ſi fi
at extra caritatẽ ¶ Aliĩ circa vtrũqꜫ diſtin
guũt. Et prio de cõfeſſione dicũt ꝙ opor
tet ꝙ fiat in caritate. ex quodã tamen ꝯſe/
quẽti. ita ꝙ oportet ꝙ fiat illud quod ſta
tutũ eſt ab eccl'ia. Et oportet etiã ꝙ dũ fit
ꝙ charitas habeat̃. quia ſemp ſiue ꝯfitea
mur ſiue nõ/ nos tenemur habere carita/
tem. Et ſic vt tactũ eſt/ nos tenemur ex q̃
dam conſeq̃nti cõfiteri in charitate. Sed
ſi fiat extra charitatẽ non oportet (vt di/
cunt) eã repetere. ſed ſolum ſatiſfacere ꝛ cõ
fiteri ꝙ confitẽdo prius ficti fuerim⁹ id ẽ
extra charitatẽ. dum tamẽ idem ſit prior
ꝛ poſterior ꝯfeſſor ꝛ memoriã habeat pec
catoꝝ cõfitentis. Alioquin oporteret re/
petere. quia integra debet eſſe cõfeſſio. Et
iſti dicti ſui ponũt rõeꝫ ꝙ ſcꝫ ad hec duo
ſcꝫ cõfiteri ꝛ charitatẽ habere/ tenemur di
uiſim. Nã propter ſtatutũ eccl'ie tenemur
cõfiteri ſiue habeamus charitatẽ ſiue nõ
Et ſimiliter tenemur habere charitatẽ ſi/
ue cõfiteamur ſiue nõ Et ideo poteſt vnũ
ſolui ſine alio. Ut grã exempli. Si tene/
or ire ad eccl'iam. ꝛ cũ hoc teneor tota die
eſſe capatus in eccl'ia Si vado ad eccl'iaꝫ
ſine capa nõ oportet me iterato ire ad ec/
cleſiã. ſed ſolum ſatiſfacere de eo ꝙ nõ fui
tota die in eccl'ia capatus Conſimilit̃ in
propoſito ¶ De ſatiſfactõe autẽ dicũt ꝙ
in ſatiſfactõne duo ſunt cõſideranda. ſcꝫ
ipſa ſolutio debiti. ꝛ ipſe modus ſoluen/
di. ita vt ꝑ datum ſiue factũ fiat ſolutõ de
biti. ꝛ ꝑ modum ſoluẽdi placeat ſolutio.
Si autẽ per aliquẽ fiat extra charitatẽ ſo
lutio debiti. puta pene taxate a ſacerdote
ſicut ieiunare ꝑ annũ ꝛ huiuſmodi. dicit̃
ꝙ de rigore nõ exigitur ꝙ iterato reddat/
cum charitatẽ ꝛ gratiã adept⁹ fuerit. Sꝫ
ſolum ꝙ illud qd̃ defuerit in mõ. ipſe pe/
nitendo ſoluat. Uñ qui tenebat̃ deo iniũ
ctam penitentiã facere qd̃ reſpicit debitũ
ꝛ cum hoc in charitate ꝛ bñ ordinata vo
luntate facere. qd̃ reſpicit modũ ſoluendi
debitũ ſoluet ſed nõ modo debito. opor/
tebit talem cõfiteri ꝛ ſatiſfacere de indebi
to modo ſoluendi Et tũc erit debita ſatiſ/
factio. Quia ſcꝫ eijcit ſatiſfactũ ꝑus quã/
tum ad debitũ. Nũc vero poſteri⁹ ſatiſfit
quantũ ad debitũ modũ. ¶ Reliqua ple/
ne tractãt̃ in ſumma Ray. ti. de penitẽtia
ꝓpter qd̃ multa cauſa breuitatis trãſeo

## De ſacramento extreme vnctõnis ꝛ ptinẽtibus ad ipſum.

Sequit̃ aliqua tangere de ſacra
mento vltime vnctõnis. Et ꝑ/
mo quid ſit. De eius inſtitutõ
ne. Quid ſit eius materia Que
forma Quis debitus miniſter. Quis ei⁹
effectus. Quid hic res. ꝛ quid ſacramen/
tum. Quis ſit ꝑceptibilis hui⁹ ſacramẽti. k

Et quo ad morbum Et quo ad etatẽ. De loco vnctõnis.

## ¶ Quid ſit extrema (vnctõ

Diffinit᷑ autẽ ſic extrema vnctio a quibuſdã. Extrema vnctio eſt linitio olei ſanctificati. facta ad releuatõem vtriuſqꝫ infirmitatis. ſcꝫ mentis ꝛ corpis Et ponit᷑ vnctio extrema pro nomine vnico diffiniti. quod qꝛ nõ habemꝰ / circũloquimur ꝑ duo. Iſte vero terminꝰ linitio qui ponit᷑ in diffinitõne / ſonat in actũ vel in paſſionẽ que eſt in ſuſcipiẽte ipm ſacramẽtũ. ſicut cũ dicit᷑ baptiſmꝰ eſt tinctio ꝛc̃. Deſignat᷑ tinctio paſſiua. quia intingit᷑ baptiſatus. Verũtamẽ ſi quis totum eẽ extreme vnctõnis vellet diffinire. poſſet ita notificare. Extrema vnctio eſt ſacramẽtum ex vnctõne infirmis ꝑ oleũ ſanctificatũ facta conferẽs infirmis remediũ cõtra peccati reliq̃as. et ſi expedit alleuiatõnem ferens corporis infirmitati.

## De eiꝰ inſtitutione

Quando autẽ ꝛ vbi ſit hoc ſacramentũ inſtitutũ eſt duplex opinio. ¶ Vna dicit ab apoſtolis hoc ſacramentũ eſſe inſtitutũ / que videt᷑ confirmari ꝑ gloſam ſup illud Marci. vi. Vngebãt oleo multos egrotos ꝛ ſanabant᷑. Que gloſa ſic dt Ab apoſtolis patet hũc morẽ eſſe traditũ vt energumini ꝛ alij egroti / certo loco vngãtur oleo / a pontifice conſecrato. Scd̃m hoc ergo dicendũ eſt ꝙ apoſtoli a deo inſpirati. diuina autoritate ꝛ volũtate inſtituere potuerũt iſtud ſacramentũ. immo ipſe deus in ipſis. licet forſan tũc non vngerent modo ꝛ forma qua nũc ſm ordinatiõem eccl'ie fit vnctio. Sed forſan ad tempus iſtam formã ex cauſa nõ ſeruauerũt. ſicut ipſi (vt ſupra tactũ eſt) ad tẽpus ex cauſa ratõnabili formã baptiſmi mutauerunt. vt ſcꝫ baptiſarẽt in nomĩe chriſti. ¶ Alij volũt ꝙ iſtud ſacramentũ xp̃s ꝑ ſe inſtituerit quoniã iuxta ꝑallegatũ capitulũ. vi. Marci. Narrato quõ chriſtus ſuos miſit diſcipulos ad predicandũ ſtatim ſeq̃tur. Et exeũtes predicabãt vt penitentiã agerẽt ꝛ demonia multa eijciebãt ꝛ vngebãt oleo mltos egros ꝛ ſanabãtur. quod nõ credit᷑ ſine inſtitutõe dñi fuiſſe. Nec ſimile eſt de immutatõne baptiſmi. qꝛ aliõ eſt mutare formã ſacramẽti. ꝛ aliud inſtituere totũ ſacramentũ de nouo celebrandum. Nam ꝛ forte nũc per eccleſie autoritatẽ aut aliquã ſibi datã inſpiratiõem ſicut apoſtoli habuerũt / poſſent aliqua ad tempꝰ iuſta de cauſa circa formaꝫ alicuꝰ ſacramenti. immutari. ſed totũ ſacrm̃ inſtituere / nullꝰ poſſet vt credit᷑. niſi ſolꝰ deꝰ

## Que ſit materia ſacramenti extreme vnctõnis

Materia huius ſacramẽti eſt oleum ſimplex ab ep̃o benedictuꝫ ſine alterius rei admixtõne Cũ enim oleũ ſignificet nitorem conſciẽtie ꝛ balſamũ ſuauitatẽ fame. ꝛ moriturꝰ maxime indiget nitore cõſcientie. ꝛ nõ multũ ſuauitate fame / apparet ꝙ morituri ſimplici oleo cõueniẽter pungũtur. Nõ criſmate. quod ꝯpoſitũ eſt ex oleo ꝛ balſamo ¶ Et quoniã in exitu conſtituꝰ. indiget gratia ſanãte. nõ tantũ cor ſed etiam alia membra q̃bus abuſus eſt / indiget nõ tantum vnctõne cordis. ſed etiã aliorũ membrorũ quibꝫ maxime peccauit. vt ſicut trina merſio in baptiſmo ſignat ſubmerſionẽ trium peccatorũ que in mũdo regnãt ſcꝫ ꝯcupiſcentie carnis. cõcupiſcẽtie oculorum et ſupbie vite. Sic hic multiplex inunctõ ſignat eliminatõeꝫ ex diuina miſericordia mebrorũ ſingulorum.

## Que ſit forma huius ſacramenti.

De forma autẽ ſciẽdum eſt ꝙ ſicut forma alioꝝ ſacramẽtoꝝ cõſiſtit in ſermone ꝛ ope vt baptiſmus in verbis illis / baptiſo te ꝛc̃. Et in ope ſcilꝫ in merſione baptiſati. Et ſic de alijs ſacramẽtis. Sic huiꝰ ſacramẽti forma cõſiſtit in ope ꝛ ſermone. In ope quidem. in illa ſcꝫ ſignatõne mẽbrorũ in forma crucis. In ſermone vero in ꝓlatõe horum verborũ. Per iſtã ſuauiſſimã vnctõneꝫ / ꝛ ſuã pijſſimã miſericordiã dimittat tibi deus quicq̃d ꝑ viſum peccaſti. Et ſic de ceteris mẽbris Nec iterat᷑ iſta forma ſuꝑ eandẽ materiã ꝑ replicatõem verborũ. quia nõ om̃ino ſunt eadẽ verba vt patet licet in ꝑte eadẽ eſſe videant᷑. ¶ Sed cum multiplex ſit vnctio ꝛ multiplex verborũ prolatõ qꝛ ad ſingula mẽbra ſingule fiũt

vnctiones. ꝛ ꝓpria verba dicūtur. Nunq̄d ad inunctiōem oculoꝝ dimittūtur eoꝝ peccata Et ſimilit ad alias inunctōes aliorū membrorū/alia eorū peccata. vel an oīa peccata ſimul dimittātur. Dicit ꝙ omes alie ille inunctōnes licet fiāt diuerſis tempibus/tamē ꝑ eodē tempe ſcꝫ pro vltimo inſtāti ꝑlatōis ꝛ cōplete inunctōnis facte cēſent: ſicut in ſimili dictū eſt ſupra in cōſecratōe eucharistie. Nam ſic hic eſt tunc eni oīa peccata ſimul dimittūtur ſcilicꝫ in vltimo inſtanti totius inunctōnis ꝛ prolatōnis verborū. pro quo fiunt omes inunctōnes.

## Quis ſit debit⁹ miniſter in ſacramento extreme vnctōnis.

DE miniſtro autē hoc eſt tenendum/ ꝙ ſolus ſacerdos poteſt hoc ſacramentū cōferre. ꝛ ſolus epſ hoc oleū cōſecrare. Quod patet tū ex autoritate beati Jacobi qui in ſua canonica capitulo vltimo dicit Infirmatur aliq̄s in vobis inducat p̄sbiteros eccl'ie. ꝛ orent ſup eū. vngentes eū oleo in nomie dn̄i. ꝛc̄. Tum quia iſtō ſacramētū cōſummatiuū eſt penitētie. Et ideo pertinet ad claues q̄ ſolis ſacerdotib⁹ ꝯferunt

## Quis ſit effect⁹ iſtius ſacramenti.

EFfect⁹ autē hui⁹ ſacramenti ſm magiſtꝝ in lib. ſentētiaꝝ ponitur duplex ſcilꝫ ſanatio corpis et ſpūs. vt ſicut homo ex duobus cōſtat/ ſcꝫ ex corpe ꝛ anima. Ita ſit effectus hui⁹ ſacramēti ſanatio vtriuſqꝫ. ſed pricipali⁹ mētis. q2 iſte effect⁹ ſemp ſequit in vere penitentie. Et iſta ſanitas mētis/ in duob⁹ conſiſtit. ſcilꝫ in peccatorū remiſſione. et in virtutum ampliatōne.

## Quid hic res et quid ſacramentū ſit.

DEniqꝫ vt ſciatꝫ quid ſit hic res ꝛ quid ſacramētū. Notandū ꝙ ſm quoſdā/ſacramentū hic eſt ipſe vſus olei. ſiue conſignatio cum oleo. Res autē/eſt ipſa gratia ſpūſſcti. q̄ dicto modo efficit ſanatōem mētis. ꝛ etiā qn̄qꝫ corpis. quando ſcꝫ expediēs fuerit. Secundū alios autē/ſacramētū eſt ipm oleū Res autē/gratia ſpūſſcti. ꝛc̄. Eſt autē inuenire inter illa plurimā ſimilitudinē. q2 gratia ſpūſſancti ad modū olei lenitia eſt morbi ſpiritualis. letificat etiā ꝛ conſolat ab hac vita exeuntē. Vn̄ in pſal. Vt exhilaret faciē in oleo id eſt mētem q̄ facies interior eſt in oleo extreme vnctiōis Et panis id eſt eucharistia que inunctis exhibetur cor hominis cōfirmet.

## Quis ſit perceptibilis huius ſacramenti.

QUis aūt pceptibilis ſit huius ſacramti. Dicit ꝙ nō omi morbo vexatus ſed ſolū morbo grauiori in quo timet periculum mortis Cū q2 omis egritudo corpis creſcendo ꝑt reducere hoiem ad obitū/in omi morbo cū cepit iminere piculū mortis/ poterit iſtō ſacramentū dari. Sed nūquid puuli ꝛ ignorātes ꝛ amētes pn̄t inungi. Dicit ꝙ nō Cum eni hoc ſacramētū nō debeat dari nō recognoſcētib⁹. ꝛ nō poſtulātib⁹ ipꝫ Tales autē ſunt puuli ꝛ ignorātes. q̄ oīno vſum rōis amiſerūt Et furioſi niſi habuerint dilucida interualla. Dicit ꝙ huiuſmodi inungēdi nō ſunt. Poſſet eni eē piculū tam in irreuerētia. q̄ꝫ etiā in imundicijs q̄ hmōi hoies cōcomitant. Si tn̄ furioſi habuerit lucida intualla poſſent ī ill' intuall' inūgi ſi iminerent piclm mortꝭ.

## De loco vnctōnis

DE locis autē vnctōis eſt variatio apō diuerſas eccl'ias. Hoc tamē ſemp tenēdum eſt ꝙ loca qnqꝫ ſenſuū principal'r inūgēda ſunt ſicut oculi. aures. nares. pedes et man⁹ Quidā āt addūt pect⁹ ꝛ renes. ꝛ vmbilicū in qb⁹ delectatō eſt venerea licꝫ nō oporteat Sed vbi inungēdi ſunt mutilati. Dicit ꝙ in loco mutilatiōis. q2 licꝫ mēbro careāt. nō tn̄ carēt potētia q̄ ꝯplet actus pcti ab intra. licet nō ab extra Et iō vt expiet pctm̄ cū mēbꝝ nō ſupſit. in loco inciſionis vel in loco illi membro maxime vicino/inungēdus eſt.

## De ſacramento ordinis ꝛ ptinentibus ad ipm in generali. D

IN ſacro ordinis prio occurrit dicendū. Quid ſit ordo. Quid ibi pro materia ꝛ q̄d pro forma Quot ſunt grad⁹ ꝛ ſufficientia

coꝝ. Quot ſunt de neceſſitate huiꝰ ſacra/mēti. Qui ordines ſacri. ⁊ quare ſic dicāt

## Quid ſit ordo et quomodo diffinitur.

Diffinit̃ aūt ſic a magiſtro in libro ſententiaꝝ. Ordo eſt ſignaculū quoddā ſacrū. quo ſpūalis poteſtas tradit̃ ordinato ⁊ officiū. Itē quidā antiquoꝝ magiſtroꝝ ita diffiniūt Ordo eſt ſacramentū ſpiritualis poteſtatis ad aliqđ officiū in eccl'ia ordinatum.

## Quid in ſacramento ordis ſit materia. Et q̇d res ſacramēti

QUid autē ſit hic pro materia et quid ꝓ re ſacramēti a q̇buſdaꝫ dicit̃ ꝙ ſicut in baptiſmo / tria ſunt. Unū ſcꝫ qđ tm̄ eſt ſacramentū. ſ. aq̄ vel tinctio cū verbo. Et aliđ qđ eſt res tātū ſcꝫ remiſſio peccati. vel collatō grē. Et tertiū qđ eſt res ⁊ ſacr̄m. ſ. caracter baptiſmalis. Sic hic eſt aliq̇d qđ eſt ſacramētū tm̄. ſcꝫ illa ſigna viſibilia cū verbis. q̇bus ſpūalis poteſtas tradi oñdit̃. Ut in hoſtiarijs traditio clauiū cū verbis ad h̄ ꝑtinētibꝫ. In lectoribꝫ traditio libri prophetaꝝ cū verbis ad hoc inſtitutis. Et ſic de alijs. Et aliq̇d qđ eſt res tm̄ ſcꝫ grā ſpiritusſcti infuſa. vel ptās ſpūalis. Eſt ⁊ aliq̇d qđ eſt ſacr̄m ⁊ res ſcꝫ caracter q̇ imprimit̃. ¶ Alij ponūt duo ꝑora ꝓ ſacr̄o ⁊ re. ¶ Sed tūc circa hoc orit̃ dubiū cū dicat̃ ꝙ hoc ſacr̄m ſit aliqđ ſacratū ſignū exterius cū verbis ad hoc ordinatis. Et in quibuſdā ordinibꝫ ſicut ī ſacerdotio ſit pro ſacr̄o impoſitō manuū cū forma verboꝝ. An ſi ab vno v̄ba ꝓferant̃ ⁊ ab alio manꝰ imponat̃ ordo cōferatur. Et patet ꝙ non Ut in decreto diſtin. xxiij. ca. quorundā clericorum ⁊ ex textu ⁊ ex gloſa.

## Quot ſunt ordinū gradus ⁊ vnde coꝝ numerꝰ ⁊ ſufficientia

QUot autē ſint ordinū gradus dicit magiſter in. iiij. ſentētiaꝝ ꝙ ſunt. vij. ſcꝫ hoſtiariatꝰ. lectoris exorciſte. acoliti. ſubdiaconi diaconi ⁊ p̄ſbiteri. Quoꝝ ē cōficere corpus xp̄i qđ eſt excellētiſſimū officioꝝ humanoꝝ. Et iđ ſupra ſacerdotiū nō eſt ordo ſuꝑior. imo nec ep̄atꝰ. nec archiep̄atꝰ. ¶ Quoꝝ nūeꝝ ⁊ ſufficientiā ſic poteris accipe. Ordinū vnꝰ eſt ſuꝑmus ⁊ ꝑ̄cipalis ſcꝫ ſacerdotiū. Alij ſcđarij ⁊ huic deſuiētes. Suꝑmus ordo / duos hꝫ actꝰ. ſcꝫ principalē q̇ eſt cōficere corpꝰ xp̄i. Et ſecūdariū q̇ eſt ppl'm prepare vt idonee cōicet Scđarij autē ordines ⁊ huic ſuꝑmo ordini deſuiētes. Aut deſuiūt ei q̄ad actū ſuū principalē aut q̄ad actū ſuū ſcđariū. Si q̄ ad actū ſuū principalē q̇ eſt ꝯficere corpꝰ xp̄i tūc eſt ptās ſuper hoſtias ex q̇bꝫ cōficit̃ corpꝰ xp̄i. Et hoc poteſt eē dupl'r. Quia aut in ꝯparōe q̄ ad ppl'm q̇ eas offerūt tēplo. Et ſic eſt ordo ſubdiaconatꝰ. Subdiaconi enī intereſt accipe hoſtias a populo ⁊ reponere in preſbiterio. vt ipas miniſtrare poſſit diacono vt dicit yſido. Aut eſt ptās ſuꝑ hoſtias in cōparōe q̄ ad ſacerdotē. ⁊ ſic eſt ordo diaconatꝰ cuiꝰ eſt hoſtias oblatas ponere ſuꝑ altare ⁊ ordinare vt eas ibi cōſecret ſacerdos. Si āt ē ordo deſuiēs ſacerdotio q̄ ad actū ſuū ſecūdariū ſcilꝫ ad prepādū populū / tūc aut deſuit ei in amouēdo malū. aut in ordīe ad bonū. Si prio mō: tunc iteꝝ ꝯtingit h̄ dupliciť. ſ. aut amouendo malū qđ eſt ab extra. ⁊ ſic eſt ordo hoſtiarioꝝ q̄rū officiū eſt indignos ⁊ viles excludere. ne violent locū cōionis fideliū. aut amouēdo malū qđ eſt ab intra. ⁊ tūc eſt ordo exorciſtaꝝ q̄rū eſt arcere vim demōis ꝑ adiuratōes ne impediat ꝑceptiōeꝫ ſacroꝝ. Si āt ordo deſuit ſacerdotio in ordīe ad bonū. tunc p̄t eſſe dupliciť. Aut ex ꝑte intellectꝰ ⁊ tūc eſt ordo lectorū q̄rū officiū eſt legere apte ⁊ diſtīcte ad illūiatōeꝫ intellectꝰ. Aut ex ꝑte affectꝰ. ⁊ tūc eſt ordo ceroferarioꝝ q̇ in ſignū ignis ſpūalis accēdendi in cordibꝫ nr̄is cereos flāmiferos deferūt. Et hi ſunt acoliti. Acolitꝰ enī grece ceroferariꝰ đr latine. ¶ Alij volūt ꝙ nouē ſunt ordines ī eccleſia militāte ſicut ſunt nouē ordīes angeloꝝ in eccleſia triūphāte. Et ſcḋm q̄ſdam illorū / ep̄atus ⁊ archiep̄atꝰ ꝯſtituūt duos gradꝰ. q̇ additi ſeptē p̄cedentibꝫ faciūt nouē. Scđm alios corona eſt primus ordo ⁊ ep̄atus vltimus. ⁊ ſic fiūt nouē cum ſeptem p̄nominatis. Sed prior ſententia potior eſt in conſpectu modernorum.

## Quot et que ſunt de neceſſitate huius ſacramenti

SEquit̃ dicere quot ⁊ q̄ ſunt de neceſſitate huiꝰ ſacramēti. Et dicit̃ ꝙ

ſex precipue. ſcilȝ ſexus virilis Unde mulier nõ eſt ſuſceptibilis ordinis. Itẽ precedẽs baptiſmus qui etiã eſt fundamentũ ceterorũ ſacr̃orũ excepto cõiugio. Unñ ſi aliq̃s nõ baptiſatus ordinaret̃/ nihil reciperet. vñ oporteret poſt baptiſmũ ſi vellet aliquẽ ordinẽ exequi/ ꝙ iterũ ordinaretur. ¶ Itẽ poteſtas ordinãtis. q2 qui nõ eſt ep̃s ordines cõferre nõ poteſt. Itẽ intentio recta. vt ſcilȝ ordinãs intendat facere qḋ facit eccleſia. et ſimiliter ordinandus ſm quoſdã. Itẽ materia ſeu ſacramẽtũ vt traditio libri ⁊ ſimiliũ cũ forma verboꝝ Item tempꝰ ſeu etas ſm aliq̃s qm̃ ſi ꝑuulus ordinet̃ etiã precedẽtibꝫ alijs gradibꝫ nihil recipet cũ ſm eos in hoc ſacramento exigat̃ tam intẽtio recipiẽtis ordinẽ q̃ȝ ꝯferẽtis. Paruulꝰ autẽ q2 non habȝ vſum liberi arbitrij nõ habȝ intẽtionem. Alij volũt ꝙ etas ſit de cõgruitate ⁊ nõ de neceſſitate huiꝰ ſacramẽti Et iõ in p̄dicto caſu ꝑuulus ſm eos recipit caracterẽ nec ſm eos eſt reordinãdus. Frater albertus vult. ꝙ in alijs ordinibꝫ/ etas ſit de ꝯgruitate. ſed ꝙ in vltimo ordine qui eſt ſacerdotiũ/ eſt de neceſſitate. Unñ plane vult ꝙ ordo ſacerdotij nõ poſſit ꝑuulo conferri. Itẽ ieiuniũ ſm aliq̃s. eo ꝙ ſm eos pranſus nõ cõferret ordinẽ nec ſuſcipet Alij fere oĩ̃es volũt cõtrariũ. ¶ Multa p̄terea ſunt de honeſtate ⁊ cõgruitate tam ex ꝑte cõferentiũ ordines q̃ȝ ex ꝑte temꝑis. que reperies expreſſe in ſumma Raymũ. libro tertio in principio ⁊ conſequẽter.

## ¶ Qui ordines ſint ſacri ⁊ quare ſacri dicũtur.

Poſtremo notandũ ꝙ licet oẽs predicti ſeptẽ gradus ſacri ſint q̃tuor tñ primi minores ordines/ nõ dicũtur ſacri. ſȝ ſolũ tres maiores ſcȝ ordo ſubdiaconatꝰ. ordo diaconatꝰ. ⁊ ordo p̄ſbiteratꝰ. Et hoc ꝓpter dignitatẽ q̃ inducit̃ miniſtrãtibꝫ in tribꝫ maioribꝫ ordinibꝫ. oportet enĩ eos vouere cõtinentiam vel ſimplicit̃ vel ſm tempꝰ. Simpliciter in tota eccleſia occidẽtali. vbi nõ dãtur iſti tres ordines/ niſi vouẽtibꝫ ipſo facto ꝑpetuã caſtitatẽ. Secundũ tempꝰ. vt in oriẽtali eccl̃ia. vbi q̃ in matrimonio ordinẽ recipiũt/ in matrimonio ꝑmanent. Sȝ tñ/ dũ miniſtrãt/ abſtinẽt ab vxoribꝫ Inſuꝑ illꝰ mortuis/ alias ducere nõ pñt.

## De ſacramento cõiugij et pertinentibus ad ip̃m.

De ſacramento cõiugij nõ multa neceſſe eſt hic dicere eo ꝙ in ſumma Raymũdi libro. iiij. de hoc ſacramẽto ſufficiẽter tractet̃. Sunt q̃dam tñ que ibidẽ nõ tangũt̃ de quibꝫ hic aliqua breuit̃ memorãda ſunt videlicet. An iſtud ſacramentũ ſicut alia ſacramenta cõferat grãȝ ⁊ efficiat qḋ figurat. Quis ſit eius effectus An opus cõiugale poſſit fieri ſine pctõ. An debeat reddi debitũ cõiugale tp̃e impregnatiõis. Itẽ an debeat reddi tempe ⁊ loco ſacro. Item an ſemper debeat reddi cũ petitur. Quid hic ſit materia ⁊ forma. ⁊ qḋ res ⁊ ſacramẽtum.

## An ſacramentũ cõiugij ꝯferat gratiã ⁊ efficiat quod figurat

Preſuppoſito ꝙ matrĩmoniũ eſt viri ⁊ mulieris coniũctio legitima/ indiuiduã vite conſuetudinẽ retinẽs. que diffinitio dat̃ ſm naturã optime inſtitutã. q2 tũc vna ⁊ pura fuit. Pretermiſſo etiã tractatu de cã inſtitutõis huiꝰ ſacramẽti. ⁊ vbi inſtitutũ fuit. ⁊ qui pñt cõtrahere ⁊ qui nõ cũ aliq̃bus alijs circa hoc ſacramẽtũ neceſſarijs que exp̄ſſe libro quarto ſumme Raymũ. inuenies. nũc querendũ venit an hoc ſacramentũ ſicut alia/ cõfert grãm ⁊ efficiat quod figurat. Ubi triplex cadit opinio. ¶ Prima dicit ꝙ nõ cõfert aliquã gratiã ſed cũ alia ſacramẽta ſignificẽt gratiam ⁊ ꝯferant. iſtud tantũ ſignat gratiã ſed non cõfert. Hec eſt opinio magiſtri in li. ſentẽtiaꝝ. ⁊ p̄poſiti antiſyodori. ¶ Secunda opinio dicit ꝙ cõfert grãm ſcȝ receſſum a pctõ. nõ tñ in ordine ad bonũ. Et dicunt ꝙ gratia illa eſt/ ꝙ virtute huiꝰ ſacramẽti mitigat̃ ꝯcupiſcentia. ne ferueat vltra nuptiaꝝ honeſtatẽ. Et hec opinio ꝓbabilior videt̃ ¶ Tertia ⁊ ſatis peritorũ opinio eſt ꝙ cõfert grãm etiã in ordine ad bonũ. Non quidẽ generalit̃ ſe ad bonũ hoc tñ. qḋ debet facere cõiugatus. Et iſtḋ bonũ eſt vt fideliter coniugi aſſiſtat. opa ſua illi cõmunicet. plem ſuſceptã religioſe nutriat ⁊ huiuſmõi. Et ſm hoc patet ꝙ efficit gratiã quã figurat. ſed non oẽm quã figurat. ſicut nec oportet. Figurat quippe cõiunctõem fidelis anime cum chriſto. que

quidem eſt effectus eius nõ contẽtus q̃dem ſed ſignificatus.

## Quid ſit eiꝰ effectꝰ

Ex premiſſis igitur habes ꝙ duplex eſt effectꝰ matrimonij. Unꝰ ſcꝫ nõ contẽtus ſed tantũ ſignificatus. ſcꝫ cõiũctio fidelis anime cum chriſto. Alius cõtentus ⁊ ſignificatus. gratia ſcilicꝫ qua mitigaẗ fomes. ⁊ qua fideliter cõiugi aſſiſtitur.

## An amplexus maritalis poſſit fieri ſine peccato.

Utrum autẽ fieri poſſit amplexus matrimonialis ſine peccato vel meritorie/ poſt hec venit dicendũ. Et diciẗ ꝙ cauſe quatuor precipue ſunt ꝓpter quas fit cõmixtio cõiugalis. Aut enĩ fit cauſa ſuſcipiende prolis. ⁊ hoc dupliciẗ Aut ſcilicꝫ ad cultum diuinum ampliandũ. ⁊ hec cauſa ſic ꝯgnoſcẽdi vxorẽ/ ab omni peccato excuſat ⁊ reddit opus meritoriũ. dũmodo iſta intẽtio ante finẽ opis per delectatõem nõ corrũpatur. Uel fit cauſa prolis vt ſcilꝫ habeaẗ ſucceſſor hereditatis ⁊ hec cauſa nõ excuſat a veniali ſed a mortali. Aut fit cã reddendi debitũ ⁊ hec cauſa excuſat a culpa ⁊ ſm aliquos mereẗ ſic faciẽs. dum tamẽ iſta intẽtio/ p inordinatã voluptatẽ ante finem opis nõ ſupplanteẗ. Aut fit cauſa fornicatiõis vitãde et hec cauſa excuſat a mortali. Aut fit cauſa exſaturande libidinis ⁊ hec cauſa nõ excuſat a mortali. Uel ſm alios in hoc vltimo caſu diſtingue. qꝛ aut illa libido cauſa cuius exſaturãde fit cõmixtio cõiugalis/ tantũ repſſa erat/ ꝙ eam nollet alter cõiugum cũ alio vel alia explere. ⁊ tũc dicunt ꝙ adhuc eſt peccatũ veniale. Aut intantũ creuerat illa libido vt indifferẽter vellet quis eã ſiue cum ſua ſiue cum nõ ſua explere Et tunc dicũt eſſe mortale peccatum.

## ¶ An tẽpore impregnatiõis debeat reddi debitũ coniugale.

De tempe impregnatõnis diciẗ ꝙ ꝓpter periculũ nõ debet in tẽpore impregnatiõis vxor cognoſci. Unde ſi vir eo tempe moueatur ad coitũ. debet ratõne/ talem motum ꝓpter timorem p̃dicti periculi/ refrenare. maxime quatuor primis mẽſibus. Si tamẽ vir vxorem dicto tempe cognouerit/ nõ propter hoc peccat mortaliẗ Uerum etiã qꝛ mulier illo tẽpe maxime coitum vt frequẽter appetit. ſi ipſa petat ⁊ ipſe vir exactus reddat ſic reddens leuiꝰ peccat. exigẽs vo grauiꝰ. vterqꝫ tñ venialr tñ

## An tempore et loco ſacris/ debeat reddi debitũ.

De tempe ſacro ſimiliter diciẗ/ ꝙ tempe quadrageſime ⁊ quatuor temporũ ⁊ rogationũ/ ⁊ p̃cipuarũ ſolennitatũ/ nõ debet alter cõiugum debitũ petere. Si tamen petierit cũ pigentia tamẽ animi ꝙ ſine coniugij vſu eſſe non poſſit/ venialiter peccat. Si autẽ alter petierit/ reddat. exactu tamẽ iuſticie et fide thori excuſaẗ a peccato. niſi in his caſibus preter temporũ huiuſmodi ſolẽnitatem aliquid iuxta diſtinctiões ſupra poſitas grauius incideret quod peccatũ aggrauaret. ¶ Sed ſecus eſt de loco vt volunt aliqui ꝙ ſcilꝫ nõ tenẽtur in loco ſacro reddere debitũ ſi aliquis alius locus haberi poſſit. Si autẽ aliꝰ locus nõ poſſit haberi/ vt cõtingit in tempore guerre/ vbi multis noctibꝰ in locis ſacris iacent viri cum vxoribꝰ ſuis. tunc ſi alter coniugum ſoluat exactus. habẽs de hoc dolorẽ cordis: peccat tantũ venialiter. imo ſi exigat cum planctu ⁊ pigẽtia quod ſine vſu cõiugij eſſe nõ poteſt. nõ credũt multi ꝙ peccat mortaliter. ¶ Nec credas ꝙ tũc cõtamineẗ locus/ ita ꝙ recõciliatiõe indigeat. quia cõtaminatio ſacri loci diſtinguitur dupliciẗ. Una que procedit ex incõgruitate operis. quod fit in ipo reſpectu dicti operis in ſe. Et alia que procedit ex incõgruitate opis non quo ad ſe. ſed quo ad conſecratõem ſeu actum ipſius loci in quo fit. Nam illa que procedit ex incongruitate reſpectu loci tãtum ⁊ nõ operis in ſe/ non cõtaminat locum in tantum ꝙ indigeat reconciliatõne. Sed illa vero q̃ procedit ex incõgruitate ad ſanctificatõnem loci/ reſpectu opis in ſe vt eſt in magnis facinoribus. ſicut in ſtupro adulterio homicidio ⁊ huiuſmodi. et hec locum cõtaminat in tantũ ꝙ recõciliatõne indiget maxime reſpectu aliquorum facinoꝝ vbi ſunt manifeſta.

## An ſemper debeat reddi debitum cōiugale cum petitur.

De ſolutōne autē debiti cōiuga
lis hoc tenēt aliqui ꝙ omī tem
pore petenti debitū eſt redden/
dū ſm oportunitatē loci. Qō
ideo dicit quia ille actꝰ/verecūdiā q̄ndā
habet ſibi annexā Vn̄ nō oportet ꝙ ſolua
tur in publico. ſed in omī hora omiqꝫ di/
miſſo negocio. ſi ſcit alterū eſſe in piculo
ſa cōcupiſcētia. tenet captare ſecretū cubi
le ꝛ debitū reddere ¶ Alij diſtinguūt ꝙ ſi
cut in preceptis affirmatiuis ſemp ad ea
tenētur ſed nō ꝓ ſemp vt verbi gratia Sē
p teneor honorare parētes meos /ſed nō
pro ſemp ſed ſolū pro loco ꝛ tempore Ita
hic vt dicūt quis ad ſemper tenet reddere
debitū. ſed nō tenet pro ſemp. ſed ſolū cū
oportunitas loci ꝛ tempis hoc exegerit.
¶ Et nota duos verſus qui dermināt
quinqꝫ caſus. in q̇bus quis poteſt redde
re debitum ſine peccato ſed nō petere. Fe
ſta ſacerqꝫ locus ieiunia mēſtrua partus.
Si petis his peccas reddis qn̄qꝫ licenter

## Quid ſit materia ꝛ quid forma in ſacramento coniugij:

Quid aūt ſit materia ꝛ quid for
ma. dicitur ꝙ materia ſunt/ le/
gitime pſone/in potentia ꝯmi
xtōnis ſexuū exiſtētes ¶ Circa
quod multi difficiles ꝛ diuerſi caſus oc/
currūt hoc ſacramētū matrimonij impe/
dientes q̇ ſufficienter in ſumma Raymū
di determinātur. quare hic cauſa breuita
tis non exprimūtur. ſed ſolū pro quadā
compēdioſa annotatiōe. ponūtur ſex ver
ſus ſequētes. Eccleſie vetitū necnō tem/
pus feriatū. Impediūt fieri. permittūt fa
cta teneri. Error. cōditio. votum. cogna
tio. crimen. Cultus diſparitas vis ordo
ligamē. honeſtas. Si ſis affinis ſi forte
coire neq̇bis. Hec ſociāda vetāt cōnubia
iuncta retractāt. ¶ Forma autē eſt cōſen
ſus p v̄ba expſſus. vt accipio te in meā ꝛc̄
vel huiuſmodi. Secūdū alios cōſenſus
animorū eſt materia in ꝯiugio. forma au
tem eſt debita verborū platorū forma ſcꝫ
Accipio te in meā. ꝛc̄. ¶ Sed nunq̇d et
iſte cōſenſus debeat ferri ꝛ eſſe ad carnalē
copulam. Et dic̄ magiſter in libro ſentē/
tiarū ꝙ nō in carnalē copulā nec in coha
bitatōem corpalem ſed in ſocietatē cōiu/
galem. quod ſic exponit hoc eſt in carna/
le debitum. nō in carnalem actū. ¶ Nec
obſtat illud de matrimonio beate virgi/
nis que ſm beatū Auguſ. ita in matrimo
nio cōſenſit/ꝙ niſi aliter deus iuberet. de
bitum cōiugale nō redderet. Ait enim ſic
Cōmittens autē virginitatē ſuam diui/
ne diſpenſatōni/ꝛ cōſenſit in carnalē co/
pulā nō illā appetendo ſed diuine inſpi/
rationi in vtroqꝫ ſcilꝫ ꝛ virginitate ꝛ cō/
mixtione obediēdo. Sed virginitatē quā
nondū vouerat/in deſiderio habuit ꝛ cū
firmo propoſito. cōmixtionē vero illam
niſi deus aliter diſponeret in ſufficientia
¶ Ex his ſatis patet quid hic ſit ſacram̄
tum ꝛ quid res. Nam ſacramentū eſt cō/
ſenſus animorū ꝛ cō iunctō corpoꝝ. Res
autē duplex eſt ſcilꝫ vnio chriſti ꝛ eccleſie
Item vnio duarum naturarū in chriſto.
Nam ſicut in matrimonio cōiunctio eſt
animorū vnius cum vna ita vnit chriſtꝰ
cum eccleſia que vna eſt vt dicit Cantic̄.
vi. vna eſt colūba mea. ꝛc̄. De qua etiam
vniōe dicit prime Ad corin. vi. Qui ad
heret deo/ vnus ſpiritꝰ eſt cum eo. Item
ſicut in matrimonio eſt cōmixtio diuerſo
rum ſexuū/ita in chriſto eſt vnio duarum
diuerſarū naturaꝝ ſcꝫ diuine ꝛ humane.

¶ Explicit tractatus ter
tius de expoſitiōe ſeptem
ſacramentorum.

# Incipit tractatus

eiuſdem quartus de ſeptem virtutibus ⁊ earum declaratōne.

NUnc aliqua tangēda ſunt de virtutibus Et p̄ rio quid ſit virt⁹ in genere. Quot ſunt in nūero. et de earum ſufficientia. Deinde de ſingulis in ſpeciali erit aliquid dicendum.

## Quid ſit virtus in

EſSt autē virt⁹ ſm (generali Auguſt. bona qualitas mētis. qua recte viuit͛ et q̄ null⁹ male vti͛t. quā ſol⁹ de⁹ in hoīe opat͛. Notāter dicit͛ bona q̄litas ad drām malarū q̄litatū cuiuſmōi ſunt ꝓdigalitas auaricia. Addit mētis. ad drām corꝑaliū q̄litatū. quales ſunt albedo nigredo. Et ſubiūgit. qua. ſcilꝫ virtute. recte viuit͛. ad differentiā ſciētie que q̄uis ſit bona qualitas mētis. nō tamē neceſſario ea recte viuitur ſed poti⁹ ea recte intelligit͛. Et additur q̄ nullus male vti͛t ad differentiā potentiaꝝ naturaliū quib⁹ cōtingit ⁊ bene vti ⁊ male vti. cuiuſmōi ſunt rōnabilitas ⁊ cōcupiſcibilitas. ⁊ iraſcibilitas. que ꝓprie potētie dicūtur Dicit͛ etiā quā ſolus deus opatur in homīe. qḋ ponit͛ ad differentiā virtutū politicaꝝ. que (vt vult philoſophus in Ethicis) generātur ex freq̄nti bene agere. cū virtutes theologice a dō infundātur. Ex quo apparet ꝙ p̄cedens diffinitio eſt ꝓprie virtutis theologice. Sed prout virtus cōp̄hendit tā quattuor virtutes cardinales q̄ꝫ tres theologicas ſic poteſt diffiniri. Uirt⁹ eſt amor habendi ſe ad oīa vt debet͛. Unde Aug. in libro de moribꝫ eccl'ie. ſingulas diffiniēs ꝟtutes. in oīibus diffinitōnibus ponit amorē tanq̄ꝫ genus. ⁊ adiungit diuerſos actus quaſi diuerſas differentias.

## Quot ſunt uirtutes ⁊ de earum ſufficientia.

EX dicta autē diffinitiōe/ extrahi poteſt nūerus ſeptē virtutū ſcilꝫ quatuor cardinaliū ⁊ triū theologicaꝝ. Cum eni virt⁹ ſit amor habendi ſe ad oīa vt debet͛. aut erit amor hn̄di ſe vt debet͛ ad creatorē. aut ad creaturam. Si primo modo tūc vel erit amor ad creatorē vt recognoſcat͛ ⁊ ſic erit fides que eſt illūinatio mētis ad cognoſcendū deum. Aut erit amor ad creatorē vt poſſideat͛. ⁊ hoc dupliciter ſcꝫ Uel vt habēdus in futuro. ⁊ ſic eſt ſpes. Uel vt quō hic ſiā habitus ⁊ tētus. ⁊ ſic eſt caritas qua q̄s licet ꝑ quendā modū impſectū habꝫ hic deum. Quia q̄ manet in caritate in deo manet ⁊ deus in eo. i. Joh. iiij. Si autē ſit amor hn̄di ſe vt debet͛ ad creaturā. tūc vel ad creaturā que ſub nobis eſt vt caro. ⁊ talis amor ſic habēdi ſe ad eam vt debet͛ eſt tempātia. Aut ad creaturā que iuxta nos eſt. ſicut eſt proxim⁹. ⁊ talis amor ſic ſe recte habendi ad eū/ eſt iuſticia Aut ad creaturā que ꝯtra nos eſt. ⁊ tūc aut illa creatura eſt nobis inſidiās. ⁊ tal' amor ſic ſe habendi ad eā vt debet͛/ eſt prudentia. Aut illa creatura ē nos moleſtās. ⁊ talis amor ſic ſe hn̄di ad eā vt debet͛ eſt fortitudo.

## De tribus virtutibus theologicis. Et primo de fide.

IN ſpeciali tangēdū eſt de ꝟtutibus theologicis Et p̄ rio de fide. De q̄ ꝑmo dicendū q̄d ſit Quot modis dicat͛. Que ſit fides informis et q̄ formata. Et vtꝝ vna ſit alia Et an demōes habeāt fidē Utꝝ puuli baptiſati hēant fidē Utꝝ in aliq̄ caſu ſufficiat ſuare fidē corde ⁊ diffiteri ore Utꝝ fidei poſſit ſubeſſe falſum. An oēs teneātur ad fidem explicitam?

## Quid ſit fides et quomodo diffinitur.

SEcundū aūt apl'm ad heb. Fides eſt reꝝ ſperandaꝝ ſubſtantia. argumētū non apparentiū. Et diffinit͛ hic fides put eſt fundamentū in edificio ſpūali. Subſiſtit ei oibꝫ aliīs ꝟtutibꝫ ⁊ eas collocat ī nobis. i. facit eas in nobis collocari Et hāc ſic intellige diffinitionē. Fides eſt ſperādaꝝ reꝝ ſubſtātia. i. fides facit modo res ſperatas ſubſiſtere in nobis ſpe. q̄ tandē ſubſiſtēt re. Fides dr̄ argumentū. i. oſtenſio vel ꝓmonſtratio/ nō apparentiū rerū Sed nōne apoſtoli crediderunt xp̄m paſſum: vtiq̄ꝫ. q̄ꝛ in eoꝝ ſymbolo hoc ꝑ articulo ponit͛. et tamē apparuit eis paſſio ſua Sꝫ dic ꝙ aliō viderūt ⁊ aliud crediderūt q̄ꝛ hoīem

paſſum viderũt ⁊ deũ paſſum crediderũt
Deum autẽ paſſum eſſe/eſt articulꝰ fidei
ſm̃ Auguſt. Non hominẽ illum paſſum
eſſe Quia hoc crediderũt iudei qui fidem
nõ habent catholicã. ¶ Secundũ autem
Auguſtinũ. Fides eſt illumiatio mentis
ad videndum deum.

## Quot modis fides

O Icitur autẽ fides mul (dicat
tipliciter. Aliquãdo enĩ accipi
tur pro habitu fidei informis
Vñ Jacobi. ij. Fides ſine opi/
bus. Aliquãdo accipit pro habitu fidei
formate. Unde ad hebreos. xi. Sancti ꝑ
fidem vicerũt regna. Aliqñ pro actu fidei
formate ſm̃ ꝙ dicit Augu. Fides eſt cre/
dere quod nõ vides. Aliqñ pro facilitate
credendi. Unde Math. viij. Nõ inueni
tantã fidẽ in iſrael. Aliquando ꝓ obiecto
fidei ſcilꝫ pro eo qȯ creditur. cuiuſmodi
ſunt articli fidei Unde in ſymbolo atha
naſij dicit. Hec eſt fides catholica. qȯ in/
telligit de articulis ibi poſitis.

## Quid ſit formata ⁊ qd iformis. ⁊ vtrũ vna poſſit fieri ſine alia

FIdes autẽ formata eſt fides q̃
opatur ꝑ dilectõem que ſcilicet
informat gratia ⁊ caritate. Fi/
des autẽ informis eſt huic con
traria vtraqꝫ formabilitate priuata q̃lem
hñt exiſtẽtes in pctõ mortali. q̃ nihil ali/
ud eſt q̃ꝫ potẽtia naturalis aſſentiẽdi veri
tati vtili. ¶ Utrũ autẽ fides informis fi/
at qñqꝫ formata vel nõ ⁊ an quotiẽs pec/
cat mortalit/ om̃ino pereat fides forma/
ta. ⁊ cũ ad ſtatũ gratie ꝑ penitentiã redit/
vtrũ noua fides creat. ¶ Multi videntur
dubitare. Dicũt enĩ aliqui ꝙ fides infor
mis eadẽ eſt in eſſentia cum fide formata
ſed differũt ſm̃ intẽſionẽ maiorẽ ⁊ mino
rem. vt aſſenſus veritati aliq̃ illuſtratõne
gratie irradiatus ſit fides iformis. aſſen/
ſus autẽ vehemẽs/multa illuſtratiõe gra
tie illumiatus. ſit fides formata Et volũt
iſti ꝙ fides informis hic finiri poſſit. for/
mata vero nõ. ¶ Alij dicũt ꝙ nõ ſunt ea/
dem in ſubſtãtia ſed euacuata ſiue recedẽ
te fide formata/totũ perit Et relinq̃tur tã
tum modica quedã lux in anima/que nõ
facit hominẽ gratũ que dicit fides infor/
mis ¶ Alij diſtinguũt ꝙ dupliciter dicitur
fides informis. Uno modo ꝑ priuatõez
actualem forme debite. Et ꝑ hunc modũ
dicitur fides informis eſſe in pctõribus.
quia nõ eſt in eis gratia gratificãs vel ca/
ritas. Alio modo dicit fides informis ꝑ
priuatõem poſſibilitatis ad formã debi/
tam. ⁊ hec fides informis eſt in demoni/
bus q̃ nõ habent poſſibilitatẽ ad gratiã.
Et primo modo dicta fides informis/ſic
differt a formata/ꝙ tñ formata fieri poſ/
ſit. ſcꝫ ꝙ illud qȯ fidei informi ſubiacet/
poteſt formari. Unde materialit loq̃ndo
hec poteſt fieri illa. ſicut cecitas in oculo
poteſt fieri viſus ꝑ miraculũ. Sed ſecũ/
do mõ dicta fides informis oĩno differt
a fide formata ſic ꝙ nullo mõ fieri poteſt
formata. Et illud plus placet aliq̃bus ¶
Ex his patet an demones habeãt fidem
Habent enĩ fidẽ informẽ vt dicũt ſancti
Sed vt dixi multo aliter q̃ꝫ pctõres. quo
niã fides informis demonũ nõ eſt poſſi/
bilis ad formã debitã ſicut fides pctõrũ
in q̃ eſt aliq̃ q̃ꝫuis modica illuſtratio gra/
tie. In fide vero demonũ nulla ſed tantũ
credulitas quedã ex cogitatõne naturali
exorta.

## Utrũ paruuli baptiſati habeant fidem.

AD id quod q̃ritur vtrũ ꝑuuli
baptiſati fidẽ habeãt: Dicunt
quidã ꝙ nec fidẽ habeãt. nec ce
teras virtutes. eo ꝙ he nõ ↄferũtur eis in
baptiſmo ſed tãtũ purgatio ab originali
peccato. Dicũt tñ ꝙ ſi anima ꝑuuli poſt
baptiſmũ ſeparet. in illa ſepatõne illi in/
fundi fidẽ. ceteras qꝫ virtutes ab ipo deo
Et ſimiliter cũ adultus efficiat ſi tamẽ re
tineat innocentiã baptiſmalẽ. ¶ De hac
opinione eſt Hugutõ qui fecit apparatũ
ſuper decreta ¶ Alij dicunt ꝑuulis plene
fidem ⁊ ceteras virtutes in baptiſmo in/
fundi ſed nõ vſus earum. Quã opinio/
nem tenet magiſter in libro ſententiaꝝ ⁊
alij plures. ¶ Eſt ⁊ alia opinio inter has
duas media. que ponit ꝙ paruuli nec ha
bent completũ habitũ virtutũ. neqꝫ actũ
quia nondũ ſunt capaces virtutis com/
plete vt eſt habitus vel actus. Sed acci/
piunt virtutes ad potentiã. que potentia
aliquid habꝫ de natura habitus. et fit ha
bitus cõpletus ſi anima ſeparet. vel cum
veniũt ad etatem adultam.

## Vtrū in aliq̄uo caſu ſufficiat corde ſuare fidē ⁊ ore diffiteri

Trum autē in aliquo caſu ſufficiat veram fidē corde tenere. ⁊ pro vita ſaluāda / ore negare. nullus diſcretus dubitat. Negans eni᷑ fidē ore / quantūcunqꝫ retineat firmiter corde / precipue req̄ſitus / peccat mortaliter. Corde eni᷑ vt ait apoſtolꝰ creditur ad iuſticiā. ore autē confeſſio fit ad ſalutē. Unde ſine cōfeſſione fidei nō videtur eſſe ſalus. quātominꝰ cū negatōne. Inſuꝑ talis impugnat fidei veritatē agnitā. Et ſic videt̄ quodāmodo peccare in ſpiritūſanctū. Unde hec eſt hereſis ꝑſcillianiſtaꝝ qui dicūt ꝙ ꝓ vita ſaluāda licet fidē ore negare ſi tamē vere teneat̄ in corde

## Vtrū falſum poſſit ſubeſſe fidei.

Ic dubitat̄ vtrum falſum poſſit ſubeſſe fidei. Hoc eſt vtrum falſum poſſit credi. vel id quod nō eſt. puta cum ſacerdos eleuat hoſtiam nō conſecratā / vtrum ſit vera fides qua a toto populo credit̄ ibi eſſe vel illud eē corpus chriſti. Et dicit̄ ad hoc / ꝙ fidei nunq̄ꝫ poteſt ſubeſſe falſum nec dubiū. immo nec etiā poteſt quicq̄ꝫ credi. niſi ſit infallibiliter verū. Unde in predicto caſu credere ꝙ illud ſiue illa hoſtia / ſit corpus chriſti / nō eſt fides ſed opinio tm̄ que poteſt eſſe de falſo Sed credere ꝙ ſub illa hoſtia ſi in forma debita cōſecrata fuerit / ſit corpus chriſti eſt fides. ⁊ hoc ſemꝑ infallibiliter eſt verū. Unde illa conditō ſemꝑ apponēda vel ad minꝰ ſupponēda eſt. q̄ndo hoſtia adorat̄. vel ſumitur. ſcꝫ ſi rite cōſecrata fuerit. Hoſtia rite conſecrata infallibiliter eſt corpus chriſti.

## An ōes teneantur ad fidem explicite credendam.

Eniqꝫ an om̄es teneātur ad fidem explicitā. ſcilicꝫ ad credendū articulos fidei explicite dubium eſt apō quoſdā. Dicūt eni᷑ aliq̄ / ꝙ nec ante aduentū nec poſt aduentū chriſti tenebātur homīes ſcire om̄es articulos fidei explicite. nec etiā om̄es explicite credere niſi in q̄ntū docti erant a maioribus. Et illā doctrinā in intellectu capere poterāt. Sed tamē adhuc illi qui ꝑceſſerunt / minus tenebātur propter vmbrā q̄ tunc erat. Iſti autē plus / propter doctrinam ⁊ veritatē expꝛſſam. Unde nūc quilibet quantūcūqꝫ ſimplex qui humanā habet diſcretionē / tenet̄ ad minus explicite ſcire ⁊ credere primū articulū. Et reliquos nullatenus diffiteri. ſed in generali credere q̄cq̄d ſancta ⁊ vniuerſalis credit eccleſia. Et tenet̄ preter hoc ſe ꝑatū exhibere ad ampliꝰ diſcendū / cū doctorem catholicū habuerit Et q̄m obtuſum ſenſuꝫ habent ſimpliciores nō credo ꝙ teneant̄ ita explicite ſcire ſicut explanat̄ eis. quia ſufficit ꝙ ipſi accipiāt explanatiōem ſꝫm ſuam ꝑtātem intelligēdi. ⁊ nō ſꝫm voluntatē aut facultatē explanatoris. Si autē primū articulū vel plures etiā alios explicite crederēt. vni tamē ꝑtinaciter cōtradicerent / heretici iudicarētur. Quia hoc fieri nō poſſet / niſi egreſſi iudiciū eccleſie / pueruli hereticoꝝ iam ꝑ doctrinam puerſam eſſe incipent. Secus tamē eſt de ſapientioribꝰ qui tenētur explicite om̄es articulos ſcire. Et maxime prelati aut quicūqꝫ alij qui ſe fatēt̄ doctores. cū ignorātia iuris nō cadat in principē aut doctorem

## De virtute ſpei et ꝑtinentibus ad ipſam

Equit̄ aliq̄d dicere de ſpe. Primo q̄d ſit ſpes. An ſpes poſſit eē maloꝝ rerū. Quoꝝ ſit ſpem habere. An ipſa ſimul cū fide euacuabit̄. Et quid ſuccedit eis.

## Quid ſit ſpes et quō diffinit̄.

Iffinit̄ āt ſic ſpes ab aug. Spes ē certa expectatō future btītudīs ꝓueniēs ex grā ⁊ meritis ꝑcedētibꝫ Quā ſic expone. ſpes ē certa qꝺ̄ ꝺ̄r ꝓpter heſitatōem. Nā ſpes vſq̄ꝫq̄ꝫ abſqꝫ fluctuatiōe heſitatōis ē. Expectatō qꝺ̄ ꝺ̄r ad ꝺr̄āꝫ cōꝓhēſiōis q̄ erit in patria. vbi nihil expectabit̄ ſꝫ oīa p̄ntialit̄ hēbunt̄. Future btītudis qꝺ̄ dicit ad ꝺr̄am tioris ſuilis. q̄ eſt expectatō future miſerie Expectatō dico ꝓueniēs ex grā id eſt benignitate dei ꝯſiderata Qꝺ̄ eni᷑ ꝺ̄r ex benignitate dei ꝯſiderata / ꝺ̄r ad ꝺr̄ām deſꝑatōis q̄ ſeueritatem tantū dei cōſiderat Et ex meritꝭ precedētibus. quod dicit ad differentiā pre

ſumptõnis: que ex dei benignitate tantũ
cõſiderata et nõ cum hoc ex meritis bea/
titudinẽ adipiſci credit. Et ſic diffinitur
hic motus ſpei. ¶ Aliter ſic cõmuniter a
magiſtris diffinit̃. Spes eſt audacia mẽ
tis de largitate dei cõcepta/ habendi vitã
eternam ꝑ bona merita.

## An ſpes poſſit eſſe (malaꝝ reꝝ

An autẽ ſpes poſſit eſſe malarũ
rerũ: Dicit magiſter in. iij. ſen/
tentiarũ ꝙ ſpes eſt tantũ bona
rum reꝝ. ⁊ earum que ad eũ ſpe
ctant qui earũ ſpem genere videt̃. quia ꝓ/
prie ſpem habem⁹ de bonis noſtris. non
de alienis. Vñ ad hoc ꝙ ſit proprie ſpes
tria cõcurrere debent. ſcilꝫ ꝙ ſit reſpectu
boni. ⁊ proprij. ⁊ futuri. Unde ſi aliquã/
do legatur. Spes dici maloꝝ ſicut apud
poetã Hunc ego ſi potui tm̃ ſperare labo
rem Vel etiã bonoꝝ ⁊ cõmuniũ. ſicut ſpe
ramus ſalutẽ bonorũ qui ſunt in via. vel
etiã boni pñtis. ĩtellige in talibus ſpem
non proprie accipi ſed largo modo.

## Quorũ ſit habere ſpem ſeu ſperare.

De eo autẽ ꝙ querit̃ quorum ſit
ſperare ſcꝫ an ſit angeloꝝ. An
animarũ beataꝝ in celo. Et an
xp̃s ſpem habuerit Et etiã an antiqui pa
tres in limbo. vel aĩe nũc detente in pur
gatorio ſpem habuerĩt aut habeãt: Di
cẽdũ eſt ad tria priora ꝙ ꝓprie ſumpto no
mine ſpei. neqꝫ angeli neqꝫ aĩe beate neqꝫ
xp̃s/ ſpem habuerũt. Cuius ratõ eſt quia
ꝓprie nõ eſt niſi de ſubſtãtiali beatitudĩe
quã nunc hñt angeli ⁊ aĩe beate. eo ꝙ ſto/
la corꝑis nõ ſit ſm doctores de ſubſtãtia
li p̃mio ipſaꝝ. ſed tm̃ ipſa cõtemplatõ di
uinitatis ⁊ humanitatis xp̃i. Quia vt ha
bet̃ Joh. xvij. Hec eſt vita eterna vt cog/
noſcãt te ſolum veꝝ deũ. ⁊ quẽ miſiſti ie/
ſum xp̃m. Et qm̃ xp̃s beatitudinẽ ſubſtã
tialem in via habuit. qꝛ ꝯprehẽſor fuit iõ
ſpem ꝓprie nõ habuit. Et ſi aliqñ legatur
ipm̃ ſpem habuiſſe. intelligẽdũ eſt de im
proprie dicta. ſ. de aliq̃ ſpe de accidentali
beatitudĩe. vtpote de glorificatiõe corpo
ris ſui. cui⁹ nõ eſt ſpes niſi ꝑ poſteri⁹. vel
de ipſo loq̃tur ſcriptura gratia mẽbrorũ.
¶ De patrib⁹ aũt in lymbo. ⁊ de aĩab⁹ in
purgatorio exñtibus dicit̃ ꝙ ſpem habu
erunt ⁊ habẽt aliquãtulũ/ extenſo nomĩe
Cum enĩ ſpes ſit boni futuri expectatio.
poteſt eſſe expectatio cũ om̃imoda heſita
tione. Et tũc nõ eſt ſpes. vel cũ certitudi/
ne opinionis: ⁊ tunc proprie eſt ſpes. q̃lẽ
habent electi in via. Vel poteſt eſſe cũ cer
titudine ſcientie. ꝙ ſcꝫ ſciant ſe bonũ eter
num adepturos. Et ſic min⁹ proprie dici
tur ſpes. Et ſic iſto modo ſumendi ſpem
dicit̃ ꝙ patres ĩ lymbo ⁊ purgatorio ani/
me ſpem habuerunt ⁊ habent.

## ¶ An ſpes et fides euacuabũtur ⁊ quid eis ſuccedet.

De vltimo quod ponebat̃ in q̃/
ſtione. ſcilꝫ an ſpes ⁊ fides eua
cuabũtur Et q̃d ipſis ſuccedet
Dicitur ꝙ vtraqꝫ euacuabitur
Cum enĩ venerit quod ꝑfectũ eſt euacua
bitur qđ ex ꝑte eſt. Et ideo qꝛ fides ⁊ ſpes
imꝑfectõem habent/ euacuabũt̃. nec erũt
ſanctis in celo ſꝫ loco fidei ſuccedet viſio
loco autẽ ſpei/ ſuccedet amplex⁹ vbi vide
bit̃ ⁊ guſtabitur q̃ꝫ bonus eſt dominus.

## De virtute carita/ tis ⁊ ꝑtinentibus ad ipſam. v

Iam de charitate aliq̃d dicatur
Et primo q̃d ſit caritas. Que
ſint diligenda charitate. Et q̃s
ordo ſit obſeruãdus in diligẽdis An oẽs
teneant̃ ad dilectõem inimicorũ. Et iteꝝ
de quodã alio ordine diligendorum.

## ¶ Quid eſt caritas

Caritas ſm magiſtꝝ in. iij. ſen/
tentiaꝝ eſt dilectio qua diligi/
tur deus propter ſe. ⁊ proxim⁹
propter deũ vel in deo. Hec hic
diffinitur idẽ per ſeipm̃ ſcilꝫ charitas per
dilectõem. quia dilectio quodãmodo ge/
nus eſt ad charitatẽ. ⁊ ea quidẽ cõior. q̃ꝫ/
uis in frequẽti vſu ſcripture/ vnũ ꝓ alio
aliquotiẽs ponat̃ ¶ Alia datur ab augu/
ſtino in libro de morib⁹ eccl'ie. Charitas
eſt affectõ animi recta/ ꝯiungẽs nos deo.
¶ Et ſciendũ ꝙ q̃ntũ ad priorẽ diffinitõ
nem/ eadẽ eſt dilectio q̃ deus ⁊ proximus
diligit̃. quia quãdo vnũ propt̃ aliõ ama
tur/ vnico vtriuſqꝫ amore amat̃. Sicut idẽ
eſt amor quo amat̃ vinum ⁊ dulcedo vi/
ni Hemina: a dicit̃ hec dilectio propt̃ duo
dilecta. ſcꝫ deũ ⁊ proximũ. propter quod

etiam dicunt᷑ duo mandata de dilectōne.
Primū de dilectōe dei qd̄ continet tria ꝓ
ma p̄cepta ſeu mandata decalogi ptinen
tia ad deū vel q̄bus oꝛdinamur ad deum
Secundū eſt de dilectōne ꝓximi. ꝯtinēs
ſeptē alia decalogi p̄cepta ſeu mandata. q̄
nos oꝛdinant ad pꝛoximū. ſicut in ſupio
ribus declaratū eſt.

## Que caritate dili/genda ſint ⁊ quo oꝛdine.

Ceterū vt ſciam⁹ que charitate
diligenda ſunt. Attendam⁹ do
ctrinā auguſti. lib. pꝛio de do/
ctrina xp̄iana. Quatuoꝛ enī ſm eum dili
genda ſunt. Unū quod ſupꝛa nos eſt ſcȝ
deus. Alterū quod nos ſum⁹ ſcilȝ anima
Tertiū quod iuxta nos eſt ſcilȝ pꝛoxim⁹.
Quartū quod infra nos eſt ſcȝ coꝛpus.
¶ De ſecundo autē ⁊ quarto nulla p̄rece
pta ſpecialia data ſunt. Quātūcunq̧ enī
homo excidat a charitate/ ſemp̄ tamē illi
remanet affectio ad ſeip̄m ⁊ ad carnem ſu
am ¶ Sȝ quis oꝛdo ſeruādus eſt in his
diligendis. Utrū videlicet in aliquo ca/
ſu/ extranei pꝛeponēdi ſint cōſanguine/
is? Item an filij pn̄tibus? Item an vxoꝛ
parētib⁹? ¶ In pꝛimo q̄dem caſu diſtin
guunt quidā. quia aut beneficiū conferē
dum/ eſt ſp̄ūale aut tempale. Si eſt ſp̄ūa/
le cū beneficiū ſp̄ūale ad neminē iure con
ſanguinitatꝭ deuoluat᷑/ debet extraneus
melioꝛ p̄ferri cōſanguineo minus bono.
Si autē ſit tempale/ puta de bonis acq̄/
ſitis vel iure hereditario poſſeſſis. Dicūt
ꝙ cōſanguineo pariter indigenti etiā mi
nus bono/ pꝛi⁹ eſt ſubueniendū q̄ȝ extra/
neo. Unde ſi vnus eſt cōſanguine⁹ et al/
ter nō/ ⁊ vtriq̧ dandū nō ſufficeret. tunc
dandū eſt cōſanguineo. Si vero vtriq̧
ſufficiat. vterq̧ accipiat. ſed cōſanguine/
us poꝛ. ¶ Reſpectu vero ſecūdi ſcilicȝ an
filij ꝓponendi ſunt pn̄tibus. ſcilȝ patri et
matri. Dicūt plures. ꝙ pn̄te ⁊ filio in eq̄/
li neceſſitate cōſtitutis/ pꝛius eſt ſubueni
endū parēti q̄ȝ filio cuȝ ad hoc nos cogat
tam lex nature q̄ȝ dominicū pꝛeceptū Ui
di aliquos ſentire cōtrariū. ⁊ aliquos di/
ſtinguere de dilectōne affectuali ⁊ effectu
ali. Dicendo ꝙ dilectiōe affectuali. plus
diligendi ſunt parētes ꝓpter p̄ſtita benefi
cia. Effectuali vero plus diligēdi ſunt fi
lij. qꝛ vt plurimū plus indigent. Sed po
ne equalē vtrobiq̧ indigentiā. tūc puto
plus ſubueniendū eſſe parentib⁹ ſcilȝ pa
tri ⁊ matri q̄ȝ filijs ¶ De vxoꝛe autē qd̄
erat tertiū dicit᷑ ꝙ pꝛeferenda eſt pn̄tibus
quantū ad cohabitatōem. nō quantū ad
dilectōem. Unde illō ¶ Relinq̄t homo
patrem ⁊ matrē ſuam. ⁊ adherebit vxoꝛi
ſueꝛē. Intelligendū eſt ꝙ magis adherē/
dum eſt eis q̄ȝ parētibus/ cohabitatōne.
non tamen magis dilectione. eo ꝙ multa
plura beneficia a parentib⁹ exhibita ſunt
q̄ȝ ab vxoꝛe.

## An oēs teneantur ad dilectiōem inimicoꝛum.

De dilectōe autē inimicoꝝ/ an
teneamur oīes ad eoꝝ dilectō
nem? ⁊ an teneamur eis oīes
oſtēdere ſigna familiaritatis? Et dicit᷑ ꝙ
ſic ſcȝ ꝙ oīes tenētur inimicos diligere.
eo ꝙ ſup̄ hoc extat pꝛeceptū diuinū Ma
thei. v. Ego autē dico vobis diligite ini/
micos veſtros. benefacite his qui oderūt
vos. Sed hoc quo ad affectū dilectōnis
quo ſimplicit᷑ tenētur oīes inimicos di
ligere. quo vo ad ſigna dilectiōis ⁊ ad ef/
fectū/ nō tenētur oīes (vt dicit᷑) inimicū
diligere. niſi viderint eū neceſſitatē patiē
tem. vel veniā nō ficte ſeu irriſoꝛie ſed ve/
raciter poſtulantē. vn̄ ſi ſalutat/ nō irriſo
rie ſalutādus eſt. Perfecti vo ſaltē religio
ſi/ ad ampli⁹ tenētur. Pꝛopter ſcādalum
enī euitandū/ corā his p̄cipue qui ſciunt
ꝙ offenſi ſunt/ tenētur offerre ſignū dile/
ctōis. Hec tamē intelligas de tali inimi/
co qui fidē xp̄ianā ⁊ fidem catholicā im/
pugnat. quia ſic impugnāti niſi in vlti/
ma neceſſitate nō eſt ſubueniendum.

## De quodā alio oꝛdine diligendoꝛum

In ſumma nota ſm Auguſti. ⁊
Amb. ⁊ alios expoſitoꝛes ꝙ ꝓ/
mo diligēd⁹ eſt de⁹. deinde aīa
ꝓpꝛia. deiñ aīa ꝓximi. deiñ coꝛp⁹ ꝓpꝛiū. et
poſtea coꝛp⁹ ꝓximi Int᷑ ꝓxios āt pꝛio pn̄
tes. ſ. pr̄ ⁊ mr̄. ſcd̄o filij. deiñ alij cognati.
¶ Utrū āt vxoꝛ ſit p̄ferēda filijs/ certū nō
hēo. p⁹ filios ⁊ vxoꝛē/ domeſtici. ſ. noti de
iñ extranei nō inimici. deiñ inimici ¶ Ex
aūt iubemur diligere ꝓxios ſic̄ noſmetip
ſos ſic itelligēdū ē ꝙ. ſ. eq̄ optādū ē eis bo
nū etnū ſicut nob. Nō eī tenemur tp̄alia

equaliter eis vt nobis miniſtrare. ſed nobis primo poſtea autem ipſis.

## De quatuoꝛ virtutibus cardinalibus in generali.

Equit̃ breuiter aliquid dicere de virtutibꝫ cardinalibꝫ/ ſcꝫ de iuſticia que ſm Aug. eſt in ſubueniendo miſeris. de prudẽtia que eſt in cauẽdis inſidijs. de foꝛtitudĩe que eſt in pferendis moleſtijs. et de temperãtia que eſt in prauis delectatõnibus coercẽdis. De quibꝰ primo dicendũ eſt q̃re dicant̃ cardinales ⁊ ciuiles ⁊ politice. Deinde de ſingulis que ſit q̃libet virtus in ſe. Et q̃ ſunt pꝛopꝛij eaꝝ actꝰ tã in via q̃ꝫ in patria. Poſtremo de oꝛdine earum ad ſeptem vicia capitalia.

## Quare dicte virtutes dicunt̃ cardinales ciuiles et politice.

Dicunt̃ autẽ ſm quoſdã virtutes cardinales quaſi coꝛdiales ad differentiã virtutũ coꝛpoꝛalium. Cardo enĩ ſm yſidoꝛum a coꝛde deriuat̃. qꝛ a coꝛdian grece qđ eſt coꝛ latine. Uel vt alij volũt dicũtur cardinales qꝛ in eis ſicut in cardinibꝫ/ oĩs alia virtus maxime ciuilis voluit̃. Secundũ autẽ phos qui de ipſis tractauerũt dicũtur cardinales/ qꝛ in his ſicut in cardine eſt reuolutõ totius vite hũane ſm ſtatuꝫ honeſtũ ⁊ ciuilem. ¶ Ciuiles autẽ dicũt̃ quia conſtituũt bonũ ſtatũ vnius cũ altero in oꝛdine ciuiũ. his enĩ virtutibꝫ ſm Plotinũ phm ⁊ macrobiũ. boni viri reipublice cõſulunt. vrbes tuent̃ parẽtes venerant̃. pximos amãt ¶ Politice autẽ dicunt̃/ eadem de cauſa/ qꝛ idẽ eſt polis grece quod eſt ciuitas latine. ⁊ ideo politice dicũtur quaſi ciuiles.

## ¶ De virtute iuſticie in ſpeciali.

Eſt autẽ iuſticia ſm Auguſti. virtus tribuẽs vnicuiqꝫ qđ ſuum eſt. Que diffinitio cõuenit iuſticie tam ſm ſtatũ vie q̃ꝫ ſm ſtatũ patrie. ¶ Alia autẽ diffinitio q̃ ponit ꝙ iuſticia eſt ſubuenire miſeris/ cõuenit iuſticie tm̃ ſm ſtatũ vie. ¶ Ponũtur autẽ ſm magiſtꝝ in tertio li. ſentẽtiarum duo eius actus ſcꝫ actus eiꝰ in patria. qui eſt deo regenti ſubeſſe. ⁊ actus eiꝰ in via q̃ eſt miſeris ſubuenire. Hi ſunt actus generales ad quos tenẽtur oĩes. ¶ Sunt ãt ⁊ alij actus eius ſpeciales ad quos nõ ita indifferẽter oĩes tenent̃. qui ſic (quantũ ad ppoſitũ pſens ſufficere põt) diſtinguũtur. Jam tactũ eſt ꝙ actus generalis iuſticie eſt vnicuiqꝫ tribuere qđ ſuum eſt hoc eſt ſupioꝛibꝫ paribꝫ ⁊ inferioꝛibꝫ Supioꝛibus quidẽ preeminẽtiã ⁊ hoc dupliciter. Quia vel generalit̃ ⁊ ſic dicit̃ actus eius/ inferioꝛa potioꝛibꝫ ſubdere. quã ponit Auguſt. de libero arbitrio. lib. ij. Uel ſpecialit̃. ⁊ ſic dꝛ actus eius ſoli deo deſeruire. De quo Auguſt. vi. lib. ſue muſice: Si autẽ ſit in tribuẽdo qđ ſuũ eſt paribꝫ ſic eſt triplex actus eiꝰ Unꝰ paria ſibimet copulare. de quo augu. de libero arbitrio li. i. Alius nullis coeq̃ri/ niſi purificatis animis. Tertiꝰ nullis dñari appetere niſi nature coꝛpali vł beſtiali. de quibꝫ duobus Augu. in. vi. ſue muſice. Si autẽ in tribuẽdo quod ſuũ eſt inferioꝛibꝫ hoc eſt dupliciter. Uel quoad penã ſubleuandã ⁊ ſic eiꝰ actꝰ eſt miſeris ſubuenire. ſm magiſtꝝ in. iij. li. ſentẽtiaꝝ Uel q̃ad culpam coꝛrigendã ⁊ ſic eius actus eſt iniq̃s moribus coꝛrigere ⁊ punire. De quo Augu. ſup Geñ. libꝛo. xij. ad litteram.

## De uirtute prudẽtie in ſpeciali.

Prudentia ſm magiſtrũ in. iij. ſentẽtiaꝝ eſt in precauẽdis inſidijs. vñ ſic aptius diffinitur. Prudẽtia eſt virtus reꝝ bonarũ vel malaꝝ neutraꝝ qꝫ diſcretio cũ fuga mali et electõe boni. Et dicit̃ neutrarũ qꝫ hoc eſt indifferẽtiũ. que ſcꝫ neqꝫ bone neqꝫ male ſunt. quale eſt frangere feſtucã. vel hmõi. Et trahit̃ diffinitio pñs ex verbis Aug. li. vbi dicit ꝙ prudẽtia eſt bonaꝝ reꝝ ⁊ neutraꝝ ſciẽtia ¶ Ponũtur autẽ plures prudẽtie actus. Actus eius in patria duplex eſt. Unꝰ. nullũ bonum deo pponere vel eq̃re. qui ponit̃ per magiſtꝝ in. iij. li. ſentẽ. Alius ipam cõcupiſcere veritatẽ. de quo Auguſt. in. vi. ſue muſice ¶ Actus prudẽtie vie ponũt̃ q̃nqꝫ. ſcꝫ pcauere iſidias. qui ponũtur p magiſtꝝ in. iij. li. ſentẽ. Jtẽ mala deuitare. de quo Auguſt. ſup geñ. li. xij. ad litterã Jtẽ incoꝛruptõem coꝛruptõni pponere. de q̃

Aug. de libero arbitrio. li. i. Jtẽ diſcernere bonũ a malo. de quo Augu. de ci. dei li. xix. Jtem eterna preponere tempalib⁹. de quo Auguſt. in vi. ſue muſice.

y ## ¶ De virtute forti

tudinis.

Fortitudo autẽ eſt in ꝑferendis moleſtijs. Unde ſm quoſdã ſic aptius diffinit. Fortitudo eſt immobilis animi inter aduerſa laboꝝ ꝛ periculoꝝ equa ſuſceptio ¶ Cui⁹ q̃druplex aſſignat actus vie Un⁹ firmare animũ cõtra tpales moleſtias. de q̃ Augu. ¶ Ali⁹ nõ aduerſitatẽ nec mortẽ tpalem formidare. de quo Auguſt. in. vi. ſue muſice. Ali⁹ a ſapiẽter electo / nullis terrorib⁹ nulliſq; penis depelli. de quo Augu. de libero arbitrio. li. i Alius ꝑ dilecto habẽdo aduerſa tolerare de quo Auguſt. ſup Gen̄. li. xij. ¶ Actus patrie duplex eſt. Un⁹ firmiſſime deo adherere. qui ponit ꝑ magiſtꝝ in. iiij. ſentẽ. Alius nihil moleſte pati q̃ ponit per Auguſti. in. vi. ſue muſice.

## De virtute tempe

rantie in ſpeciali.

Tempantia eſt ĩ prauis delectationib⁹ coercẽdis. Diffinit ãt ſic ab Augu. in li. i. de libero arbitrio. Tempantia eſt affectio / coercens appetitũ ab his reb⁹ q̃ turpiter delectant ¶ Cui⁹ actus aſſignant in via. Subtrahere ſe ab amore inferioris pulcritudĩs. de quo Auguſt. in. vi. ſue muſice Jtẽ coercere cogitatõẽs prauas de quo in. iij. ſen. Jtẽ libidinẽ refrenare. de quo auguſ. ſup Gen̄. xij Jtẽ refrenare cupiditates ab his que tpaliter delectãt. de q̃ augu. de libero arbitrio. ¶ Actus autẽ patrie eſt nullo reſpectu noxio delectari. de q̃ in. iij. ſen. Jtẽ immaculatũ manere. de quo auguſtinus in. vi. ſue muſice.

## De effectu dicta

rum virtutũ ꝛ an ſint in patria.

Iſte q̃tuor virtutes / hoĩem ad virtutes theologicas hñdas / habilitãt His nihil vtili⁹ eſt in vita dũmodo ĩformenť caritate. Tũc eñi eq̃ meritorie ſunt vite eterne / ſicut theologice ¶ An aũt he virtutes future ſint in patria. dicit magiſter in li. ſentẽ. ꝙ ſic ſm aliquos earũ act⁹ vt patet ꝑ ſingulas iuxta ſupra tacta.

## De ordine dictarũ

virtutũ ad ſeptem vicia capitalia.

Ultimo dicẽdũ qualit ꝑ has ſeptem virtutes ſeptẽ vicia capitalia expellant. Fides eñi que mentẽ illumiat expellit ſuꝑbiã que cor excecat. Spes q̃ gaudio futuroꝝ cor letificat / expellit irã que pñti miſeria mentẽ conturbat. Charitas q̃ gaudet de ꝓximi proſpitate / delet inuidiã q̃ eſt odiũ felicitatis aliene. Fortitudo ꝑ quã in actus viriles cõſurgimus expellit acidiã ꝑ quã deſidia tabeſcim⁹ Juſticia q̃ ſua vnicuiq; tribuit / elimĩat auariciã q̃ aliena retinet ꝛ rapit. Tempantia q̃ exceſſum repmit. expellit gulã que modũ excedit. Prudentia que ſm auguſt. incorruptõ em corruptioni preponit / euacuat luxuriã qua corrũpitur corpus ꝛ anima.

¶ Explicit quartus tractatus hui⁹ libelli qui eſt de explanatõne virtutum.

## Incipit tractatus z

quintus de ſeptẽ petitiõib⁹ contentis in oratõne dominica ꝛ earum expoſitõne.

## Tractatũ de

ſeptẽ petitonib⁹ q̃ in oratione dñica cõtinent / aliq̃ ſm ordinẽ hui⁹ libelli poñũt. ſcꝫ ĩmediate poſt tractatũ de articulis fidei. ꝛ ante tractatũ de decem ꝑceptis legis. Hic vero q̃nto loco poni placuit. ſ. inter tractatũ de ſeptẽ virtutib⁹. ꝛ tractatũ de ſeptẽ donis ſpũſſancti. ea ſcꝫ conſideratõe ꝙ in ipſis ſeptẽ petitõnib⁹ ſic in ipſa oratõne dñica cõtẽtis effectualiter / ipſe ſeptẽ virtutes / ipſaq; ſeptẽ dona ſpũſſancti / peti videant. ¶ Circa quẽ tractatũ primo videndũ venit de efficacia modi petendi q̃ deſcribit in prohemio dicte oratõnis dñice De diſtinctõne ꝛ expoſitõne ipſaꝝ petitionũ ꝑticulariter. De numero ꝛ ſufficiẽtia earũ. De ordine eaꝝ ad ſeptẽ vicia capitalia.

## De efficacia modi

petendi ꝯtenti in prohemio dicte orõis

PAter noſter. Cum hec orõ a ſa-
piẽtiſſimo vtpote ab eo qui eſt
ipſa ſapiẽtia infinita. ⁊ veraciſ-
ſimo vtpote ab eo qui eſt fons
⁊ origo totiꝰ veritatis / cõdita ſit. Patz ꝙ
nihil ei deeſſe poterit. ſiue quo ad petẽdi
modũ. ſiue quo ad ſufficientiã bonorum
petẽdoꝝ. Modus autẽ petẽdi efficaciſſi-
mꝰ deſcribit̃ in tribꝫ primis ꝟbis petitõ-
nes ꝓcedentibꝫ. q̇bus ad miſericordiã fle-
ctit̃ animꝰ patris miſericordiarũ. ideoq̃
ea his ſeptẽ petitiõibꝫ premiſit quaſi qđ-
dam ꝓhemiũ. in quo oñdit orantẽ in cõ-
ſequẽter petẽdis fore exaudiendũ. ¶ Cũ
enĩ ad ſufficientẽ agentẽ tria cõcurrere de-
beãt. ſcilicꝫ ꝙ ſit ſciens volẽs ⁊ potẽs. in
hoc ꝙ dicit pat̃. oñdit eũ ſcire ⁊ aduertere
noſtrã. i. filioꝝ ſuoꝝ indigẽtiã. iuxta illđ
Math. vi. Scit enĩ pater veſter q꞉ his oĩ-
bus indigetꝫ. In hoc autẽ ꝙ dicit noſter.
oſtendit eũ ſubuenire volentẽ. ſuis enim
oĩes boni diligent̃ ſubueniũt / alioquin
boni nõ eſſent. Vñ. i. ad corin. v. Si q̇s
autẽ ſuoꝝ ⁊ maxime domeſticoꝝ curã nõ
habet / fidẽ negauit. ⁊ eſt infideli deterior.
In hoc etiã ꝙ dicit. q̇ es in celis. oſtẽdit
ipm potẽtem. Quia vt habet̃ Macha. iij.
De celo fortitudo eſt ¶ Cum igit̃ his ver-
bis oñderimꝰ ipm ſcientẽ noſtrã indigen-
tiã / ⁊ ſubuenire potẽtem. neceſſario flecte-
mus ipm ad miſericordiã. ¶ Dit ergo pr̃
noſter. Et hic ſtat hoc nomẽ. pat̃. eſſentia-
liter ſiue ꝑ eſſentia ⁊ nõ ꝑſonalit̃ ſiue pro
ꝑſona. Dicit̃ enĩ iſto modo deꝰ pater oĩm
Quod ⁊ adhuc põt tripliciter dici. ſcilicꝫ
cõiter. proprie. ⁊ magis ꝓprie. Cõiter. per
creatõem ⁊ ſic nõ tm̃ ꝑſona patris ſed to-
ta trinitas đr pat̃ omnium. ⁊ nõ tantũ ele-
ctoꝝ ſed etiã ꝑuerſoꝝ. Vñ deutroñ. xxxij.
Popule ſtulte ⁊ inſipiẽs. nũquid nõ ipſe
eſt pater tuꝰ qui poſſedit te. fecit te ⁊ crea-
uit te. Proprie autẽ dicit̃ pater ꝑ adoptõ-
nem. ⁊ ſic tm̃ dicit̃ pater bonorũ. Vñ ad
Rhoma. viij. Accepiſtis ſpũm adoptõis
filioꝝ in quo clamatis abba pr̃. propriiſ-
ſime autẽ dicit̃ pater ꝑ generatõem ⁊ ſic ꝑ-
ſona patris tantũ dicit̃ pat̃ vnigeniti filij
ſui. Duobꝫ primis modis dicit̃ pater no-
ſter tota trinitas. ſed tertio modo nõ dici-
tur pat̃ noſter deꝰ. ſed tantũ filij ſui. Ex q̇
patet ꝙ hec orõ nõ dirigit̃ ad patris ꝑſo-
nã tantũ. ſed ad totã trinitatẽ ¶ Seq̇tur
qui es in celis. Non excludit̃ tamẽ ꝑ hoc
quin ſit vbiq̃. Et q̃uis vbiq̃ ſit eſſentia-
liter potẽtialiter ⁊ pñtialiter. magis tñ in
celis dicit̃ eſſe. q꞉ vbi magis videt̃ reluce-
re virtus ſua ⁊ opatio / ibi dicit̃ potiꝰ eſſe
q̃ alibi Sicut anima licet vbiq̃ ſit in cor-
pore. tamen magis dicit̃ eſſe in corde ſm̃
aliquos. vel in capite ſm̃ alios. q꞉ ibi no-
biliores apparent opatões ſue. Et hoc eſt
quod dicit Auguſt. de ſpũ ⁊ anima. Si-
cut deus vbiq̃ totus eſt in toto mũdo et
in oĩ creatura ſua / ſic tota anima in to-
to corꝑe ſuo tanq̃ in quodã mũdo ſuo ẽ
⁊ in oĩ eius ꝑte. Intenſius tamẽ in cor-
de ⁊ cerebro. queadmodũ deꝰ eſt ⁊ dicitur
precipue eſſe in celo ¶ In his autẽ ſeptẽ
petitiõibꝫ / oĩe bonũ generi hũano neceſ-
ſariũ petit̃. Vt enim dicit gloſa Auguſt.
Nihil homini deeſt qđ his ſeptẽ petitiõi-
bus nõ cõtineat̃ ſiue ad preſentẽ ſiue ad
futurã ꝑtineat vitam. Petit̃ enĩ in eis ac-
ceſſus oĩs boni. tam creati q̃ increati.
Item receſſus oĩs mali. tam ſcꝫ pñtis /
preteriti / q̃ futuri. vt patebit inferius.

## De effectu prime

PRima ergo petitio (petitiõis
eſt vt cõfirmetur in nobis noti-
cia ſiue cognitõ veri dei. q̇ ha-
bet̃ ꝑ fidẽ orthodoxã. Et h̃ eſt
quod dicit. Nomen tuũ. i. noticia tua vel
notamẽ tuũ / ſanctificet̃. i. cõfirmet̃ in no-
bis. Sanctũ enĩ idem qđ firmũ ⁊ ſctifica-
re idem qđ confirmare eſt. Scđm papiã
enĩ dicit̃ ſanctũ a ſancio ſancis quod idẽ
eſt qđ confirmare Quaſi diceret firmet̃ in
nobis ꝑ fidẽ verã / noticia tua. vt ſicut tu
ſemꝑ in te firmus es. q꞉ eternꝰ ⁊ incõmu-
tabilis: ita da ꝙ te firmiter cognoſcamꝰ.
¶ Vel nomẽ tuũ ſcꝫ paternitatis: quo pr̃
noſter diceris. ſanctificet̃. i. firmet̃ in nob̃
ſcilicꝫ vt filij tui ꝑ gratiã ſemꝑ maneamꝰ
Unde gloſa. Oramꝰ ne a ſanctificatõe no-
minis in aliquo diſcrepemꝰ. ne patris no-
men in filijs / moribus ⁊ vita offendatur
¶ Vel nomẽ tuũ quod in ſe venerabile ⁊
ſanctũ eſt. ſanctificet̃ id eſt ſanctũ in no-
bis oſtẽdat̃. ſic ꝙ ſicut ſanctũ eſt in ſe ita
nos ſanctificet. Unde gloſa. Nomen pa-
tris petimus ſanctificari in nobis. nõ vt
ipm ſanctius ſit. ſed vt in nobis augmen-
tum ſue ſanctificatõnis operetur.

## ¶ De effectu ſecũde

petitionis.

SEcũda petitio eſt qua petitur regnũ ſeu gaudiũ futurum. ſiue etiã ſpeciale dei regimẽ quo ad pſentem ſtatũ cum ait. Adueniat regnũ tuũ. ſcilꝫ in nobis. id eſt ad nos veniat. Unde Auguſt. Per hoc deſideriũ noſtꝝ excitam⁹ vt regnũ ſuũ nobis veniat ⁊ in eo regnare mereamur. Et ſignãter dicit adueniat. i. ad nos vẽiat. quia virtute meritoꝝ noſtrorũ et cõdigno ad ipm ꝑuenire non poſſum⁹. ſed oportet vt gratuito ad nos accedat Unde ad roma. vi. Gratia dei vita eterna Siſe Math. iij Penitentiã agite appropinqbit enĩ regnũ celoꝝ. ¶ Vel ſic. regnũ tuũ. i. eccl'ia tua adhuc in terris militans. De quo regno. Luce. xvij. Ecce regnũ dei intra vos eſt. Adueniat. i. ad aliud regnũ tuũ veniat. ſ. ad eccl'iam triũphantẽ Vel adueniat. id ẽ ad te veniat. ſcilꝫ vt te videat ꝑ ſpẽm ſicut nũc videt ꝑ fidem ¶ Vel regnũ tuũ. id eſt ſpũale vel ſpeciale regnũ tuum / adueniat nobis. vt ſcꝫ in nobis ꝑ ſpecialẽ effectum regnare cognoſcaris ⁊ percipiaris Unde gloſa. Regnũ dei ſemꝑ preſto eſt. ſed petimus vt veniat. i. vt manifeſtet̃ hominib⁹ a quibus velut lux a cecis nõ videtur.

## ¶ De effectu tertie

TErtia petitio eſt (petitionis qua petim⁹ vt cõformis fiat voluntas noſtra / volũtati diuine Et eſt hec. fiat voluntas tua ſicͭ in celo ⁊ in terra. Sicut ſupple fit in celo ab electis. Hoc eſt. da vt cõformes tibi fiamus in terris. ſicut conformes tibi facti ſunt ſancti in celis. ¶ Vel ſꝫm alios Voluntas. i. volitũ tuũ ſcꝫ illud qđ vis fieri circa nos / qđ ſpecialit̃ eſt iuſtificatio noſtra. Unde ad Theſſa. iiij. Hec eſt enĩ voluntas dei ſanctificatio noſtra. Fiat id ẽ adimpleat̃. Non volũtas q̇ dẽ in ſe q̃ fieri vis. qꝛ illa eterna eſt. nec in ſe alit̃ fieri poteſt. ſed fiat ꝑ executõem ⁊ effect⁹ adhibitõnem. fieriq̃ꝫ cognoſcat̃ ¶ Vel ſic. fiat volũtas tua in terra. i. in homine q̇ terra ẽ. Unñ Geñ. ij Formauit igit̃ dñs deus hoĩeꝫ de limo terre. Et eccl'iaſt. xvij. Deus creauit hominẽ de terra Et iteꝝ ¶ Omñis homo terra ⁊ cinis. Quod proprie põt intelligi in homĩe peccatore ꝯuertendo. ſicut ſupple fit in celo id eſt in homĩe ſancto iã cõuerſo ⁊ iuſtificato. quaſi dicat. Cõuertãt̃ mali ⁊ faciãt que tibi placita ſunt. ſcilꝫ iuſta ⁊ bona opa. ſicut faciũt boni iã cõuerſi. Que tamẽ intelligẽda ſunt de volitꝫ q̃ procedũt a volũtate bñplaciti que ſemꝑ bona ſunt. ⁊ nõ de his que ꝓcedũt de voluntate ꝑmiſſionis que mala pleꝝq̃ꝫ fiũt Nec ei erit malũ in ciuitate quod dñs nõ fecerit Amos. iij. Expõit̃ etiã ſic. fiat voluntas tua in terra. i. ĩ eccl'ia. ſicut ſupple fit in celo. i. in xp̃o qui celũ dicit̃ quia ĩ eo deitas celata eſt. Unde Iſa. xlv. Vere tu es deus abſconditus.

## De effectu quarte

QUarta petitio eſt (petitõnis qua petit̃ tempale ſubſidiũ ad ſuſtentatiõem vite. Et eſt hec. Panem noſtꝝ quotidianũ da nobis hodie. Qꝫ autẽ hec petitio ꝑtineat ad corpalem neceſſitatẽ ſpecialit̃ teſtatur Chryſoſt. ſup Math. ita inq̇ens. Quia hominib⁹ loq̇batur carne indutis ⁊ neceſſitati nature ſubiectis / docuit ſubſidium peti nature infirmitati. Dicit igit̃ panẽ noſtꝝ quotidianũ. i. corpalem vel vſualẽ id eſt nobis quotidie neceſſariũ Unñ Mathei. vi. loco quotidianũ habet̃ ſuperſubſtãtialem. Ante enĩ peccatũ / fuit panis. i. cibus homĩ ſubſtantialis. ſed poſt peccatũ. factus eſt ſibi ſupſubſtãtialis. i. neceſſarius ad hoc vt ſuſtentet̃ in vigore. Unñ nec ꝑ diem naturalẽ / ſine languore viriũ poteſt homo eo carere. Et ideo ſubdit̃ da nobis hodie. Et ponit̃ hic panis ꝓ omĩ genere ſuſtentamẽti corpis. vnde panis dicit̃ a pan qđ eſt totũ ſꝫm Iſidoꝝ ¶ Exponit̃ etiã de pane ſpirituali. ſcilꝫ de corpore chriſti ſeu de eucharistia. ſic ſcilꝫ panem noſtꝝ. chriſtũ ſcilꝫ. vel euchariſtiã q̇ veriſſim⁹ panis eſt / ⁊ efficaciſſim⁹ anime cibus Ioh. vi. Ego ſum panis viu⁹ q̇ de celo deſcendi. quotidianũ. i. quotidie neceſſariũ. Da nobis hodie ¶ Sꝫ nũquid ſꝫm hoc debet q̇libet de eccl'ia quotidie cõmunicare. Dic q̃ꝫ tripliciter cõtingit cõicare ſcilꝫ corpaliter ſeu ſacramẽtaliter tãtum. ⁊ iſto modo cõicant mali quãdo in peccato mortali ſumũt corp⁹ chriſti. Itẽ ſpiritualiter tantũ ſcilꝫ credendo ſacramẽtum. Credere enĩ / eſt ſpiritualit̃ manducare ſꝫm illud Auguſt. Crede ⁊ manducaſti. Et iſto modo cõmunicant quotidie

oĩes boni Item corꝑaliter ſeu ſacr̃aliter
et ſpũaliter.ꝛ iſto modo ꝯmunicant quo
tidie boni ſacerdotes q̃ celebrãt.ꝛ aliĳ bo/
ni de eccleſia dũ cõmunicãt. Qđ quilibet
chriſtian⁹ debite etatis tenet̃ facere/ad mi
nus ſemel in anno ſcꝫ in paſcha ¶ Sed
cũ cõpleta refectiõe corporali vel ſpũali/
habeam⁹ quod in iſta petitiõe petim⁹.vt
quid poſt prandiũ iſtã orõnẽ iteramus?
Ad quod dicit̃ ꝙ ſenſus hui⁹ petitõis du
plex eſt.ſcꝫ vt panis detur ꝛ vt in comedẽ
tis nutrimentũ. non autẽ in detrimentũ
cõuertat̃. Et ratõne primi habet locũ hec
oratio añ ſuſceptõem cibi. Rõne vero ſe/
cundi habet locũ poſt ſuſceptiõem.

## De effectu quinte petitiõis oratõnis predicte.

IN quatuor igit̃ precedẽtibus petitõnib⁹
petit̃ acceſſus oĩs boni In tribus vero
ſequẽtib⁹/ ponit̃ amotio oĩs mali. In
hac igit̃ quinta petitione petim⁹ abſolui
a malo preterito. Et eſt hec Dimitte no/
bis debita noſtra.i. peccata que nos/ pe/
ne debitores conſtituãt. Sicut ꝛ nos di/
mittim⁹ debitoribus noſtris. Quaſi di/
cat. Sic te velis habere ad nos in debita
noſtra dimittẽdo. ſicut nos habem⁹ nos
erga debitores noſtros q̃b⁹ debita dimit/
timus. ¶ Et intelligas ꝙ hec oratio ꝓfer
tur in perſona totius eccl'ie que in bonis
ſtat.qui peccãtibus in ſe debita dimittũt
Alioquin ſi in ꝑſona ſua intentõem im/
putando diceret peccator in ſe peccanti/
bus nõ dimittẽs.mentiret̃. ſibimet imp̃/
cans malũ ſ̃m quod dicit Auguſ. Si nõ
dimittis mẽtiris.ꝛ ei mentiris quem nõ
fallis. ¶ Sed ſ̃m aliq̃s iſtud in ꝑtõre vi
detur poſſe ſaluari orãdo iuxta priorem
modũ. ꝑ hoc ꝙ ly nos.ꝛ ly nobis/ ſuppo/
nãt ꝑ diuerſis. Et hic ſit ſenſus Dimitte
nobis infirmis debita noſtra.ſicut ꝛ nos
boni ꝛ ꝑfecti dimittim⁹ debitorib⁹ noſtrꝭ
¶ Sed iſtã expoſitõnẽ vt nimis extortã
credo derelinquendã. Expone ſic igitur.
Dimitte nobis debita noſtra id eſt pecca
ta que nos cõſtituũt debitores. Vel debi
ta noſtra.i.penas nobis pro p̃dictis pec
catis noſtris debitas.cõmutando ſaltem
eternas quas peccãdo meruim⁹/ in tem/
ꝑales.ſicut ꝛ nos dimittim⁹ id eſt iuſte di
mittere debem⁹/debitorib⁹ noſtris.vt ſal
tem eos nolimus vel hic vel in futuro ob
ligari.cum aliq̃d ſcilicꝫ fecerint quare ob
ligare deſierint. vtpote cũ ſatiſfecerint ſi
poſſint.vel ſaltem cũ petierint veniam/ſi
nõ poſſint. ¶ Unde hic nota ꝙ duplicit̃
cõtingit alicui dimittere. Uno modo di
mittẽdo rancorẽ.ſic.ſ.ꝙ nec malũ inimi/
ci velis ꝓcurari.nec eius bonũ minui.bñ
tamen velis illud qđ in te deliquit aliqua
ten⁹ ſatiſfieri. Et ad hoc tenent̃ oĩes in/
differẽter.quia hoc oĩno p̃ceptũ eſt ſal/
tem ſub intellectu. Alio modo dimittere
contingit.nõ ſolum dimittendo rancorẽ
ſed oĩno ſine ſatiſfactiõe iniuriaꝝ/ ſine
qꝫ reſtitutõne rerum.necnõ ſine interuẽ/
tu p̃cum oĩa dimittere ac ex puro cor/
de diligere.ꝛ ad hoc tenẽtur tantũ ꝑfecti.
quia iſto modo ſolum cõſilium eſt.

## ¶ De effectu ſexte

SExta petitio eſt re (petitiõis
ſpectu amotõis mali futuri.in A
quod/ variĳs ꝑibus/ex carnis
mundi ꝛ demonis tentatõib⁹/
incidere formidam⁹. Et ẽ hec. Et ne nos
inducas in tentatõem. Quod intellige ꝑ
miſſiue.id eſt nõ induci ſinas in tentatõ/
nem.hoc eſt ne ꝑmittas nos ſuccũbere tẽ
tationi. Aliud eſt eñi in tentatõem duci.
ꝛ aliud induci In tentatõem eñi ducitur
qui a tentatiõe pulſat̃.ſed nõ deĳcit̃. In/
tentatõem vero inducit̃/qui a tentatione
pulſat̃ eo ꝙ a gratia nõ ſupportat̃ ſed ſi/
bi relinq̃tur.a tentatõe frangitur ꝛ abſor
betur. ¶ Quia ergo nõ eſt malũ a tentatõ
ne probatõnis vel etiã ſuggeſtiõis duci.
q̃nimo eſt occaſio exercende virtutis.qꝛ
beatus vir qui ſuffert tentatiõem Jaco.
primo. Non petimus hic vt nõ ducamur
in tentatõem. ſed ne inducamur id eſt ne
interius inducamur ꝛ ſuccũbamus. Un
de gloſa. Nõ precamur nõ tentari.ſed nec
etiã modicũ a tentatõnibus vinci. Ten/
tatio eñi neceſſaria eſt ad coronã ¶ Et cũ
duplex ſit tentatio ſcilꝫ probatiõis ꝛ ſug/
geſtionis.nõ dicitur deus proprie indu/
cere in tentatiõeꝫ ſuggeſtionis.quia vt di
citur Jacob.ꝑmo. Ipſe eñi deus neminẽ
tentat. Sed ideo (vt dicit Auguſtinus)
dr̃ aliquẽ inducere in tentatõeꝫ.nõ qꝛ ipe
inducit. ſed qꝛ aliquãdo induci ꝑmittit.
vel ſaltem quod inducat̃ non impedit

## ¶ De effectu ſepti/

me petitionis.

SEptima ꝛ vltima petitio eſt re
ſpectu amotõnis mali p̄ſentis
ſiue inſtantis. Unde gloſa or/
dinaria ſup̱ iſto paſſu Mathei
vi. Sed libera nos a malo. In illam que
nondū eſt ſupple temptatõez ne nos ſinas
induci. quod intellige petitõne p̄cedenti
petitū eſt. ꝛ ab ea in quā inducti ſum⁹/ li
bera nos. Et hoc eſt qḋ dicit libera nos a
malo. tam ſcꝫ viſibili q̄ꝫ inuiſibili. ꝛ tā pe
ne q̄ꝫ culpe. Unde ſimplicit̄ dicit a malo
nihil determinādo. dans hoc de omī ma/
lo intelligi poſſe ꝛ debere. Unde ſic intel
ligendo petit amotionē om̄is mali inſtā
tis. Eſt autē quadruplex malū. Unum
originale. aliḋ actuale. qḋ eſt duplex. Nā
aliud eſt mortale. aliud veniale. Quartū
malū eſt pena peccatū conſeq̄ns. Primū
autem malū eſt inatū. duo ſequētia ſunt
malū additū. Quartū eſt malū inflictū.
Et ab om̄ibus his petim⁹ liberari. Dū
in p̱ſona eccl̄ie orantes ꝛ loquendo dici/
mus. Sed libera nos a malo. ꝛc̄.

B **De numero et ſuf/**

**ficientia predictaꝝ petitionū.**

NUmerus vero ꝛ ſufficientia p̄/
dictaꝝ petitionū ſic accipitur.
Om̄e quod ratõnabiliter peti
poteſt/ aut eſt collatio boni. aut amotio
mali. Si eſt collatio boni. aut boni in/
creati ſcꝫ dei. aut boni creati. Si eſt colla
tio boni increati. hoc poteſt eſſe duplicit̄
Uel ſcꝫ vt p̱ veram fidē confirmet̄ eius no
ticia in noſtro aſpectu. ꝛ hoc petitur ibi.
Sanctificet̄ nomen tuū. Uel vt ſua volū
tas cõfirmet̄ in noſtro affectu ꝛ hoc petit̄
ibi. fiat voluntas tua ꝛc̄. Si vero petatur
collatio boni creati. hoc iterū poteſt eſſe
dupliciter. Uel ſcilꝫ vt cõferat̄ bonū eter/
nū vt eſt regnū celoꝝ. Et hoc petit̄ ibi Ad
ueniat regnū tuū. Uel vt cõferat̄ bonum
temp̱ale ad ſuſtentatõem. Et hoc petitur
ibi. Panē noſtrū quotidianū. Si au/
tem fiat petitio p̱ amotiõe mali/ hoc po/
teſt eſſe tripliciter. Uel ſcilꝫ vt amoueat̄
malū preteritū ſiue in preterito ꝯmiſſum
Et hoc petit̄ ibi. Et dimitte nobis debi/
ta noſtra. Uel petit̄ vt amoueat̄ malū fu/
turū. Et hoc petitur ibi. Et ne nos indu
cas in temptatõem. Uel petit̄ vt amoueat̄
malum p̄ſens ꝛ hoc petit̄ ibi. Sed libera
nos a malo.

**De ordine ipſarū**

**petitionū ad ſeptem vicia capitalia.**

HUnc videndū venit qualit̄ in
his ſeptem petitõibus cohibe/
ri petūtur ſeptē capitalia vicia
In p̱ria igitur petitiõe cohi
betur ſup̱bia. Sup̱bi enī nõ ſanctificāt
nomē dei. ſed nomē ſuū p̱priū. ſm̄ qḋ di/
cit pſal. Uocauerūt nomina ſua in terris
ſuis. In ſecūda petitiõe elidit̄ inuidia
que eſt dolor alieni boni. Unde nõ deſi/
derat vt proximo adueniat bonū ſed po/
tius malū. ꝛ ecõtrario in iſta petitiõe pe/
titur cõmune om̄iū bonū. In tertia pe
titiõe reſecat̄ ira. que voluntatē dei nõ ſe/
quit̄ ſed propriū impetū. ꝛ econtrario in
iſta petitõe petit̄ voluntatē dei fieri. Uel
aliter ſm̄ aliquos dici poteſt q̄ in ſecūda
petitõe eliditur ira que bonū homini nõ
patitur euenire Ibi enī aduenire petitur
Et tūc in tertia reſecat̄ inuidia. q̄ ſpecia/
liter ſanctā dei p̱ſequit̄ volūtatē. vt dicit
Hyeronim⁹. Cuius cõtrariū in dicta pe
titiõe orat̄. Et ſm̄ iſtum ſm̄ modū ponē/
di. ordināntur petitões ad vicia/ in ſecun/
da tabula p̱ aliq̄s circa hec cõfecta. In
quarta autē petitiõe expellit̄ acedia. Ibi
enī petitur robur tam ſp̄uale q̄ꝫ corpora/
le quod cõfert̄ in pane corporali ꝛ ſpiritu
ali. quod quidē euacuat acediam que eſt
ignauia ꝛ tedium vite. In quinta peti
tione eliditur auaricia que eſt īmoderat⁹
amor congregādi ꝛ retinendi tp̱alia. Unī
ꝛ debita ſemp̱ exigit nec dimittit. Cuius
contrariū ibi petitur ꝛ offert̄. In ſexta
petitõne extirpatur gula. ex qua ortū ha/
buit primaria homīs temptatio. cū ibi pe/
tatur amotio temptatõis future In vlti
ma petitõe reſecat̄ luxuria que ſpecialiter
ſemp̱ habet ſecū malū tam corp̱is qḋ ip̄a
debilitat. qꝛ qui fornicat̄ in corp⁹ ſuū pec
cat. q̄ꝫ etiā ſpiritus cui⁹ vires eneruat Cū
ibi petat̄ amotio om̄is mali preſentis

Explicit quintus tractatus
huius libelli qui eſt de expla/
natõe ſeptem petitionū in ora
tione dn̄ica contētarum.

## Incipit tractatus
ſextus de ſeptē donis ſpiritusſancti ⁊ eo/
rum declaratione.

Oſtmodũ
de donis ſpiritusſancti
ſub cōpendio agendũ
eſt. Ubi primo dicēdũ
erit. vtrũ idem ſint qđ
ſeptē virtutes denoīa/
te. Et ſi nō. in quo ab eis differũt. Quod
ſunt dona. ⁊ que ſint. Deīde de ſingulis
donis in ſe aliqua tangēda erũt. Poſtre/
mo qualiter per ipſa dona/ excludũtur ſe
ptem peccata capitalia.

## Utrũ ſeptem do/
na ſpiritusſancti ſint idem quod ſeptem
virtutes. Et in quo differunt.

Omniũ autē fere opinio eſt/ ꝙ
dona nō ſunt virtutes. Sed
differentiã inter virtutes ⁊ do
na aſſignãdo/ magna eſt diuer
ſitas. Quidã enim dicunt ꝙ virtutes/
principalir̃ ſunt ad agendũ ⁊ ꝙ ideo dif/
finiũtur ꝑ actus ⁊ opatiões ſuas. Dona
vero principaliter ſunt ad reſiſtendũ ten
tatiōibus. que viã iam habite virtutis i/
pugnãt. ¶ Alij ſic dicũt ⁊ melius. ꝙ ꝟtu/
tes ſimpliciter ſunt ad agendũ. ſed dona
ſunt ipſaꝝ expeditiões virtutũ. ⁊ ſic ſunt
ad magis expedire agendũ. ¶ Sunt alij
qui diſtinguũt dicētes ꝙ in donis illa q̃
ꝑtinēt ad affectũ ſunt ꝟtutes. Illa vero q̃
pertinent ad aſpectũ reꝝ/ ſunt ꝓprie dona
Et hi ſoluũt facile que ex vtraqꝫ ꝑte obij/
ci poſſunt. ſcꝫ vtꝝ ſint virtutes vel non.
Et quia opinio media/ innitir̃ ſententie
bti Greg. a pluribꝰ probabilior habetur.

## ¶ Quot ſint dona
ſpiritusſancti ⁊ que ſint.

Quot ⁊ que dona ſint patet per
Iſaiã. xi. capitulo vbi tangunr̃
ſeptē dona ſpũſſancti hoc or/
dine. Requieſcet ſuꝑ eum. ſcꝫ xp̃m. ſpũs
ſapiētie ⁊ intellectus. ſpũs conſilij ⁊ forti
tudinis. ſpũs ſcientie ⁊ pietatis. ⁊ reple/
bit eũ ſpiritus timoris dñi. Duo autē ꝓ/
ma digniora ſunt que regũt vitã cōtem/
platiuã ſcꝫ ſapīa ⁊ intellectꝰ Alia autē q̄n
qꝫ ſufficiēter regũt vitã actiuã Et ſm̃ hoc
ſumir̃ ab aliquibꝰ numerꝰ ⁊ ſufficiētia ip
ſoꝝ ſeptē donoꝝ ſic ſcꝫ Nã aut ipſa dona
que (vt tactũ eſt) ſunt quedã ipaꝝ expedi
tiones ſeu ꝑfectiões virtutũ. ipam virtu/
tem ꝑficiũt reſpectu vite cōtemplatiue vel
reſpectu vite actiue. Si reſpectu vite con
tēplatiue q̃ circa diuina ⁊ celeſtia verſar̃.
aut ipſam virtutē perficiũt per modum
cuiuſdã experientie ⁊ guſtus ⁊ hoc fit ꝑ do
num ſapiētie. aut ꝑ modũ cuiuſdã itime
inueſtigatōnis ⁊ ſpeculatiōis. ⁊ hoc fit ꝑ
donũ intellectus Si reſpectu vite actiue
que circa agibilia verſar̃. aut ꝑficiũt ipam
virtutē ꝗ̃tũ ad receſſum a malo. ⁊ hoc fit
ꝑ donũ timoris. aut ipam virtutē ꝑficiũt
ꝗ̃trum ad opatōem boni. ⁊ tunc vel boni
ad quod oēs tenenr̃ ⁊ quod eſt in cōmu/
ni opatōne. Uel boni ad quod nō om̃es
tenenr̃. vt eſt bonũ arduũ Si quantũ ad
opatōem boni ad quod om̃es tenēr̃ Hoc
cōtingit dupliciṫ. Nam vel donũ in tali
opatōe virtutē ꝑficit tanq̃ ipm opus exe
quēs. Et tũc eſt donũ pietatis. vel tanq̃
ipm opus regens ⁊ dirigens. ⁊ tũc eſt do/
num ſciētie. Si quantũ ad opatiōem bo
ni ad quod nō om̃es tenētur. hoc iteꝝ cō
tingit dupliciṫ. nam vel donũ in tali ope
ratione virtutē ꝑficit tanq̃ opus ipm ar
duũ exequēs. ⁊ tũc eſt donũ fortitudinis.
Uel tanq̃ ipm opus arduũ regens ⁊ diri
gens. ⁊ tũc eſt donũ conſilij. ¶ Alir̃ ꝑ ali/
os ſumir̃ iſte numerꝰ ⁊ ſufficiētia ꝑdicto/
rum donoꝝ ſm̃ aliq̃s ipſorũ donorũ ra/
tiones. ⁊ hic inſerere/ viſum eſt cauſa bre
uitatis nō expedire ¶ Nota inſuꝑ ꝙ illō
donũ qđ in ꝑdicta Iſaie aſſignatōe/ vlti/
mo loco ponir̃ ſcꝫ donũ timoris/ eſt ꝑmũ
in aſcēdendo. iuxta illud pſalmiſte. Ini/
tium ſapientie timor dñi A quo timoris
dono/ fit q̃dam ꝑ alia dona gradalis aſcē
ſus Ne eni timor cōceptus/ gelidus foret
aut aridus. ſeq̃tur donũ pietatis que ad
oīa vtilis eſt. Et ne pietas ipſa/ nimis re/
miſſa aut nimis ꝓdiga aut aliquo modo
inordinata eſſet/ adiũgir̃ ei donũ ſcientie
que opa pietatis regat vt diſcrete fiãt. Et
ne ſcientia inualida foret/ addir̃ ei donũ
fortitudinis vt quod aliq̃s ꝑ ſcientiã bñ
facere nouit/ ꝑ fortitudinē exeq̃ facto poſ
ſit. Et ne fortitudo ꝑ̃ſumptuoſa vel im/
petuoſa eſſet/ adiungir̃ ei donũ conſilij q̃
regi poſſit opꝰ fortitudinis ⁊ debito mo/

do cōprimi. quia ſm Grego: fortitudo ſi
ne conſilio precipitat. Et ne conſiliū in/
cautū foret. adiungiť ei donū intellect⁹. q̄
eſt cognitio bonoꝝ ſpūalium/ quo cōſili
um in ipſa ſpūalia dirigi poſſit. Et vt in
tellectus modo debito temperetur ꝛ ordine
tur/ datur ei ſapientia que eſt cognitō per
guſtum diuine dulcedinis. Que ſapien/
tia a ſapore non a ſapere dicta eſt.

## De dictis ſeptē donis in ſpeciali. Et primo de dono tioris.

Nunc breuiter de ſingulis do/
nis in ſe/ aliqua tāgenda ſunt.
Et prio de dono timoris. vbi
prio diceť. Quid ſit timor. De
inde q̄t ſunt ei⁹ ſpēs. Et q̄ eaꝝ ſit donum

## Quid ſit timor et quot ſunt eius ſpecies.

Timor ſm Auguſt. ſup Iohā.
ſic diffinitur. Timor eſt fuga
animi: ne perdat quod diligit
Idē in li. de ci. dei. Timor eſt affectio vel
amor fugiēs quod ei aduerſať. ¶ Speci
es autē timoris ponūtur. vi. Eſt enim ti/
mor mūdan⁹. hūan⁹. naturalis. ſeruilis.
inicialis. filialis Timor mūdan⁹ eſt q̄ q̄s
timet amittere que mūdi ſunt ꝛ iō nō pec
cat ſi ea amittat Humanus eſt quo q̄s ex
deliberatiōe tm̄ timet penā ſui corporis.
Naturalis eſt quo q̄s naturalr̄ timꝫ mor
tē ſiue horribile aliquid an̄ deliberatiōeꝫ
rōnis. q̄ timor vicioſus non eſt ſicut duo
priores. Seruilis eſt q̄ quis offendere ti/
met tm̄ ne incurrat penā gehēne. Iſte ali
q̄ntulū hꝫ vtilitatē. q2 freq̄nter itroducit
caritatē ſicut ſeta introducit filū ſutoris
vt ꝓhibet Auguſt. Inicialis eſt q̄ q̄ſi du/
plicē habet oculū ſeu reſpectū. vnū ad fu
gā pene. aliū ad amorē glorie. Seruit ei
deo ꝑtim timore gehēne. ꝑtim amore glo
rie vel iuſticie. Filialis ſiue caſtus eſt q̄ ti
mem⁹ ne xp̄s aīe noſtre ſpōſus aut tardet
aut diſcedat. aut aliq̄ten⁹ offendať. hic eſt
timor ſctūs q̄ ꝑmanet in ſeclm̄ ſeculi. qui
alio noīe diciť reuerētialis ¶ Quis āt ti/
moꝝ iſtoꝝ ſit donū ſpūſſancti ptꝫ q2 nec
timor mūdan⁹. nec timor human⁹ q̄ ſim/
pliciter mali habenť. nec naturalis. q2 do
nū/ eſt quidē diuinit⁹ infuſus. nō innat⁹.
timor vero naturalr̄ innat⁹ eſt. Nec ſuilis
timor. ꝓprie tm̄ ſumēdo donū niſi genera/
liter ſumeretur. ſicut generalr̄ d2 donū de
oībus que dātur a deo. ꝛ ſunt ſupra natu
rā ad ordinādū aliquo mō vitā in bonū
gratie. ſicut ꝛ fides informis dici poteſt
donū dei. Sꝫ inicialis timor. ꝛ caſt⁹ ſiue
reuerētialis ꝓprie dicūť donū ſpūſſancti.
Cōcedunt tm̄ aliq̄ ſimpliciť q̄ timor ſui/
lis ſit donū ſpūſcti. ꝛ tm̄ negāt q̄ ſil'r inſit
cū ſpūſctō/ q̄ qualiť eſſe poſſit nō video.

## De ſecundo dono ſpūſcti ſcilꝫ dono pietatis.

Sequiť de dono primo qui eſt
in aſcendendo ſcꝫ de dono pie
tatis Ubi prio videndū q̄d ſit
quot modis dicať. ꝛ ſm quē modū ſit do
num ſpūſſancti. Diffiniť autē ſic pietas.
ab Aug. Pietas eſt cultus dei quā greci
euſebiā vocāt. Itē greg. ſup iob. Pietas
eſt que docet op⁹ mie. Scōm tulliū in fi/
ne primi ſue rhetorice Pietas eſt beniuo
lentia in parente. Magiſtralis vero diffi
nitio hec eſt. Pietas eſt ex benigne mētis
dulcedine oībus auxiliatrix affectio

## Quot modis dicatur pietas

Dicitur autē pietas
multis modis. Q̄nq3 mot⁹ ip/
ſius affectōis tendēs in deū. et
ſic d2 pietas cultus dei. ꝛ ſic eſt
in genere virtutis q̄ eſt latria. Q̄nq3 dici/
tur motus affectōis tendens in ei⁹ imagi
nē. ſ. in hoīeꝫ. ꝛ h̄ ꝑt eē tripliciť vel ille mo
tus affectōis tēdit in imaginē dei q̄ eſt ſi
bi ipſi ꝑ ſanguinē cōiuncta ꝛ ſic ē beniuo
lentia in parētes ꝛ eſt ſpēs iuſticie natu/
ralis. Q̄nq3 etiā d2 affectio tendēs i ima/
ginē dei. i. in hoīeꝫ tāq3 miſerijs oppſſuꝫ
ꝛ ſic pietas eſt q̄ docꝫ opa miſericordie vt
dicit Greg. ꝛ ſic poti⁹ virt⁹ eſt q3 donum.
Q̄nq3 etiā eſt affectio tendēs in imaginē
dei nō quidē inq̄ſtū eſt ſanguie ɔiūcta vl'
miſerijs oppſſa vt ſic. ſꝫ motu q̄dē genera
li ſcilꝫ inq̄ſtū eſt imago dei. hoc inq̄ſtū eſt
rōnalis creatura. Et tūc ꝓprie dicitur do/
num ſpūſcti qd̄ habilitat ꝛ expeditū red
dit hominē ad bn̄dū ſe beniuolētem ſeu
beniuolū/ ad rōnalem creaturā. ſ. ad quē
libet hoīem ſiue indigentē ſiue non indi
gentē. Et ſic maxime ei cōuenit iſta diffi/
nitio magiſtral' prius poſita. Scōm pri
mū modū diffiniť ab Auguſti. iuxta ſm
modum diffiniť a tullio. Scōm tertium

modum diffinit᷑ a Grego. Et ſm q̄rtum modum diffinit᷑ a magiſtris quia illo mō eſt proprie donum ſpiritusſancti.

## ¶ De tertio dono

E ſpiritusſancti ſcilȝ de dono ſcientie.

De dono autē ſcientie duo vidēda ſunt ſcȝ quid ſit. Et in quo differt a dono ſapiētie. a q̄ ſm Auguſt. diſtare non videt᷑. Vñ ſcientia proprie donũ eſt ſic diffinit᷑. Scientia eſt lumen ſpũale/ acceptũ a deo: in q̄ vidētur ratōnes opabilium/ ptinētiũ ad vitam. p quas ſancte ⁊ meritorie viuam⁹ ſicut dicit aplꝰs ad Titum. ij. Abnegantes omnē impietatē ⁊ ſecularia deſideria ſobrie ⁊ iuſte viuamus in hoc ſeculo. Vñ ſicut fides eſt illumiatio quedā ad credibilia. ita donum ſcientie eſt illumiatio q̄dam ad operabilia.

## In quo differt donum ſcientie a dono ſapientie.

Dicit᷑ autē in hoc a dono ſapiētie differre qm̄ ſapientia eſt cognitio quedā diuina/ p guſtũ. ſcientia autē eſt lumē quoddā diuinũ ad opabilia ptinētia ad hanc vitā. Vñ ſicut dicit magiſter in li. ſentē. Scientia docet bene cōuerſari in medio hui⁹ praue ⁊ peruerſe natōis Et hoc ſatis videtur cōſonare verbis Auguſt. qui dicit ꝙ ſapiētia eſt de eternis. Sciētia vero de tempalibus.

## ¶ De quarto dono

ſpiritusſancti ſcȝ de dono fortitudinis

Poſt hec de dono fortitudīs duo etiam dicēda ſunt ſcilicȝ quid ſit ⁊ qualiter differt a fortitudine, put fortitudo eſt virtus.

## Quid ſit fortitudo

⁊ quō differt a fortitudine, put eſt virtus.

Secũdum autē ꝙ fortitudo eſt donũ ſic notificat᷑. Fortitudo ē affectio animi q̄ cupiditas terrena deprimit᷑. nullaq̧ aduerſitas formidat᷑. Et videt᷑ hec notificatio ſumi ex verbis Auguſt. in li. de ſpiritu ⁊ anima ⁊ in. v. li. ſuc muſ. ¶ Differt aũt a fortitudine prout eſt virtus. licȝ vtraq̧ ſit circa difficile ⁊ arduũ. Quoniā fortitudo p ut eſt virtus/ ſuſtinet piculũ. q̄ndo ſcȝ neceſſe pati vel a bono virtutis cedere. ſicut quādo q̄ritur fides vel iuſticia. vel libertas patrie vel huiuſmodi. Sed fortitudo put eſt donũ ſe gratis ⁊ ex abũdanti illi ſtatui offert. in quo talia ſepe q̄runt᷑ vt eſt ſtatus pfectiōis cōſilioꝝ. Si aũt dicatur ꝙ ſm hoc nō haberēt donũ fortitudinis niſi tantũ perfecti. ⁊ ꝙ ſic habita vna gratia gratificāte nō om̄es haberētur Dico ꝙ nō eſt vrũ nec ex p̄dictis ſeq̄tur. qm̄ perfecti iſtud donũ habent in actu. om̄es vero in caritate exiſtētes habent in habitu. Unde qui imꝑfectus eſt/ habet in habitu. Vñ opus pfectōis facere pt q̄ vult.

## ¶ De quinto dono

ſpiritusſancti ſcȝ de dono cōſilij. ⁊ q̄d ſit. F

Poſtremo de dono conſilij duo ſimilit᷑ videnda ſunt ſcȝ q̄d ſit. Et qualiter ſit donũ cũ in chriſto videat᷑ nō fuiſſe. in quo tamen ſunt ⁊ fuerũt om̄ia dona. ¶ Diffinitur autē ſic a Tullio in rhetorica ſua Cōſiliũ eſt/ faciendi vel nō faciendi vere cogitata ratō. Sed hec diffinitō nō videtur cōuenire cōſilio put eſt donũ/ ideo aliqui corrigũt eũ ſic Cōſiliũ eſt faciendi vel nō faciendi vere excogitata ratio. eaꝝ ſcȝ rerum in quibꝫ ꝓpter arduitatē indiget q̄s adiutorio. Unde cōſiliũ prout hic ſumitur/ nō eſt de dubio ſed de arduo ad quod ꝓpter difficultatē nō om̄es tenētur. De reliquo dic ꝙ iſto mō vltimo cōſiliũ eſt donum. et quod veriſſime hoc donũ fiet in xp̄o ſicut ⁊ cetera dona fuerũt ⁊ ſemp erũt Unde conſiliũ ſm ꝙ ponit dubitatōem ⁊ circa eā q̄rit ab alijs certificatiōeȝ nō fuit in xp̄o q̄ certiſſime oīa nouit qȝ nec ſic eſt donũ ſpũſſcti. Sȝ cōſiliũ qd̄ eſt lumē immiſſum a ſpũſctō/ oīa dubia diſſoluēs/ ⁊ indubitāter in aggreſſionē arduoꝝ dirigēs/ q̄ de⁹ ad ſtatũ pfectōis ptinere ꝓpalauit/ ſic eſt donũ. Et iſto mō fuit in xp̄o

## De ſexto dono ſpiritusſancti ſcilȝ intellectus.

Sequitur de dono intellectus. Circa quod attende. ⁊ primo q̄d ſit. deiñ q̄lit᷑ differt a ſapiā. Diffinit᷑ āt ſic ab Aug. i ſmōe q̄dā ſuo de timore. Intellect⁹ vocatur q̄ ab oī īfirmitate carnali corda mũdātur. vt pura intētio dirigatur in finē ſuũ. ſ. deũ. ¶ Eſt in

tellectus quoddā lumen ſpūale infuſum ad cognitōem dei in creaturis. Differt āt a dono ſapiētie. qꝛ ſapientia eſt cognitio ꝑ guſtum. Eſt eni quoddā lumē ſub quo vel in quo videnť ⁊ guſtanť diuina per experimentū. Unde ſapiētia prout eſt donū/ eſt proprie guſtus dei in donis ſuis. Intellectus autē non eſt ꝑ guſtū ſed potiꝰ eſt lumen quoddā datū a deo ad cognitōem dei in creaturis illis in quibꝫ reſultat deus ꝑ gratiā. Uel in illis in quibꝫ habet reſultare ꝑ gratiā ⁊ gloriā. Unde intellectꝰ eſt donū quo gratuite cognoſcimꝰ diſpoſitōes celeſtiū: per eas qꝫ tendimus in deum ſic diſponentem.

## De ſeptimo dono

ſpiritusſancti ſapientie. ⁊ quid ſit.

Deniqꝫ de dono ſapiētie dicendum eſt. Et qm̄ ex ſupius dictꝫ in parte patet q̄d ſit. ⁊ qualiter ſe habet ad donū ſciētie ⁊ ad donum intellectꝰ. idō ſufficit hic ponere eiꝰ notificatōem. Scdm̄ autē auguſt. ſic diffinit. Sapientia eſt cognitio rerū diuinarum. ¶ Itē ex littera. iij. li. ſententiarum. Sapientia ad ſolius eterne veritatis cōtemplatiōem ⁊ delectatōem ꝑtinet. ipaqꝫ tantū creatoꝛ cōſpicit ⁊ qꝫ ſempꝫ incōmutabiliter manet qđ deus eſt. Grego. ſic diffinit. Sapiētia eſt donū/ ſpe ⁊ certitudie eternorū/ mentē reficiēs. Que diffinitio dicit opatōem eius propriā/ q̄ eſt mētem ꝑ guſtum reficere. quod ſonat nomē eius Sapientia eni a ſapoꝛe dicta eſt.

## ¶ Quō per ſeptem

dona ſpūſcti: excludūtur ſeptē vicia capitalia.

Ultimo dicendū eſt qualiter ꝑ ſeptē dona excludātur ſeptē peccata capitalia. Et ſciendū eſt qꝫ timoꝛ quia ꝑ eū quis ſe depmit/ ne ſuꝑ aliū ſe extollat. excludit ſuꝑbiam q̄ ſuꝑ alios ſe extollit Pietas que ſibi illatas remittit iniurias. expellit irā que vindicari querit. Scientia que mentē illumiat. euacuat inuidiā. que mentē excecat. Foꝛtitudo que excellit in arduis. pellit acediā. que toꝛpet in imis. Conſiliū quod docet pro trāſitoꝛijs eterna mercari. remouet auariciā que in terrenis ⁊ pro terrenis tantū querit negociari Intellectus quo vere delectamur in bonis ſpūalibus. excludit gulā. q̄ vane ⁊ miſere delectať in carnalibꝫ. Sapientia per quā pure delectamur in deo extirpat luxuriam qua quis impudice in ſuo miſero coꝛpoꝛe delectatur.

¶ Explicit tractatus ſextus huius compēdij de ſeptem donis ſpūſſancti.

# Incipit tractatus

ſeptimus de octo beatitudinibus ⁊ earū explanatione.

B

Hunc breuiter reſtat aliquid de octo beatitudinibus dicere Et primo quid dicať beatitudo. ſ. an ipſa virtus. an id quod ꝑmittitur/ vt gratia exēpli reſpectu eius quod dicit chriſtꝰ Beati paupes ſpiritu/ quoniā ipſoꝝ eſt regnū celoꝛum. an beatitudo ſit ipſa pauptas vel ꝑmiſſio regni. Qualiter ſe habeāt ad dona ⁊ ad virtutes. Quare vltime beatitudini idē premiū reddatur ſicut prime. Deinde de q̄libet beatitudine in ſe quid eſt ⁊ qualiter ⁊ cum quo dono cōuenit ⁊ cui vicio capitali contrarietur.

## Quid dicatur beatitudo

an. ſcꝫ ipſa virtꝰ vel id qđ ꝑmittiť.

Sciendū eſt autē qꝫ btitudo duplex eſt ſcꝫ vie ⁊ patrie ¶ Beatitudo aūt vie cōſiſtit in ꝑfecta euacuatōe vniꝰ miſerie. ſ. culpe ⁊ q̄ ad eēntiā. ⁊ q̄ ad occaſiōes. Ūn qꝛ iſte virtutes de q̄bꝫ infra/ euacuāt culpā ⁊ culpe occaſiōes. diſponūtqꝫ ad beatitudinē patrie. idō dici pñt ⁊ dicūť btitudines Beatitudo autē patrie ꝯſiſtit in oīmoda euacuatiōe vtriuſqꝫ miſerie. ſ. ⁊ culpe ⁊ pene. Et iſto mō dicūť ꝓprie btitudies p̄mia ꝑdictꝫ ꝟtutibꝫ rn̄dentia. Sic eſt illō. ipoꝝ eſt regnū celoꝝ Uel illō ipi ſaturabūť. ⁊c. Et ſic varia rōe ⁊ ꝯſideratōe/ poteris dicere qꝫ ꝟtutes ille ſunt btitudies. Et qꝫ ſiľr p̄mia eis coꝛrn̄dētia beatitudines ſunt

## Qualiter ſe habeant

beatitudines ad dona ⁊ ad virtutes.

Qualiter autē ſe habeant iſte beatitudines ad dona et ad virtutes. hoc ſcito qꝫ ſcḋm gloſam

ſup iſto paſſu Math.v.p virtutes ad do/
na/ et p dona ad beatitudines pueniť:
Unde virtutes/dicũt iniciũ opatiõis bo
ne ⁊ euacuatõem culpe quo ad eſſentiam
Dona autẽ dicunt bonũ ⁊ expeditũ pro
greſſum.quia donũ/expeditũ reddit actũ
virtutis vt expedite opetur Beatitudĩes
autẽ dicunt cõſummatiões ſiue terminũ
quaten⁹ in via haberi poteſt.ita vt omnẽ
culpã euacuet ⁊ omnẽ culpe delectatõem
Et bonũ delectabiliter opetur quantũ fa
cere poſſibile eſt viatori.Et ideo dicũtur
iſte beatitudĩes/ virtutes purgati animi
Quia ſcʒ animã purgant/vltima purga/
tione viatori poſſibili.

## Quare vltime beatitudini idẽ redditur premiũ ſicut prime

VLtime autẽ beatitudini idem
premiũ reddiť quod ⁊ prĩe ſed
nõ eadem ratõne.Quia regnũ
celoꝝ duo in ſe cõprehendit.ſ.
exaltatõem ⁊ abundantiã.In beatitudi/
ne autẽ que pma poniť/que eſt pauptas
ſpũs ẽ ſumma reꝝ abdicatio ſiue abiectõ
⁊ ideo pmittiť ei regnum inquantũ dicit
abũdantiã.In beatitudine vero que vl/
tima poniť/que eſt pſecutõem pati prop
ter iuſticiã.eſt ſumma deiectõ ⁊ ideo pro/
mittiť ei regnũ inquãtũ nominat exalta/
tõem.Unde q̃uis regnũ celoꝝ oĩbus
beatitudinibꝫ debeať.iſtis tamẽ ſolum p
mittitur.quia p quandã appropriatõem
iſtis magis debetur.

## ¶De beatitudinib⁹ in ſpeciali.Et cum quo dono cõueniant Et primo de prima:

NUnc attendendũ eſt ad aliqua/
lem ſingularẽ determinationẽ.
Prima igitur virtus ſeu beati/
tudo eſt paupertas ſpiritus que adaptať
dono timoris.Et expellit ſupbiã cui con
trariať eo q pauptas ſpiritus/vera hũili
tas ſit Huic beatitudini in premiũ pmit
titur regnũ celorum ¶Et nota q paup/
tas hic diciť abdicatio tempaliũ ſm rem
⁊ ſm voluntatẽ.Quia cũ beatitudĩes p
fectã dicant peccati excluſionẽ.tam quo
ad peccati eſſentiã q̃ʒ quo ad peccati occa
ſionẽ.cum abdicatio ſolũ ſm voluntatẽ/
nõ ſit euacuatio pfecta occaſionis pecca/
ti.quia eſt alia vtilior que magis occaſio
nẽ peccati euacuat/ſcʒ illa que eſt ſm rem
⁊ ſm voluntatẽ.patet q illa prima eſt p/
prie beatitudo.

## ¶De ſecunda

SEcunda virtus ſeu beatitudo
eſt mititas ſiue manſuetudo q̃
cõgruit dono pietatis ⁊ expel/
lit iram.q2 mitis eſt quẽ ira vel
rancor nõ afficit.Cui reſpondet in pre/
mium poſſeſſio terre viuentiũ.

## ¶De tertia

TErtia virtus ſeu beatitudo eſt
luctus/ qui eſt dolor animi ca/
ritate ĩformatus q̃ facit cogno
ſcere miſeriã propriã ⁊ lacrima
bilem pñtis vite ſtatũ ⁊ delectatiõem fu/
ture glorie que ſufficiẽs cauſa luct⁹ ſunt.
quẽ dolorẽ inducit ſciẽtie donũ Qui enĩ
addit ſcientiã iſtã ſcʒ addit ⁊ dolorẽ.Cui
pro pmio reſpondet eterna conſolatio in
qua abſterget deus omnẽ lacrimã ab ocu
lis ſanctoꝝ.Et iam nõ erit ampli⁹ neqꝫ lu
ctus neqꝫ clamor ⁊c̃.Et hec euacuat inui
diam que dolet de bono alieno ⁊ letatur
de malo.hec autẽ beatitudo ecõuerſo
Et q̃uis luct⁹ ipſe miſeria quedã videať
cõgrue tamẽ beatitudo ꝓpter ſibi annexã
dulcedinẽ diciť/eo vt dicit Grego.dulcio
res ſunt lacrime penitẽtiũ q̃ʒ delitie regũ
Et Auguſt.li.cõfeſſio Currebãt lacrime
⁊ bene mihi erat cum illis.

## ¶De quarta

QUarta virtus ſeu beatitudo eſt
eſuries ⁊ ſitis iuſticie/ que do/
no fortitudinis adaptať.q̃ eſt
in ſuſtinendis piculis p iuſti/
cia ⁊ fide Que expellit tediũ boni hoc eſt
acediã.Cui rñdet p pmio et'na ſaturitas

## ¶De quinta

QUinta virtus ſeu beatitudo ẽ
miſericordia.Que appropria
tur dono cõſilij.qð docet alijs
dimittere minora/vt nobis dimittať ma
iora.vel ꝯferre terrena vt obtineam⁹ cele
ſtia Hec expellit auariciã cuius ꝓpriũ eſt
cõgregare ⁊ non remittere vel ꝯferre Pre
miũ aũt huic btitudini rñdẽs eſt cõſecu/
tio miſericordie

## ¶De ſexta

Sextavirt⁹ ſeu beatitudo eſt mūdicia cordis. cui cōuenit donū intellectus q̄ eſt cogitatio celeſtium oculorū cordis mūdans ⁊ illuminās. Hac eliminat̄ gula que corrumpit ⁊ excecat cor. Unde Ozee quarto Fornicatio ⁊ vinū ⁊ ebrietas aufert cor. Premium huic beatitudini reſpondens eſt viſio dei.

## De ſeptima.

Septima virtus ſeu beatitudo eſt pax ſeu eſſe pacificū. Cui reſpondet donū ſapiētie q̄ eſt delectari in deo q̄ eſt pax noſtra: Hec repellit luxuriā que animū nō pacificat ſed vagum reddit ⁊ inſtabilem. Cui correſpondet p̄miū eſſe filium dei.

## De octaua.

Octaua virtus ſeu beatitudo q̄ eſt pati pſecutōnem ꝓpter iuſticiā clarificat ⁊ oſtēdit quoddā factū. habens reſpectum ad ſingula p̄cedentia. Et p quod om̄es alie beatitudines ab vltima vſq ad primā ꝓbantur ſi vere ſunt. Un̄ Greg. Qualis vnuſquiſq apud ſe lateat illata ꝯtumelia probat. Et hinc eſt q beatitudo ipſi facto p p̄mio reſpōdēs qͦ idem eſt cū premio p̄me beatitudini ꝓmiſſio redire dicit̄ ad caput tanq̄ circulus pficiēs ⁊ oēs beatitudines ambiēs ⁊ compꝫendēs. He virtutes ſeu beatitudines tangūtur Math. v. Beati pauperes ſpiritu qm̄ ipſoꝝ ed regnum celorum. ⁊c̄.

## Unde accipitur

numerus ſeu ſufficiētia beatitudinum.

Numerum vero beatitudinū numerus ⁊ ſufficiētia ſm integritatē pfectiōis homis accipitur. Ad pfectiōis autē integritatē req̄runt̄ tria. ſcilꝫ receſſus a malo ꝓfectus ſeu ꝓgreſſus in bono. ⁊ pfectus ſtat⁹ in optimo. Sane reſpectu primi malū procedit aut ex tumore ſupbie. aut ex rancore mali cie. vel ex languore libidinis ſeu cōcupiſcentie. Contra que tria ſunt ſeu ſumunt̄ tres prime beatitudines ſcꝫ pauptas ſpiritus cōtra malū tumoris ſupbie. Mitītas cōtra malū rancoris malicie Luctus cōtra malū languoris libidinis ſeu cōpiſcentie. Reſpectu vero ſecūdi ꝓfectus ſeu progreſſus in bono attēdit̄ circa diuinā imitatōem q̄ eſt duplex ſm duas vias q̄bꝫ intendi pōt ſcꝫ miſericordiā ⁊ veritatem. De quibꝫ in pſalmo. Uniuerſe vie domini miſericordia ⁊ veritas. Et ſm has duas vias ſumūtur due alie beatitudines. ſ. reſpectu veritatis/ eſuries iuſticie. ⁊ reſpectu miſericordie affect⁹ miſericordie. Reſpectu autē tertij pfectus ſtat⁹ in optimo attendit̄ in duobꝫ ſcꝫ in limpida cognitōne ⁊ in tranq̄lla affectiōe. Et ſm hoc ſumunt̄ due alie vltime beatitudines. ſ. reſpectu limpide cognitōnis. mūdicia cordis ad deū videndū. Et reſpectu tranq̄lle affectōnis. pax mēſis ad deo pfecte fruendū. Et aduerte q ſicut in enumeratiōe donoꝝ iuxta quod ſupra ī tractatu de donis declaratū eſt. eſt ordo q̄dam artificialis quo primo loco ponūtur ⁊ enumerāt̄ digniora. ita in enumeratōe beatitudinū eſt ordo q̄dam naturalis quo digniores vltimo loco ponūtur.

Ex ſupradictis colligitur q habitus virtutū cardinaliū/ principaliter diſponūt ad exercitiū vite actiue Habitus vero donoꝝ maxime diſponūt ad actus vite contēplatiue Habitus autē beatitudinum diſponūt ad perfectōnem vtrorumq.

Finis tractatus precedētis.

# Incipit tractatus 3

viij. ⁊ final' de vicijs tā nature q̄ volūtatꝭ

## In finalib' aliqua

de vicijs ſummatim tangere cōuenit. Et quia ſunt vicia nature. ⁊ vicia volūtatis. tangitur primo aliqualit̄ de vicijs nature. Et deinde de vicijs voluntatis.

## De numero et ſufficientia vicioꝝ nature.

Vicia autē nature/ quantū ad huiuſmodi cōpendiū attinet/ ſatis erit enūerare. que ſunt ſeptē ſcꝫ Extollētia ſeu pſumptio Duricia Ignrantia Timiditas. p̄cipitatio. hebetudo. ſtulticia. q̄ꝝ nūer⁹ ſiue ſufficiētia lꝫ de

ſe ſatis clareat. nā repibile non videt̄ viti/
um nature aliō a p̄dictis vel qō ſaltē ad
aliquod p̄miſſoꝝ nō ſit reducibile. p op/
poſitōem tm̄ ad ſeptē dona ſpūſſancti/ ſu
mūt aliqui numerū ꝛ ſufficientiā ipſorū
vicioꝝ nature. Eteni tres anime ſunt vi/
res ſeu potētie. ſ. cōcupiſcibilis iraſcibi/
lis ꝛ rōnalis. q̄ q̄ſi cōtinue in ſuis virtuo
ſis actibus ꝛ opatōnibꝫ/ p ipſa vicia que
nature ex ſua corruptiōe iſunt/ varijs mo
dis impugnāt̄ ꝛ impediunt̄. cōtra que cū
ſeptē ſint. data ſunt in adiutoriū ſeptem
dona ſpūſſancti q̄ lumina quedā ſiue lux
diuinitus inſpirata ꝛ infuſa ad efficaci⁹
tam cōtra ipſa ſeptē vicia nature q̄ꝫ vicia
alia volūtatis et tentatōes. viā iam habi
te virtutis impugnātes/ reſiſtendū. libe/
riusq̄ꝫ ꝛ expediti⁹ ipſos actus virtutū exe
q̄ndū ¶ De vicijs nature circa vim con
cupiſcibilē ¶ Circa igit̄ vim ſeu potētiā
concupiſcibilē repitur viciū nature retra/
hens a debite cōpatiendo ꝛ ſubueniēdo
ꝓximo. quod vocat̄ duricia. Cōtra quod
diſpoīt donū pietatꝫ. ¶ De vicijs nature
circa vim iraſcibilē ¶ Circa vero vim ſeu
potentiā iraſcibilē/ duplex repitur viciū
nature. Unum immoderate retrahēs ab
agēdis quod vocat̄ timiditas cōtra qō di
ſponit donū fortitudis. Aliō immodera
te accedēs qō vocat̄ preſumptio. Contra
qō diſponit donū fortis ¶ De vitijs na/
ture cōtra vim rōnalē ¶ Cōtra vim autē
ſeu potentiā rōnalem/ duplex cōtingit vi
ciū nature. ſcꝫ vel reſpectu finis. vel reſpe
ctu eoꝝ que ſunt ad finē. Si reſpectu fi/
nis. duplex repitur nature viciū. Unum
impediēs ne cognoſcat̄ qō vocat̄ hebetu
do. ꝯtra quod diſponit donū intellectus
Aliud retrahēs ne anim⁹ ad ipm̄ finē de/
bite afficiat̄ qō vocat̄ ſtulticia. ꝯtra quod
diſponit donū ſapiētie. Si reſpectu eorū
que ſunt ad finē duplex ſimilit̄ nature vi
ciū repitur Unū impediēs ne ſciat̄ q̄d ad
ꝓſecutōem finis expediat quod eſt igno/
rantia cōtra quod diſponit donū ſciētie.
Aliud quo q̄s in his que agēda ſunt ma/
gis ex paſſionis impetu q̄ꝫ ex debita ele/
ctione ducit̄ quod eſt p̄cipitatio cōtra qō
diſponit donū ꝯſilij. ¶ Quibꝫ cōtrarien
tur ipſa nature ¶ Cōtrariat̄ etiā iſta ſeptē
nature vicia ſingula ſcꝫ ſingulis virtuti/
bus. ſingulis oratōnis dn̄ice petitōnibꝫ
ꝛ ſingulis beatitudinibꝫ ꝛ cōueniūt cum

ſeptē principalibꝫ ſeu capitalibꝫ vicijs vo
lūtatis Qō clarius ex tabula in fine hui⁹
tractat⁹ poſita cōcipi poterit ꝛ perpendi.

## De viciis volūta/tis ſeu de malo culpe in generali.

De vitijs volūtatis id eſt de ma
lo culpe ſeu de peccato/ oppor/
tunū foret ꝛ vtile/ ſpecialē ꝛ lō
gum tractatū ſubiūgere. ſed cū
pluribꝫ notabilibꝫ hec ſint diffuſe expla/
nata/ ſufficiet interim ad p̄ntis cōpendij
ꝓceſſum cōtinuandū/ eiusq̄ꝫ cōplemētū
ſummati dicere. quid ſit pctm̄ in genere.
Quotiēs ſit ſiue quot ſunt ei⁹ genera De
in̄ veniēt aliq̄ de q̄libet genere explanāda

## Quid eſt peccatū in genere. ꝛ quomodo diffinitur

Peccatū autē in genere ſic diffi/
nit̄. Peccatū eſt auerſio ab in/
cōmutabili bono ad bonū cō/
mutabile. Quā diffinitiōeꝫ ſic
intellige. Peccatū eſt auerſio ſcilꝫ volun
tatis. quia ꝓprie ꝛ p ſe talis auerſio eſt pec
catū. ab incōmutabili bono ſcilicꝫ deo. q̄
omnino incōmutabilis eſt. Hec eſt auer/
ſio aliō q̄ꝫ diſcōformitas volūtatis create
a volūtate diuina. qō eſt in omni peccato
vbi aliq̄d vult voluntas creata quod nō
vult deus Seq̄tur: ad bonū cōmutabile
ſupple cōuerſio ſcꝫ ad bonū creatū quod
cōtinue mutat̄ vel ſaltē mutabile ē ¶ Et
licet peccatū in ſui diffinitiōe duo conti/
neat ſcꝫ auerſionē ab incōmutabili bono
ꝛ cōuerſionē ad cōmutabile bonū. eſſen/
tialius tamē pctō eſt/ primū q̄ꝫ ſcōm. Si
enī fuerit cōuerſio ad creaturā/ ita tamen
q̄ nō fieret auerſio a creatore. ſicut cōtin/
git quādo q̄s amat creaturā ꝓpter deum
tantū. tūc nō fieret pctm̄ immo in iſto ca
ſu meritorie fieret ¶ Licꝫ plures alie ſint
diffinitōes peccati/ nō tractat̄ niſi de vna
Plures alie a doctoribꝫ aſſignātur pecca
ti diffinitiōes ſm̄ cauſas efficientē. mate
rialem. ꝛ formalē ipſius peccati. Sed q̄ꝫ
tum ad p̄ntē tractatū attinet/ ſupradicta
diffinitio que ſm̄ cauſam finalem pecca/
ti ſumitur/ ſufficiat.

## De duplici diuiſi/one peccati in genere.

PLures etiā a doctoribus aſſignant peccati diuiſiões ſm̄ diuerſas peccati cauſas ⁊ origies Quantū vero ad pn̄tem tractatū ſufficit / de duab⁹ peccati diuiſiōibus principalit̄ tanget̄. Et primo de vna que ſumit̄ ſm̄ quandā peccati q̄litatē ⁊ quātitatē. Scḋo de vna q̄ ſumit̄ iuxta peccati cām materialē ¶ Reſpectu p̄me diuiſiōis tria p̄cipalia repiunt̄ genera peccatoꝝ. quia om̄e peccatū aut eſt originale aut actuale. Si actuale hoc iteꝝ eſt dupliciter. Quia aut eſt mortale aut veniale.

## De peccato originali ⁊ quid eſt.

2 ORiginale autē peccatū eſt illḋ quod a noſtra vicioſa origine trahimus Et eſt auerſio q̄dam habitualis a deo qua aīa prona effecta ē nō reddere iuſticiā quā debet. Vn̄ om̄es fere doctores reſpectu effectus ipſius peccati originalis cōſonant in ipam auerſionē habitualē ſm̄ Auguſ. ¶ Hugo de ſancto victore dicit ꝙ originał culpa / eſt corruptio ſeu viciū quod naſcendo cōtrahimus ꝑ ignorantiā in mēte ⁊ cōcupiſcentiā in carne ¶ Alij volūt ꝙ originalis culpa / ſit neceſſitas cōcupiſcendi cū debito nō cōcupiſcendi. Et ponūt exēplū de radio cōtiguato aque. q mouet̄ aq̄ mota et quieſcēte q̇eſeit Et hoc patꝫ ex cōtiguatōne ſui cū aqua. Vn̄ cū maioꝛ ſit vnio aīe ⁊ carnis / q̄ꝫ in caſu p̄dicto radij ⁊ aque. cuꝫ caro de ſe valde mobilis ſit ad cōcupiſcēdum. aīa eoipſo ꝙ tali carni vnita eſt habet ſtati talem quandā neceſſitatē ꝯcupiſcendi. Cum igit̄ caro puuli cui infundit̄ anima / ꝑ peccatū p̄mi homīs ad cōcupiſcendū ſit mobilis. inerit ipſi anime iam illi carni vnite neceſſitas quedā concupiſcendi. nec poteſt anima ipſa illā carnem ſeu ſenſualitatē cohibere. ſicut aīa ade an̄ peccatū potuiſſet q̄ habuit ptātem ſuper ſenſualitatē ⁊ etiā libertatē cōcupiſcendi vel nō cōcupiſcendi ¶ Patet igit̄ ꝙ per peccatū ⁊ poſt pctm̄ p̄mi hominis ieſt aīme duplex neceſſitas Vna nō poſſendi ſenſualitatē retinere ſeu cohibere. ⁊ alia neceſſitas cōcupiſcendi. Et p̄ia eſt q̄dā neceſſitas nō valendi facere qḋ debet. et ſecunda eſt quedā neceſſitas faciendi qḋ nō debet. Et ita ineſt ei carentia vtriuſq̄ꝫ ꝑtis iuſticie: que ſunt declinare a malo et facere bonū. ¶ Ex quo patet ꝙ pctm̄ originale. ⁊ eſt in carne ⁊ eſt in aīa. ſed in carne originaliter ⁊ materialit̄ In aīa v̇o formaliter ⁊ tan̄q̄ꝫ in ſubiecto. Sola eni aīa eſt ſuſceptibilis virtutis ⁊ vicij. ⁊ tm̄ ſicut dictū eſt ex cōiunctōe ipſi⁹ ad corp⁹ / ꝯtrahit vitiū illḋ. ſicut qn̄ quis cadit in lutū fedat̄ ⁊ maculat̄ ¶ Talis autē aīe infectō nō tantū eſt pena ſed eſt etiā culpa. ipa vero culpa q̄ macula eſt deletur ī baptiſmo Pena autē q̄ fomes ſiue peccādi ꝓnitas appellat̄ / remanet poſt baptiſmū. Sic eī in baptiſmo curat̄ culpa quantū ad reatum dānatōnis eterne. ſed nō quin remaneat ipſa pena quantū ad motū ⁊ actum cōcupiſcētie. cum qua oportet nos q̄ꝫdiu viuim⁹ pugnare. niſi extinguat̄ ꝯcupiſcētiā per ſpecialē gratiā. ſicut in beatiſſima virgine in cōceptōe filij dei. ¶ Originale etiā pctm̄ ſic in hoīe ꝑ baptiſmū curat̄ / ꝙ nihilomin⁹ ab eo q̇ curatus eſt / trāſmittatur in ꝓlem quā generat. ſicut iude⁹ circūſciſus generat filiū cū preputio. ⁊ granum nudū ⁊ purū ſeminatū / pcreat granum cū palea. Qḋ hinc eſt qꝛ hō non generat filiū ſm̄ ꝙ in mente curatus eſt ſed ſm̄ quod in carne.

## De nominib' peccati originalis ſm̄ ꝙ opatur ad animā.

ORiginale peccatū diuerſis ī ſacra ſcriptura noībus. multiplicibus de cauſis noiat̄ ¶ Secūdum eni ꝙ originale pctm̄ cōꝑatur ad aīam / vocat̄ qn̄q̄ꝫ infirmitas. qꝛ reddit aīaꝫ īpotentē ad reſiſtēdū motibꝫ. Qn̄q̄ꝫ vocat̄ feditas. qꝛ ꝑ ipam aīa maculatur. Vocat̄ qn̄q̄ꝫ ꝓnitas. ꝓpter ꝯtinuam appetitus inclinatōeꝫ ad malū. Vocatur qn̄q̄ꝫ corruptō. qꝛ ad nihilū ducit ⁊ pctm̄ Vocat̄ qn̄q̄ꝫ vitiū. qꝛ eſt diminutō bonorū naturaliū. Vocat̄ qn̄ q̄ꝫ lāguoꝛ nature qꝛ durat ī natura corrupta. ¶ Habꝫ etiā noīa ſm̄ qḋ compat̄ ad corp⁹. Vocat̄ eni qn̄q̄ꝫ lex carnis. eo ꝙ lege dīna ſit carni iflicta Vn̄ qn̄q̄ꝫ lex mēbroꝝ vocat̄. qꝛ mouet organa ad opatōeꝫ cōcupiſcētie. Vocat̄ qn̄q̄ꝫ tyrān⁹. ꝓpter dn̄atione̅ quaſi violentā in ipſa cōcupiſcētia Vocat̄ qn̄q̄ꝫ fomes. qꝛ ſicut ignis fouet ignē. ita ꝑ ipꝫ fouet̄ in carne pctm̄ ſm̄ act⁹ generatiue ⁊ nutritiue. Vocat̄ qn̄q̄ꝫ ſtimul⁹ carnis quia

ſtimulat carnẽ/ad primos motus. ⁊ ani/
mũ ad cõſenſum ¶ Habet quoqȝ nomia
ſm quod cõpatur ad actus delectabiles.
Et ſm hoc vocatur cõcupiſcẽtia que ſo/
nat viciũ in actu prout eſt in adultis Itẽ
cõcupiſcibilitas que ſonat viciũ in potẽ
tia prout eſt in puulis. ¶ Habet etiã no/
men ſm quod compatur ad primũ hoiez
a quo cõtrahitur. ⁊ ſic vocatur originale.
quod eſt carentia debite iuſticie.

## De peccato actuali mortali ⁊ circa ipm in generali occurrẽ/tibus

Circa peccatũ ãt actuale mortale aliqua ſunt videnda
Primo q̇d ſit. Scdo de diuer/
ſis eius noibus ſeu appellatõi
bus Tercio de hui⁹ peccati effectib⁹ Quar
to de diuerſis eius generib⁹ ſeu diuiſiõi/
bus. Quinto de quolibȝ ſeptem peccato
rum capitaliũ ac eorum filiabus ſeu ſpe/
ciebus/aliquid in ſpeciali declarabitur.

## ¶ Quid ſit peccatũ actuale mortale in ſpẽali et quõ diffinit͛.

Peccatuȝ igit͛ actuale mortale/
ſic diffinitur ſm Auguſt. Pec
catũ eſt dictũ vel factũ vel cõcu
pitũ/ↄtra legẽ dei. Et ponitur
in dicta diffinitõe. dictũ ꝓpter pctm̃ oris.
factũ. ꝓpter pctm̃ opis. ↄcupitũ. ꝓpter pec
catũ cordis ¶ Diffinit͛ ⁊ aliter ſm eũdẽ
Auguſt. Peccatũ eſt volũtas retinẽdi fa
ciendi vel cõſentiẽdi quod iuſticia vetat.
¶ Inſup ſciendũ ꝙ pctm̃ proprie nõ eſt
ſubſtãtia vel res aliq̃ ſed defectus ⁊ corru
ptela ¶ Circa qȯ tamen aduertendũ ẽ. ꝙ
aliȯ eſt peccati act⁹. aliud eſt peccati habi
tus. aliud peccati reatus. Peccati act⁹ ali
q̇d eſt. ſed qñ nõ ampli⁹ fit. deſinit eẽ. etiã
ſine grã. Sȝ peccati habitus q̇ ex malis
actib⁹ relinq̇tur/ etiaȝ aliq̇d eſt ⁊ remanet
interdũ ceſſantib⁹ etiã ipſis actib⁹. ac etiã
poſt infuſam grãm peccatiqȝ remiſſionẽ.
Peccati vero reatus ſiue macula/ſm rem
nihil eſt. deformat tamẽ aiaȝ: nõ p modũ
poſitõis ſed p modũ. priuatiõis ſicut trũ
catio mẽbri p modũ puatõis corp⁹ defor
mat ⁊ maculat. Dicit etiã Augu. ꝙ ſicut
abſtinẽtia nulla ſubſtãtia vel res eſt. ⁊ tñ
ex ea corp⁹ langueſcit. ita pctm̃ nõ eſt aliq̃
ſubſtãtia vel res. ex eo tñ natura minuit͛ ⁊
corrũpit͛. delet͛ tñ ſemp p grãm ¶ Notan/
dum pterea ꝙ pctm̃. qñqȝ trãſit actu ⁊ re/
manet reatu. ſicut pctm̃ actuale actu con
pleto añ penitẽtiã. Qñqȝ ecõtra pctm̃ trã
ſit reatu ⁊ remanet actu. ſicut in pctȯ ori/
ginali p⁹ baptiſmũ. Qñȝ trãſit pctm̃ actu
ſimł ⁊ reatu. ſicut pctm̃ actuale actu ↄple
to ⁊ p⁹ penitentiã. Qñqȝ pctm̃ remanȝ ac
tu ⁊ reatu ſic pctm̃ origiale añ baptiſmũ.

## De diuerſis nominibus peccati actual' mortalis

Diuerſis freq̃nter noib⁹ pecca/
tũ ipm mortale p doctores no/
minat͛ ſm diuerſas eius ꝓprie/
tates ⁊ opatões ⁊ effect⁹. Vocat͛ eni qñqȝ
macła. ⁊ hoc iȯ q̇ꝛ imaginẽ dei deformat
⁊ maculat. Vocat͛ qñqȝ reat⁹. qm̃ ad eter/
nã penã obligat. Vocat͛ qñqȝ pollutio ⁊
hoc q̃ntũ ad ↄtagionẽ ↄtractã. ex terrena
delectatõe. Vocat͛ qñqȝ delictũ ⁊ hoc ſm
ꝙ eſt receſſus a dignitate grẽ habite. Vo/
cat͛ qñqȝ culpa. ⁊ hoc prout reſpicit penã
quã meret͛ ⁊ incurrit. Vocat͛ qñqȝ offenſa
⁊ hoc eſt q̇ꝛ contra deũ eſt ⁊ ↄtra deũ facit.
Vocat͛ qñqȝ puaricatio ⁊ hoc inq̃ſtũ mã/
datũ dei reſpicit qȯ trãſgrediẽdo puarica
tur Vocat͛ qñqȝ pctm̃ put cõuerſio fit ad
bonũ ↄmutabile cũ auerſione a bono in
cõmutabili. Vocat͛ qñqȝ ſcel⁹ propt͛ ma/
gnã iniuriã q̇ peccando deo fit. Vocatur
etiã quandoqȝ nefas put eſt illicitũ perſo
ne perpetrãti. Vocatur etiã quandoqȝ cri
men prout eſt dignũ accuſatõne ⁊ pena.

## ¶ De diuerſis effectib⁹ peccati actualis mortalis

Huiuſmodi autẽ peccati/ multi
plex ſm doctores repit͛ effect⁹.
ſed q̃ntũ pñtẽ ↄcernit tractatũ
ſatis erit aliq̇s enũerare Un⁹ effect⁹ ¶ Et
prio naturalia vulnerat. qȯ ſignat͛ in illo
q̇ iuxta euãgeliũ deſcẽdẽs ab hirłm i hie/
rico incidit in latrones ¶ Ali⁹ ¶ Intelle
ctũ obſcurat in cognitõe veri. ⁊ affectũ te
peſcere facit i ope boni. ¶ Ali⁹ ¶ Gratui
tis ſpoliat. ne tñ bonũ aliqȯ pereat. bona
opa q̇ q̇s peccãdo mortificat/ aliis iuxta
diſpenſatiõem dei elargient͛ ſaluãdis. ¶
Ali⁹ ¶ Aiam maculat. ad penã eternam
obligat. ↄſciam amaricat: cor indurat ¶
Alius ¶ Hoiem quaſi inſenſibilẽ reddit
Exẽplo canis ſubmergẽdi q̇ lapidẽ i col/
lo ſuo nõ ſentit. donec ab eo in fundũ aq̃

trahitur ¶ Alius ¶ Animã occidit. quia deo qui vera vita eſt: priuat ¶ Aliꝰ ¶ Ad alia pctã trahit. Vñ Greg. Peccatũ quod ꝑ penitentiã nõ diluit̃ / ſuo põdere ad aliud trahit ¶ Alius ¶ Bona q̃ in peccatis fiũt. infructuoſa ⁊ quantũ ad meritũ ⁊ q̃ntum ad premiũ reddit ¶ Alius ¶ Ex homine quendã effectiue infirmũ facit. Nã in pctõre eſt ignis auaricie. fetor luxurie. tenebre ignorãtie. vermis cõſciẽtie. ſitis concupiſcẽtie. ⁊ demones ꝑ effectũ ⁊ huiuſmodi. ¶ Alius ¶ Vacuũ hominẽ tãdem relinq̃t. ⁊ merito q꜠ mũdo adherentia. ſugũt verba arẽtia. Fallendo decipit ſicut eſca ĩ hamo vel lignũ putridũ de nocte lucens ¶ Alius ¶ Hoiem vere ſtultũ demõſtrat. ſeruiẽdo ſcꝫ illi qui ipm torq̃ri querit ⁊ tandẽ torq̃bit Componẽdoqꝫ ⁊ congregando ſupra ſe vnde torqueat̃ et cremet̃. Unde Augu. li. de ci. dei. Hoc vitiũ adimit integritatẽ. pulcritudinem. ſalutem. virtutẽ. ⁊ quicq̃d boni per vitium detrahi ſeu minui conſueuit.

A

## Inquo peccatum

habet eſſe ⁊ ortũ ¶ Notandũ eſt vlteriꝰ. ꝙ q̃uis peccatũ ipſi bono cõtrariũ ſit. non tamẽ habet eſſe niſi in bono. nec ortũ niſi a bono. quod quidẽ bonũ eſt liberꝝ arbitriũ ac voluntas. a qua peccatũ eſt ſicut a prima origine ⁊ in q̃ eſt ſicut in ꝓprio ſubiecto Voluntas igit̃ eſt cauſa peccati. cãꝫ dico nõ efficientẽ ſed deficientẽ. Volũtas enĩ ſm ꝙ habet reſpectũ ad ſuũ principium a q̃ eſt / ſcꝫ ad deũ nõ eſt nata elicere ex ſe niſi bonũ Sed ſm ꝙ habet reſpectum ad principiũ ex q̃ eſt. qḋ eſt oĩno nihil. cũ ipſa volũtas ex nihilo ſit / ſemꝑ tendit ad defectũ. Si ergo velimꝰ ſcire vñ malũ culpe ſit materialit̃. dicendũ ꝙ ex nihilo Si vero velimꝰ ſcire vnde ſit terminalit̃. dicẽdũ ꝙ ex abſentia debiti modi debite ſpeciei ⁊ debiti ordinis. Sꝫ ſi velimꝰ ſcire vñ ſit originaliter. dicendũ ꝙ a volũtate ſiue a libero arbitrio.

## De progreſſu peccati.

¶ Nota ꝙ peccatũ iniciat̃ in cogitatõne. ꝓcedit ⁊ creſcit in delectatõne. ꝑficit̃ in cõſenſu. ¶ Circa ꝓceſſum aũt pcti notandũ eſt ꝙ aliqua ipm pctm̃ antecedũt. aliqua ipm ſubſequũt̃. aliqua ipm concomitant̃. ¶ Item reſpectu primi. Aliqua peccatũ antecedunt ex ꝑte auerſionis Et aliqua antecedũt ex parte ꝯuerſionis. Ex parte autẽ auerſionis. i. quãdo quis a bono incõmutabili quod deꝰ eſt: auerti ⁊ ſeꝑari incipit. antecedũt peccatum. cõtemptus. omiſſio. ingratitudo. inobedientia Ex parte vero cõuerſionis ſcꝫ quãdo homo ſe in peccatũ ꝯuertit / antecedit peccatum. cogitatio. libido. concupiſcentia. delectatio. ꝑuerſa intentio. cõſenſus Peccatum aũt ſubſequũtur. macula id eſt defoꝛmatõ imaginis dei. reatus. ⁊ obligatõ ad penam eternã. ¶ Peccatũ concomitãtur circumſtãtie que ipm vel aggrauãt vel minuunt. ⁊ ſunt octo que ex verſu ſequenti notificari poſſunt. vñ verſus. Quis q̃d vbi ꝑ quos: quotiens cur quomodo qñ.

## De tribus actionẽ

deprauãtibus. Per tria etiã principaliter deprauari ſolet actio. etiã illa que eſt de genere bonoꝝ. Quandoqꝫ in ſui principio. quãdoqꝫ in ſui medio. quãdoqꝫ in ſui fine. ſcilicꝫ ꝑ malam intentiõem. ꝑ negligentiam. ꝑ vanam gloriam.

## Quibꝰ cauſis unũ

peccatũ dicit̃ maius ¶ Multis etiã cauſ̃ ſeu reſpectibꝫ vnũ peccatũ dicit̃ maiꝰ ſeu grauiꝰ altero Videlicet cauſalitate vt peccatũ luciferi. Generalitate vt peccatũ primi hoĩs. Deformitate vt peccatũ iude ꝓditoris. Remiſſionis ſeu venie difficultate. ſicut pctm̃ in ſpiritũſanctũ. Periculo ſicut pctm̃ ignorantie. Inſeꝑabilitate vt peccatũ cupiditatis. Pronitate vt pctm̃ carnis. Offenſiõe vt pctm̃ idolatrie. Expugnãdi difficultate vt ſuperbia ⁊ vana gloria. Mentis cecitate vt peccatum ire.

## De quinqꝫ operũ

generibus ¶ Notandũ eſt etiã ꝙ inter cetera. q̃nqꝫ reꝑiunt̃ genera operũ. Nã q̃dã ſunt mala in ſe vt illa q̃ de ſui natura ſeu in ſuo genere mala ſunt. ſed tñ ꝑ aliquas. circũſtãtias bona fieri poſſunt. vt homicidiũ quod in ſe malũ eſt. ſꝫ ꝑ circũſtãtiã aliquã ꝑt effici bonũ. vtputa qñ fit ꝑ debitam iuſticiã. vel ſe legitime defendẽdo cum mortis ꝑiculũ euadi nõ poſſit ⁊ huiuſmodi. Quedã ſunt mala ſm ſe vt illa q̃ ſm totũ ſuũ eſſe mala ſunt. nec ꝑ circũſtãtias aliq̃s bona effici pñt. ſic̃ eſt odire deũ

vel fornicari ꝛ hmōi. Quedā econtrario
ſunt bona i ſe vt illa q̄ de ſui natura ſunt
bona ex genere. ſed tn̄ ꝑ aliquas circūſtā/
tias poſſunt fieri mala. Sicut eſt dare ele
moſinā quod in ſe bonū eſt ſed ꝑ circun/
ſtantiā aliquā pōt fieri malum. vtputa ſi
dareꝛ ꝑ ſola vana hominū laude acq̄ren/
da vel hmōi. Quedā ſunt bona ſm ſe. vt
illa que ſm totū ſuū eſſe bona ſunt nec ꝑ
circūſtātias aliquas. pn̄t fieri mala. ſicut
eſt diligere deum et caritate Quedā ſunt
indifferētia ſcꝫ que ſuo eſſe nec bona nec
mala ſunt. poſſunt tn̄ ſm circūſtātias bo
na vel mala fieri. ſic mouere pedē ſine de/
liberatōe. vel qn̄q; ꝯmedere. qḋ ſm circū/
ſtātiā aliquā bonū fieri poteſt. vtputa in
neceſſitate. corp⁹ ſuū debite ſuſtentādi vt
efficaci⁹ deo ſeruire poſſit. Et econtrario
malū. vtputa ſi ad ſupfluitatē ꝛ ex ſola li/
bidīe vel volūtarie precepta eccleſie trāſ/
grediendo fiat.

## De quatuor gene/tibus ſeu diuiſionibus peccati mortalis

Licet plures peccati mortalis/
diuerſis reſpectibus et cauſis/
poſſent aſſignari diuiſiōes ſeu
genera. q̄ntū tamē ad pn̄tis tra
ctatus cōpendiū attinet. quatuor ſolum
modo tāgenꝛ. Circa quarū adhuc ſolam
quartā diffuſe inſiſteꝛ. quia ꝑ eius decla/
ratōeꝫ alie tres clareꝛ faciliter poterūt itel
ligi. imo ipas tres effectualit̄ cōprehēdit

## De prima diuiſiōe

Prima igiꝛ dictaꝝ quatuor di/
uiſionū eſt ꝙ peccatoꝝ morta/
liū aliq̄ ſunt carnalia alia ſpūa
lia. Carnalia aūt maioris ſunt
infamie. Spiritualia ꝟo maioris culpe.

## De ſecūda diuiſio

Secunda diuiſio eſt ꝙ pec (ne
catoꝝ mortaliū aliqua ſunt cō
miſſi alia delicti. Quod in effe
ctu eſt dicere Aliqua cōmittūꝛ
in faciēdo. alia in omittēdo. Prima pec/
cata ſunt ꝑuaricatio ſeu trāſgreſſio legis
quo ad p̄cepta negatiua. vtputa Nō occi/
des nō mechaberis. Secūda ſunt ꝑuari
catio ſeu trāſgreſſio legis quo ad p̄cepta
affirmatiua. ſicut ſunt. Diliges dn̄m deū
tuū ex toto corde tuo ꝛc. Honora patrē tu
um ꝛc. Et ſm hāc etiā diuiſionē dicīꝛ pec
catū mortale eſſe ꝛ fieri contra duas par/
tes iuſticie. Quarum vna eſt. declinatio a
malo. Alia eſt facere bonum.

## De tertia diuiſiōe

Tertia diuiſio eſt ꝙ peccatorū
mortaliū aliqua directe cōmit/
tunꝛ in deū alia i proximū alia
in ſeipm̄. Peccatū autē in deū
iteꝝ ſubdiuidiꝛ. Nā q̄ndoq; peccaꝛ in pa
trē quādoq; in filium. qn̄q; in ſpm̄ſctm̄.
De quib⁹ latior fiet ſpeculatio infra in fi
ne declaratōis q̄rte diuiſiōis ¶ Peccaꝛ ei
alio reſpectu in deū quadrupliciꝛ. primo
male de ipſo ꝑ infidelitatē ſentiēdo. ſcḋo
ipm̄ blaſphemādo. tertio ei⁹ ſacramēta in
digne miniſtrando ꝛ tractādo. q̄rto eum
tentando ¶ Rurſus deū tentādo peccaꝛ
tripliciꝛ. Nam tentaꝛ vel ei⁹ potētia. ſigna
ſcꝫ ab eo petēdo. Vel tentaꝛ eius iuſticia.
ꝑ hūanas ſcꝫ pbatōes. vtputa ꝑ candens
ferrū vel duellū vel ſimilia/ iudiciū ei⁹ ex/
q̄rēdo. Vel tētaꝛ ei⁹ miſericordia. ſuā ſcili
cet q̄ſi examinādo bonitatē. ſe ſtultis ꝑi/
culis ꝯmittēdo ¶ In primū vero peccat
etiā tripliciꝛ. vel bona ſua ei indebite au/
ferēdo. vel bona ꝓpria ſibi in ſua neceſſita
te nō cōicando. vel mala ꝑſuaſiōe aut ma
lo exēplo eū in pctm̄ trahēdo ꝛ inducen/
do. ¶ In ſemetipm̄ āt peccat q̄s etiā tri/
pliciꝛ Vel ſibiipſi neceſſaria ſubtrahēdo
vel ſupflua ſumēdo. vel vltra vires ac de/
bitū moderamen quippiaꝫ aggrediendo.

## De quarta diuiſio

Quarta diuiſio peccati (ne.
mortalis ſumiꝛ ꝑ ſeptē vicia ca
pitalia. Que ſunt. ſupbia. inui
dia. ira. acedia. auaricia. gula.
luxuria. Et qꝛ vt ſupra tactū eſt de iſta q̄r
ta diuiſiōe expediēs eſt diffuſiorē hic fa/
cere declaratōem. tum qꝛ ꝑ eam ſupra di/
cte tres alie diuiſiōes clarius intelligi po
terūt imo eas effectualit̄ ꝯprehēdit. tū qꝛ
ꝓprie loq̄ndo in ipſa ꝛ ex ipſa pricipal' ef/
fectus pricipaliſq; intētio huius octaui
tractatuli iſtius libelli ꝯſiſtit ꝛ dependet.
Ideo de ipſis ſeptē peccatiſ capitalib⁹ hic
fiet quoddā ſpeciale capitulū. ꝛ iuxta di/
uiſionē in principio hui⁹ principalis ca/
pituli quod eſt de peccato actuali poſitā
de his ſcꝫ que in eo videnda ſunt.

## Aliqua circa mate

riam ſeptē viciorꝫ capitaliū prenotanda
Nterim anteqꝫ ad ſpecialē ſeu parti
cularē declaratiōeꝫ ipōꝫ ſeptē vicio
rū capitaliū veniat/ aliqua ſunt cir/
ca ipſa aduertenda. ¶ Et primo notādū
venit ꝙ pctm̄ veniale. ſiue ſit quantū ad
actū ſiue q̄ntum ad maculā. nullo modo
poteſt fieri mortale. ſic ſcꝫ ꝙ illud idē ſm
ſubſtantiā qḋ pri⁹ fuit veniale/ fieret mor
tale. Et rō eſt. quia nulla res poteſt muta
re ſpēm ſuā. Peccatū aūt mortale ⁊ venia
le ſunt due diuerſe peccati ſpecies. Verū/
tamen aliquis actus qui de ſui natura eſt
de genere peccati venialis/ bn̄ poteſt fieri
mortalis. Et hoc quatuor modis ¶ Pri
mo modo rōne ꝯſcientie q̄ de illo actu fie
ri poteſt. qꝛ quicq̄d fit cōtra cōſcientiam
formatā/ edificat ad gehennā. etiā ſi ſit cō
tra conſciam erroneā. Et hec eſt rō. qꝛ cū
in pctō duo ſint ſcꝫ auerſio ⁊ cōuerſio Pe
nes ꝑmū indicatur q̄litas ſiue grauitas
peccati. qm̄ auerſio a deo eſt in pctō qua/
ſi formale. ⁊ ꝯuerſio ad creaturā q̄ſi mate
riale. Quāuis ergo leuare feſtucā de terra
videaꝛ leue vel indifferēs. ſi tamē fiat con
tra cōſciam eſt pctm̄. qꝛ tūc in aīo ſperniꝛ
realiter bonū incōmutabile. ⁊ ita fit auer
ſio a creatore. ¶ Scḋo modo ex cōplacē
tia que in illo actu poſſit capi ⁊ capetur.
Unde Aug. Nullū pctm̄ adeo veniale eſt
qḋ nō fiat mortale dū placꝫ ¶ Tertō mō
ex diſpoſitōe ſeu ꝓcliuitate que exinde cō
trahitur. qꝛ ꝑ frequentē lapſum in venia/
lia. diſponiꝛ homo ad mortale. Et ſm h
intelligiꝛ illud dictū Grego. Vitaſti grā/
dia vide ne obruaris arena. Hoc autē di
cit qꝛ ſepe de minimis peccatis dū freq̄n/
ter fiunt ⁊ ſic quaſi contēnūꝛ/ venitur ad
magna. Sicut de modica ſcintilla ſurgit
quādoqꝫ magnus ignis. ¶ Quarto mō
ex ꝓgreſſu. quia quādo inſurgit veniale/
ſi nō ꝓhibeꝛ poſſit ꝓgredi vſqꝫ ad morta/
le. Non ꝙ ipm̄ veniale. vt ſupra tactū eſt
in ſua ſubſtātia fieret mortale. ſed qꝛ ex ip
ſo occaſionaliter fieret ꝓgrediendo mor/
tale. vt patet in primis motibꝫ q̄ inter ve
nialia cōputātur. Sed quādo delectatio
conualeſcit intantū ꝙ cōſenſus accedit/
iam eſt peccatum mortale.

## Unde ſumatur nu

mer⁹ ⁊ ſufficientia ſeptē viciorꝫ capitaliū
Otandū inſup ꝙ vt aliqualiꝛ ſu/
pra tactū eſt ſeptē ſunt pctā ſeu vi
cia capitalia. ſcꝫ ſuꝑbia. inuidia.
ira. accidia. auaricia. gula. luxuria. quorū
ſufficiētia ſeu numer⁹ pōt colligi. Volū/
tatē enī hūanā frequēter cōtingit deordi/
nari. Aut ergo deordīaꝛ qꝛ appetit quod
nō eſt appetendū. aut deordinaꝛ qꝛ refu/
git qḋ nō eſt refugiendū. ¶ Si prio mō.
aut appetit qḋ nō eſt appetendū interi⁹.
⁊ tūc peccaꝛ peccato ſuꝑbie ſeu vane glo/
rie. Aut appetit qḋ nō eſt appetendū exte
ri⁹ ⁊ tūc peccaꝛ pctō auaricie. Aut appetit
qḋ nō eſt appetendū interi⁹ quale eſt cor/
pori delectabile Et iſtud iterum eſt in du
plici differētia. Quia aut illud delectabi
le qḋ ſic inordīate appetiꝛ/ tēdit ad ꝯſer/
uatōem indiuidui. ⁊ tūc peccaꝛ pctō gule
Aut tēdit ad cōſeruatiōeꝫ ſpeciei vt coit⁹
⁊ tūc peccaꝛ pctō luxurie ¶ Si ſcḋo mō.
q̄n ſcilꝫ volūtas deordinaꝛ refugiēdo qḋ
nō eſt refugiendū. Aut illud nō refugien/
dū refugit ſm ꝑuerſum inſtinctū potētie
ratōnalis. ⁊ tunc peccaꝛ peccato inuidie.
Aut illud refugit ſm ꝑuerſum inſtinctuꝫ
potētie iraſcibilis. ⁊ tunc peccaꝛ peccato
ire. Aut illud refugit ſm ꝑuerſum inſtin/
ctū potētie cōcupiſcibilis. ⁊ tūc peccatur
peccato acedie. ¶ Et ſic patꝫ ꝙ qꝛ ſunt q̄
tuor principalia appetibilia in q̄bus vo
luntatē humanā deordinari contingit. ⁊
tres ſolū ſunt vires ſeu potentie aīe ſm q̄
rum inſtinctum eſt fuga. ideo tātūmodo
ſunt ſeptē peccata ſeu vicia capitalia.

## Duplici modo ſe

ptem vicia capitalia ſe oſtendūt: nunc pa
lam: nunc palliate.
Otandū inſup ꝙ iſta vicia ſeptē
ſeu peccata capitalia/ q̄nqꝫ palā ⁊
publice ſe oſtendūt. vt q̄n directe
fiunt. q̄nqꝫ vero ſub q̄dā ſpecie boni palli
ata ſe ingerūt ⁊ decipiūt Vn̄ ſuꝑbia q̄nqꝫ
ſic ſibi ꝑſuadet. Volo preeſſe vt poſſim ꝓ
deſſe Inuidia ſic ſibi ꝑſuadet: bona aliīs
nō cupio nec opto ne in ꝓſperitate ſucceſ
ſuū nimis extollanꝛ. Ira vero ſic ꝑſuadet
Non debeo mala mihi illata tolerare/ ne
mihi inferri conſueſcāt. Acedia ſic ſibi ꝑ
ſuadet. Ad hoc mihi in laboribus parco
ne indiſcrete aliquid aggrediēs deficiā et
indiſcretōis arguar. Auaricia ſ. e ſibi per

ſuadet. mihi multa adhuc cõgregãda ve/
niunt/ne ꝓpter caſus fortuitos qui ſupue
nire pñt in inopiã incidã. ⁊ ſic furtũ rapi
nã vel aliud iniuſtũ ꝯmittã. Gula ſic ſibi
pſuadet. Corp⁹ meũ cibis ⁊ potib⁹ delica
tis nutrio. quatin⁹ in ſanitate cõſeruetur
fortiusq́ꝫ efficiat᷑ vt ſic aptius ſit ⁊ valen
tius ad deo ſeruiẽdũ. Luxuria ſic ſibi per
ſuadet. nõ eſt malũ aliq̃nto tpe ad libitũ ⁊
ꝯplacẽtiã viuere/ et poſtea fortit᷑ penitere

Q ¶ Septem uicia ca/
pitalia ſeptem ferocib⁹ beſtijs cõparãtur.

Notandũ pterea ꝙ pdicta ſeptẽ
vicia ſeu pctã capitalia ſeptem
tã ferocib⁹ q̃ꝫ immũdis beſtijs
cõparari cõſueuerũt. Supbia
ſeu vana gloria cõpat᷑ leoni. Inuidia cõ/
parat᷑ cani. ira compat᷑ lupo. Accedia com
pat᷑ aſino. Gula ꝯpat᷑ vrſo. Luxuria com
patur porco. Auaricia cõpatur ericio ¶
Similit᷑ etiã compari cõſueuerũt ſeptem
grauib⁹ infirmitatib⁹. Supbia ſeu vana
gloria compatur corpis inflationi. Inui
dia compatur lepre. Ira compatur fren
ſi. Accedia compatur lethargie. Auaricia
cõpatur hydropiſi. Gula compatur epi/
lentie. Luxuria compatur febri ¶ Et in/
ſup notandũ ⁊ bñ ꝯſiderandum. ꝙ iſta ſe
ptem pctã ſeu vicia capitalia: deuota ac
frequẽti paſſionis chriſti meditatiõe/ cu
rant᷑. Nam q̇ debite ea que ipe domin⁹ no
ſter Jeſus chriſt⁹ in ſua ſacratiſſima paſ/
ſione egit ⁊ ſuſtinuit cõtemplat᷑/ repiet ꝙ
he ſeptẽ mortifere peſtes/ ibidẽ mirabilit᷑
curant᷑. Eteni ſui ſacri capitis in cruce hu
millima inclinatio/ curat ſupbiam. Sui
ſacri lateris aptio curat inuidiã. Orõ ſua
pro inimicis curat iram. Portatio crucis
curat acediã. Traditio ſui ſpũs patri. ſui
corpis cruci. ſue matris diſcipulo. ⁊ ſuaꝝ
veſtiũ ſuis crucifixorib⁹ curat auariciam
Potatio aceti ⁊ fellis curat gulã. Et ſua
flagellatio curat luxuriã ¶ Notandũ in/
ſup ꝙ predictoꝝ peccatoꝝ/ vnum ex alio
naſcit᷑. quod ſic apparet Superbia eni qꝛ
oẽs pcellere vult ⁊ appetit: ſtati quãdo
aliquẽ ſibi equari videt aut timꝫ. in ſe do
lere ⁊ ꝯturbari incipit. ac exinde ꝯtra illũ
ad ipm ſuũ bonũ quo ſic eũ ſibi equari ti
met/ impediendũ ac diminuendũ mouet᷑
⁊ ſic ex ſupbia naſcit᷑ inuidia. Inuid⁹ ve/
ro quia defacili ei cui ſic inuidet iraſcitur
et cõtra eũ quaſi toto ſpũ cõmouet᷑. ido ex
inuidia naſcit᷑ ira. Cum autẽ ſic cõtra ali
um cõmotus ⁊ iratus vindictã de illo ap
petat/ ⁊ ſe vindicari querat in quo ſi eum
deficere cõtingat/ in aĩo ſuo cõtabeſcit et
contriſtat᷑. ideo ex ira naſcit᷑ quedã menta
lis triſticia que a doctorib⁹ acedia nuncu
patur. Cum vero ſic animo triſtis ⁊ cõta
beſcens cõſolatõem ⁊ quandã ſui exalta/
tõem quã in ſeipſo nõ habet/ in rebus ex
teriorib⁹ querat. ⁊ quãto plura cõgregare
poterit/ maiorẽ ſe habituꝝ ſperat. ideo ex
acedia naſcit᷑ auaricia Auarus autẽ quia
bonis tempalibus abundat. et ſic ea que
ad delectatiõem in cibis ⁊ potib⁹ faciunt
facilius compare ⁊ ad ſui libitum habere
poteſt. ideo ex auaricia naſcit᷑ gula. Gula
vero ꝓpter ventris repletõem/ variaſq́ꝫ ci/
borũ ⁊ potuũ delectabiliũ ſpecies quib⁹
reficit᷑/ facillime deſpumat in libidinem:
ideo ex gula naſcitur luxuria. ¶ Notãdũ
inſup ꝙ plura predictoꝝ ſeptẽ viciorum
ſeu peccatoꝝ capitaliũ dicũtur radices et
initia ſeu cauſe alioꝝ diuerſis tamẽ reſpe
ctibus ¶ Supbia eni primo dicit᷑ radix
et initiũ oĩs peccati ꝓpter tres cauſas ſeu
ratõnes. Primo ꝓpter cauſam q̃ in omni
peccato inuenit᷑. ſcꝫ ꝯtemptus dei qui eſt
quedã cauſa oĩs peccati. Iſte autẽ con
temptus eſt auerſio a creatore. que in om
ni peccato eſt. qꝛ in oĩ peccato/ prepo/
nitur bonũ cõmutabile bono incõmuta/
bili. Iſte contẽptus nõ niſi ex ſupbia p/
cedit. ⁊ ex ea q̃ꝫ maxime. Et ideo dicit᷑ ꝙ ſi
cut ſine charitate alie virtutes nihil ſunt
ita ſine ſuperbia alia vicia nihil ſunt. Ab
ſtrahe ſupbiã ⁊ habebis grãm. Quia ſu/
pbis deus reſiſtit. humilib⁹ autẽ dat gra/
tiã. Secundo dicit᷑ ſupbia radix ⁊ initiũ
oĩs peccati/ quia fuit primũ peccatorũ
Hoc eni peccato peccauit prĩo diabolus
in celo ⁊ prim⁹ homo in padiſo. Tertio
dicit᷑ ſupbia radix ⁊ initiũ oĩs peccati/
qꝛ ex ea ſm̃ pus ⁊ poſterius hoc eſt medi
ate vel immediate/ naſcũtur alia vicia et
peccata. vt aliqualiter ſupra oſtenſum eſt
in notabili immediate precedẽti ¶ Libi
do etiã prout Auguſti. põit dicit᷑ cauſa
oĩs peccati ſed alio reſpectu propter ſci
licꝫ inordinatã delectatõem que ex ipſa li
bidie habetur in creatura. que delectatio
inordiate afficit ⁊ attrahit animã et auer
tit a ſummo bono Eſt eni libido volũtas

improba qua mouet̃ aı̃a rõnalis ad hoc ꝙ inordinate delectet̃ in creatura. Et ex hac libidine oĩa alia peccata ſm prius ⁊ poſterius. hoc eſt mediate vel immediate. alia tñ via ſeu ordine q̃₃ a ſuperbia inſurgũt. ¶ Cupiditas etiã ſicut ponit apoſtolus radix dicit̃ oĩm maloꝝ. quaſi eodẽ reſpectu iuxta ſuũ eẽ ſicut dicit̃ libido iuxta ſuũ. Nam ſicut libido vt ſtatī dictũ eſt dicit̃ cauſa oĩs peccati ꝓpter inordinatam delectatõem que ex ipſa libidine habet̃ in creatura que delectatio inordinate afficit ⁊ attrahit aı̃am ⁊ auertit a ſummo bono. ſic cupiditas in ſuo eſſe dicitur radix oĩm maloꝝ/ ex inordı̃ato amore. qui ex ipſa cupiditate habet̃ ad creaturã. qui inordinatus amor ſimilit̃ afficit ⁊ attrahit animã ⁊ a ſummo bono auertit. Ex q̃ inordinato amore oĩa alia peccata ſm prius ⁊ poſteriꝰ hoc eſt mediate vel immediate. alia tamẽ via ſeu ordine q̃₃ a ſuꝑbia ⁊ q̃₃ a libidine inſurgũt ⁊ oriunt̃. ¶ Luxuria etiã ſm Caſſianũ dicit̃ radix oĩs peccati. quia carnales delectatões ſunt nobis naturales. ⁊ ad naturalia ꝓni ſumꝰ et inclinati. ac eis cum difficultate reſiſtimꝰ Attracta igit̃ ⁊ affecta ꝑ luxuriam aı̃a in oĩa alia vicia faciliter ⁊ ſine ꝯſideratõe ac moderamine. ſm tamẽ prius ⁊ poſterius hoc eſt mediate vel immediate ex vno. ſc₃ in aliud ꝓlabitur. alia tamẽ via ⁊ ordine q̃₃ ꝑ ſuꝑbiam ⁊ q̃₃ ꝑ libidinẽ ⁊ q̃₃ ꝑ cupiditatẽ. ¶ Poſſent iſta ꝓfuſius declarari ſed quantũ ad breuitatẽ huiꝰ tractatuli cõuenit. ſatis ſint q̃ tacta ſunt. q̃ ampliora videre voluerit doctores habeat ſolennes. ⁊ inter ceteros beatũ Thomã ſecunda ſecunde. ⁊ ſummã de vitijs ⁊ virtutibus.

## De ſeptẽ vitiis capitalibus in ſpeciali. Et primo differentia inter ſuperbiã ⁊ inanem gloriam:

Eſtis ſic prenotatis dicẽdũ venit de quolibet predictoꝝ ſeptẽ vicioꝝ capitaliũ in ſpecie ſeu in ꝑticulari. Et primo de ſuꝑbia. Circa quã notandũ eſt ꝙ licet cõiter nõ fiat diſtinctio inter ſuꝑbiam ⁊ inanẽ gloriã. immo ponat̃ inanis gloria filia ſuꝑbie Grego. tamẽ inter eas differentiã ponit. immo ſuꝑbiã dicit reginã ⁊ matrẽ omniũ viciorũ. Quod intelligendũ eſt grego. accepiſſe prout ſuperbia cõſideratur ſm quandã redundantiã et generalitatẽ quam habet in alia peccata inquantũ ſc₃ ex ipſa omnia peccata oriri poſſunt. Et hoc duplici via ſeu ratione. Uno modo per ſe ⁊ directe inq̃ntum ſcil₃ alia peccata ordinãtur ad finẽ ſuperbie q̃ eſt propria excellentia ad quã poteſt ordinari quicq̃d homo indebite ⁊ inordinate appetit. Alio modo indirecte ⁊ quaſi ꝑ accidens remouẽdo prohibẽs. inquantũ ſcil₃ per ſuꝑbiam. homo legẽ diuinã contẽnit. ꝑ quam ꝓhibetur a peccãdo ⁊ tranſgredit̃ mandata. Intelligit̃ tamẽ hoc q̃ndo illa tranſgreſſio mãdatorũ fieret ex cõtẽptu. Nam fieri poſſet ex ignorantia vel infirmitate. ꝙ ibi nõ eſſet ſuꝑbia. Ut igitur ſemper natura ipſorũ viciorũ clarius eluceſcat ꝓcedatur hic opinionẽ greg. inſequẽdo ¶ Differẽtia autẽ que cõiter int̃ ſuꝑbiam ⁊ inanẽ gloriã aſſignat̃ eſt. quia licet in vtraq₃ ſit immoderatꝰ ⁊ inordinatus proprie excellẽtie appetitus/ qui ſcil₃ nõ eſt ſm rectam ⁊ debitã ratõem/ in hoc tamẽ differunt. quia ſuꝑbia excellentiã ꝓpriam inordinate appetit. Inanis vero gloria excellẽtie ꝓprie manifeſtatiõem. ita ꝙ ſuꝑbia proprie cõſiderat̃ inquãtum ille inordinatus ꝓprie excellẽtie appetitus habet̃ ab intra etiãſi nõ ab extra ꝓgrediatur. Inanis gloria trãſit ab extra. q₂ illa₃ excellentiã appetit ab extra apparere ⁊ in ore aliorum apparere ⁊ manifeſtari.

## ¶ De ſuperbia in ꝑticulari ꝓut diſtinguit̃ ab inani gloria ⁊ ponitur quaſi regina aliorum viciorum.

Dicetur ergo primo de ſuꝑbia. que ſic vt aliqualit̃ tactum eſt. ſm Auguſti. diffinitur. Suꝑbia eſt ꝑuerſus proprie celſitudinis appetitus. Dicit etiã Auguſt. ꝙ ſuperbia omnibus hominibꝰ inuidet ſcilic₃ ſuꝑioribus. quia eis nõ equat̃. Paribus quia ſibi equãt̃. Inferioribꝰ ne ſibi equẽtur. ¶ Dicit̃ etiã ſuꝑbia oĩs peccati radix ⁊ initiũ ꝓpter tres ratiões ſupra in penulti. cap. immediate p̃cedenti tactas ¶ Grego. xxxi. li. moraliũ quatuor ſpecies ſuꝑbie aſſignat. Prima eſt cũ homo bonum qꝺ habet/ eſtimat ſe a ſeipſo habere Secũda ſpecies eſt cum homo bonũ qꝺ habet/ ſibi deſuꝑ datum credit. ſed tamẽ ſe reputat illud ꝓ ſuis meritis accepiſſe. Tertia ſpecies eſt cũ homo iactat ſe ha/

bere bonū quod non habet. Quarta ſpe
cies eſt cum homo deſpectis ceteris appe/
tit ſingulariter videri habere bonū quod
habet. ¶ Et eſt aduertendū ꝙ hic iactan/
tia accipitur quantū ad interiorē cordis
arrogantiam. Quia ſi capetur iactantia
quātum ad exteriorē actum quo quis fal
ſo ſe diceret vel laudaret habere bonū qđ
nō habet/ magis proprie ꝑtineret ad pec
catum inanis glorie ⁊ etiā ad peccatū mē
dacij ꝗ̃ ad peccatum ſupbie prout ſumit
hic ⁊ a beato Gregorio. ¶ Iſtarum autē
quatuor ſpecierū numerus ⁊ ſufficientia
ſic ſumit. Dictum eſt ſupbiam eſſe inor/
dinatū proprie excellētie appetitū. Om/
nis autē excellentia accedit homini ratō/
ne alicuius boni quod habet. Bonū au/
tem quod habet homo/ tripliciter poteſt
cōſiderari. Uno modo ſm ſe. alio modo
ex parte cauſe qua habet. tertio modo ex
parte modi ipm bonum habendi. Reſpe
ctu primi certū eſt ꝙ quanto bonū quod
quis habet maius eſt: tanto ꝑ hoc maio/
rem excellentiā conſequit. Ex quo cōtin
git ꝙ homo cuius appetitus inordinate
vel vltra modū ſibi conuenietem / in ſuā
propriā excellentiā tendit/ ſibi in animo
ſuo attribuit bonū quod nō habꝫ vel ma
ius ꝗ̃ habet ⁊ tunc eſt tertia ſpecies ſup/
bie ſupra poſita. que eſt ſcilicꝫ cū quis ia
ctat ſe habere bonū quod non habet. Re/
ſpectu ſecūdi certum eſt ꝙ quādo homo
bonū quod habet. habet ex ſeipſo. ipſe ex
cellentius habet ꝗ̃ ſi haberet ab alio. Et
ex hinc procedit. ꝙ homo cuiꝰ appetitus
inordinate ⁊ vltra modū debitum et ſibi
cōuenientē in ſuam propriā excellētiam
tendit. illud bonum quod habet ab alio/
eſtimat in ſuo animo ⁊ ſibi attribuit ha/
bere a ſeipō. Et quia dupliciť aliquis po
teſt eſſe cauſa boni ſui. Uno modo effici/
enter. alio modo meritorie. ſm hoc ſumū
tur due prime ſpecies ſupbie ſupra poſi/
te. Nam ſi homo illud bonū quod a deo
habet/ eſtimet ⁊ reputet ſe a ſemetipſo ha
bere ⁊ ſic efficienter/ tūc eſt prima ſpecies
ſuperbie ſupra poſita. Si vero illud bo/
num quod a deo habet/ eſtimet ſe ⁊ repu/
tet a deo habere/ ſed ſuis meritis. ⁊ ſic me
ritorie ⁊ tunc eſt ſecūda ſpecies. Reſpectu
tertij certū eſt ꝙ quāto aliqs bonū quod
habet excellentiori modo ꝗ̃ alij poſſidet
tanto ꝑ hoc maiorē excellentiam conſeq/

tur. Et hinc eſt ꝙ homo cuius appetitus
inordinate ⁊ vltra modū debitum ⁊ ſibi
conuenientē in ſuam propriā excellenti/
am tēdit/ illud bonū quod habet. eſtimat
in ſuo animo ⁊ ſibi attribuit excellētius
habere ꝗ̃ ceteri. ⁊ tunc eſt quarta ſpecies
ſupbie ſupra poſita. ſcilicꝫ cū quis deſpe/
ctis ceteris appetit ſingulariter videri ha
bere bonū quod habet. ¶ Ex quibus ap
paret clara ſufficientia ſpecierū ſuperbie
per Grego. aſſignata. ¶ Eſt tamen aduer S
tendum ꝙ ſm diuerſos doctores. plures
⁊ alie aſſignātur ſuperbie ſpecies. Hyero
nimus aſſignat ingratitudinē ſpeciē ſu/
perbie. Auguſt. dicit ꝙ ſe excuſare de pec
cato cōmiſſo/ ad ſuperbiam ꝑtinet. Etiā
preſumptō qua quis tendit ad aſſequen
dum aliqđ quod eſt ſupra ſe/ ad ſuperbiā
ꝑtinere videtur. Bernardus etiā duode/
cim gradus ponit ſupbie qui ſunt. curio/
ſitas. mentis leuitas. inepta leticia. iactā
tia. ſingularitas. arrogantia. preſumptō.
defenſio peccatoꝝ. ſimulata confeſſio. re/
bellio. libertas. peccandi conſuetudo ¶
Sed qui debite conſiderat oēs huiuſ/
modi ſpecies ſeu gradus ad quatuor ſpe/
cies ꝑ Grego. vt tactum eſt aſſignatas/ re
duci poſſunt/ et ſub eis cōphendūtur.
¶ Nam ꝓma ingratitudo de qua loqtur
Hyeronimus/ reducit ad primā ſpeciem
quia ingratus ſibi proprie ⁊ in effectu at
tribuere videtur habere a ſemetipō illud
bonū quod ab alio habet/ cū illud recog/
noſcere nolit. Excuſatō de peccatis. de q
loqtur Auguſti. proprie ꝑtinet ad tertiā
ſpeciē quia ſic ſe excuſans videtur ſe iacta
re habere bonū quod nō habet ſcilicꝫ bo
num innocētie. Preſumptō autem qua
quis tēdit in id quod ſupra ipm eſt/ pro/
prie ad quartā ſpeciē ꝑtinꝫ. ſm quā quis
appetit ꝑ alijs ſingulariť videri. ¶ Duo
decim vero gradus ſuperbie quos ponit
Bernard. licet ſm quid ⁊ ſm modū acci/
piendi ipſius Bernard. ad ſupbiam ꝑti/
neant. nō oēs tamen accipiūtur ſm ip/
ſam propriā naturā ſeu eſſentiā ſuperbie
cui aſſignātur. Sed ſumūtur aliqui tam
ſm diuerſas hominū cōditōes. ꝗ̃ ſm cō/
paratōem ad gradꝰ hominū qui vel ſunt
maiores vel equales vel miores. Non ſo
lum etiā in dictis duodecim gradibꝫ tan/
gunt ſpecies alique ſupbie. ſꝫ etiā quedā
ipam ſupbiam antecedētia ⁊ quedā cōſe/

quentia. ¶ Sumũtur etiã predicti duo/
decim grad⁹ ſupbie a Bernardo aſſigna/
ti ꝑ oppoſitũ ad duodecimũ grad⁹ humi
litatis. quos btũs Benedictus in ſua re/
gula ponit. ¶ Prim⁹ enĩ gradus humili
tatis ab ipo beato bñdicto aſſignatus eſt
corde ꝛ ope ſemꝑ humilitatẽ oſtendere de
fixis in terrã aſpectibꝫ Contra quẽ ponit
Bernar. ꝑmũ gradũ ſupbie. curioſitatem
Nam iuxta quod dicit Mens homis ſui
ipius incurioſa. quod ex ꝓpriorũ merito/
rũ vana eſtimatõe procedit. aliorũ cõiter
curioſa efficit̃. ꝛ iã vel ad ea que ad ipam
nõ ſpectãt immoderate cognoſcenda. vel
mores viciaqꝫ alioꝝ inquirẽda ſe trãſfert
hincinde oc'los vagari. capiteqꝫ erecto ac
auribꝫ ſuſpenſis incedere incipit ¶ Se/
cund⁹ gradus humilitatis a dicto beato
Benedicto aſſignatus eſt. vt pauca ꝟba ꝛ
rationabilia ꝗs loquat̃ ꝛ nõ clamoſa vo/
ce. Contra quã ponit Bernar. ſcd̃m gra/
dũ ſupbie. leuitatẽ mentis quã ex gradu
precedẽti oriri ponit. Nã vt dicit anim⁹
hominis nulla ſui cura aggrauatus duꝫ
mores ꝛ vicia alioꝝ curioſe circũſpicit in
quandã leuitatem ꝛ inſtabilitatẽ tranſit.
Nam dũ nũc aliquos ſibi ſupiores aſpi
cit iam ſe ſupari dolet ꝛ ꝑ inuidiã tabeſcit
Dum vero nunc alios ſibi inferiores cer
nit/ꝑ quandã vanã excellentiã pueriliter
hilareſcit. Nunc pauca ꝛ mordacia loqui
tur. nũc multa ꝛ inania. nũc riſu. nunc lu
ctu plena ¶ Tertius grad⁹ humilitatis a
beato benedicto aſſignat⁹. vt quis nõ ſit
facilis aut prompt⁹ in riſum. Cõtra quẽ
ponit bernar. tertiũ gradũ ſupbie ineptã
leticiã. quam ex duobꝫ gradibꝫ immedia
te precedẽtibus oriri dicit. Nam dũ ꝑ cu
rioſitatẽ ad animi ſeu mẽtis leuitatẽ ꝗs
deuenit ꝛ gaudiũ quod ex ſui preſumptõ
ne concepit per triſticiam quã interdũ de
alienis bonis ꝯtrahit interpolari metuit
ſtati ad remediũ falſe conſolatõis confu
git. ita vt bene ſibi conſcius. vel ſui oblit⁹
vel ab omĩ culpa abſolutus putet̃. Nunc
apparet in fronte hilaritas. nũc in ſignis
ſcurrilitas. nũc ad iocũ pronitas. nũc va
nitas in inceſſu. nũc facilitas in riſu ¶
Quartus gradus humilitatꝭ a dicto bea
to benedicto aſſignatus eſt taciturnitas
vſqꝫ ad interrogatõem. Cõtra quẽ ponit
bernardus quartũ gradũ ſuperbie Jactã
tiam quã ex precedenti gradu oriri dicit.

Nam dũ mente in ineptam leticiã reſolu
ta. vanitas creſceret ꝛ groſſeſcere inceperit
iam neceſſe eſt vt laxato ſinu ab extra erũ
pat. querit tunc quibꝫ omẽ quod ſentit ef
fundat ꝓuenit interrogantẽ. nõ querenti
reſpondet. Nunc querit ꝛ ſoluit. nũc ieiu
nia laudat. cõmendat vigilias. ſomnia ꝓ
fert ꝛ viſiones. ¶ Quintus gradus hũili
tatis a beato benedicto aſſignatus eſt te/
nere quod habꝫ cõis obſeruãtia. Contra
quẽ btũs bernar. quintũ gradum ſupbie
ponit ſingularitatẽ quã ex precedẽti gra
du oriri dicit. Turpe eteni eſſet ei qui ſe
ſupra ceteros extollit ꝛ iactat/ niſi pl⁹ vel
aliter ꝙ̃ ceteri/ aliq̃d ſpeciale ageret/ quo
vltra eos apparere poſſit Talis plus ſibi
de aliquo ꝑticulari bono qȏ ſe facere eſti
mat blanditur. ꝙ̃ ſi decies plus in cõita
te faceret Pallorẽ ſuum in vultu/ ꝛ maciẽ
in manibꝫ. ꝛ talia que in ſeipſo videre po
teſt/ ſpeculatur ad ſua particularia ſtren
nuus. ad cõmunia piger. vigilat in lecto.
ꝛ dormitat in choro. et huiuſmodi ¶ Se
xtus gradus humilitatis a dctõ beato be
nedicto aſſignatus eſt credere ꝛ pronun
ciare ſe omĩbus viliorem. Cõtra quẽ po
nit bernardus ſextũ gradũ ſuperbie. arro
gantiã. quam ex precedẽti gradu oriri di/
cit. Nam cũ ꝗs talia oꝑa ſic ſingulariter
agit. iam apȷ̃ ſimpliciores eius fama ſeu
opinio creſcere incipit ꝙ ipſa ei⁹ oꝑa que
vidẽt probant. qꝛ diſcernere neſciũt qua
intentõne procedãt. ſicqꝫ dũ miſer ille ab
alijs beatificat̃. apud ſe in errorẽ inducit̃.
Credit enim qȏ audit. ſed quid intendat
nõ attendit. ꝛ dum plus de ſeipſo alijs ꝙ̃
ſibi credit. non ſolũ verbo aut operũ oſtẽ
tatione probitatẽ demonſtrat. ſed inter/
no etiam ſui cordis affectu ſe alijs ſancti
orem credit ꝛ reputat ¶ Septim⁹ grad⁹
hũilitatis ab ipſo beato benedicto aſſig/
nat⁹ eſt ſe ad omĩa indignũ ꝛ inutilem cre
dere ꝛ confiteri. Contra quem ponit ber
nard. ſeptimũ gradũ ſuperbie. ꝑſumptõ
nem quã ex precedenti gradu oriri dicit.
Nam ꝗ ſe in animo alios ꝑcellere putat.
ꝗmodo eẽ poteſt ꝗn plus de ſe ꝙ̃ de alijs
preſumat? Talis prim⁹ in conuẽtibꝫ reſi
det. prim⁹ in conſilijs reſpondet. Non vo
cat⁹ accedit. non iuſſus ſe intromittit. ꝗc
quid ipe fecerit recte factũ. ꝗcq̃d vero nõ
fecerit inordinate factũ reputat. ſi vt op/
tat nõ ꝓmoueat̃ ſupiorẽ ſuũ aut inuidũ aut

deceptuꝫ iudicat. in minoribus obedire
indignat᷑. quia ad maiora ſe reputat ido
neum. ¶ Octauus gradus humilitatis
a dctõ beato Benedicto aſſignatus eſt cõ
feſſio peccatorum. Contra quem ponit
Bernarđ. octauũ gradũ ſupbie. defenſio
nem pctõꝝ. quã ex precedenti gradu ori/
ri dicit. Eteni qui ſe faciliter ad oĩa in/
gerit / ĩpoſſibile quaſi eſt quin aliquãdo
deficiat. cũ ergo talis a ſuo ſupiore corri/
gi ceperit: culpã ſuã q; habere nõ putat/
nõ agnoſcit ⁊ tũc in varias pctõrum ſuo
rum excuſatões ſe ponit. aut enim feciſſe
negat. aut feciſſe cõfitetur. ſed ꝙ bñ fecit.
aut ſi male ſe feciſſe fateatur. dicit tamẽ ꝙ
nõ multũ male. etſi multũ male/ ꝙ nõ ma
la intentiõe. etſi iterũ de mala intentõe cõ
uincat᷑ aliena ſe dicit ſuaſiõe peccaſſe. Et
quomodo tal᷑ q̃ apta defendit. malas ſui
cordis cogitatões reuelaret? ¶ Nonꝰ gra
dus humilitatis a dicto beato Benedi/
cto aſſignatꝰ eſt. Pro obediẽtia in duris
⁊ aſperis patientiã amplecti Contra quẽ
ponit Bernardus nonũ gradũ ſuperbie.
ſimulatã cõfeſſionẽ quã ex precedẽti gra/
du oriri dicit. Nam qui vt tactũ eſt. ſic ex
arrogantia ⁊ pſumptiõe peccata ſua excu
ſant. ſi vt interdũ cõtingere poteſt de ma/
nifeſtioribus culpis arguant᷑ ſciẽtes ꝙ ſi
defenderẽt nõ crederetur eis. ad ſubtilio/
ra ſe cõuertunt argumenta defenſiõis ver
ba reſpondẽdo doloſe cõfeſſionis. Nunc
eteni vultum demittũt. corpus pſternũt:
lacrimas ſibi ſi poſſunt extorquẽt: ſuſpi/
ria ⁊ gemitꝰ emittũt. Sed ſi eis leuis ali/
qua contumelia aut exigua pena inferat᷑.
iam ſuã ſimulatõem diſſimulare non va
lentes/ murmurare frendere iraſci ⁊ cõtur
bari incipiũt ¶ Decimꝰ gradus humili/
tatis a dicto beato Bñdicto aſſignatꝰ eſt
Ut cum obediẽtia quis ſe ſubijciat maio
ri. Contra quẽ ponit Bernarđ. decimũ
gradũ ſupbie. rebellionẽ quã ex preceden
ti gradu oriri dicit. Cum eni ſic ſimulate
ſuã culpam cõfitens penã ſibi impoſitã
impatiẽter ſuſtiet ſeq; iã ab alijs notari:
ac ſuam falſitatẽ conſpici. ⁊ exinde ſuam
opinionẽ ⁊ laudem diminui videt. gran/
dem in corde ſuo ſupbo cõfuſionẽ habet
valde tũc difficile eſt talẽ huiuſmodi vni/
uerſorũ iudicijs tacitũ adq̃eſcere. ſed mox
frontoſus impudẽs. ⁊ quaſi deſpatus in
rebellionẽ corruit. Et qui prius ſolũ fra/
tres contẽpſerat. iam impudẽter ⁊ poten
ter inobediẽs etiã cõtemnit magiſtrũ ¶
Undecimꝰ gradus hũilitatis a dicto be/
ato Benedicto aſſignatus eſt. Ut q̃s vo
luntatẽ propriã nõ delectet᷑ implere. Cõ
tra quẽ ponit Bernar. vndecimũ gradũ
ſupbie libertatẽ peccãdi quã ex preceden
ti gradu oriri dicit. Nam cum ſubditꝰ ma
giſtrũ vel ſupiorem nõ timere incipit. nec
ꝓximos ſeu fratres. aut ſodales habet q̃s
veret᷑ in quadã ſecuritate maioriq; liber/
tate ad ſua deſideria implenda pfluit. in
ipſiſq; adimplendis delectat᷑. ⁊ q̃uis for
ſitan nõ penitus in principio dei formi/
dine abiecta quaſi vadũ tentans/ illicita
cum quodã timore pficiat. poſtmodũ ta/
men pedetẽtim in viciorũ gurgitẽ intrat
¶ Duodecimꝰ gradus humilitatis a di/
cto beato Benedicto aſſignatꝰ eſt. vt q̃s
deum timeat. ⁊ memor ſit oĩum q̃ pre/
cepit. Contra quẽ ponit Bernardꝰ duo/
decimũ gradũ ſupbie. cõſuetudinẽ peccã
di quã ex precedenti gradu oriri dicit Nã
poſtq; terribili dei iudicõ/ prima flagicia
impunitas ſeq̃tur. tunc ꝑ quandã frequẽ
tiã malorũ actuũ/ homo in quandã pec/
candi cõſuetudinem trahitur. Ex hincq;
carnalibus deſiderijs abſorptus. ratiõis
q; ac timoris dei oblitus. indifferẽter ſu/
is libitis vtitur. Nec ab illicitis cogitan/
dis ⁊ pagẽdis reſtringitur. ſed quicquid
ſibi in corde. in ore. ĩ manu occurrit. ma/
chinat᷑. garrit. ⁊ opatur maliuolus quidẽ
magniloquꝰ facinoroſus ¶ Iſtorũ duo/
decim graduũ numerus ex hoc accipitur
quia homo per ſuperbiã cõmuniter iniu
riatur. Uel deo. vel homini cui debet eſſe
inferior. vel homĩ cui debet eſſe par. Sex
primi gradus determinãtur ſm iniuriã
que per ſuperbiã fit homini cui quis de/
bet eſſe par. Quatuor alij ſequentes gra/
dus determinãtur ſm iniuriam / que per
ſuperbiam fit homini cui quis debet eſſe
inferior. Duo vero vltimi gradus deter/
minãtur quantũ ad iniuriam que ꝑ ſup
biam immediate deo fit. Et notãter dicit᷑
immediate quia etiã alij gradus redũdãt
in deũ. ſed nõ ĩmediate imo mediãte ꝓxi/
mo ¶ Gradus autẽ dicũtur quia a mino
ri ad maiorem fit progreſſus. Etiam pro
pter grauedinem peccatorũ que iuxta il
los gradus cõmittuntur. Primus enim
gradꝰ malus eſt. ſecũdus peior. ⁊ ſic aſcen

dendo vſq₃ ad vltimũ qui reperietur eſſe
peſſimus omniũ. Unde iniuria que fit re
ſpectu paris eſt minoꝛ. illa que fit reſpe/
ctu ſupioris eſt maioꝛ. ſʒ illa que fit reſpe/
ctu dei eſt maxima propter quod predi/
cti gradus taliter oꝛdinantur.

z

## De uicio ſeu peccato inanis gloꝛie.

Hunc dicendũ eſt de inani glo/
ria quā Grego. ponit eſſe pmũ
vitiũ capitale. Que ſic deſcri/
bitur. Inanis gloꝛia eſt inoꝛdinat⁹ appe
titus laudis. gloꝛie. ⁊ honoꝛis Finis enī
pꝛincipalis inanis gloꝛie eſt manifeſtatō
ꝓpꝛie excellentie. ¶ Inanis gloꝛie ſeptē a
beato grego. xxxi. li. moꝛal'. filie aſſignan/
tur. ſcilʒ inobedientia. iactantia. hypocri
ſis. ꝯtentio ptinacia. diſcoꝛdia nouitatũ
pꝛeſumptio. Quaꝝ numer⁹ ſeu ſufficien
tia ſic ſumit̄ Finis inanis gloꝛie vt ſupꝛa
dictũ eſt. eſt manifeſtatio ꝓpꝛie excellētie.
Ad manifeſtatōem autē pꝛopꝛie excellen
tie/poteſt quis duplicit̄ tēdere. Uno mō
directe alio mō indirecte. Si directe aut
fit p verba. aut fit p facta. Si p verba tūc
eſt iactātia Si p facta. Aut illa facta ſunt
vera ⁊ aliquā ammiratōem impoꝛtantia
alias nulla cōſequeret̄ gloꝛia. ⁊ tūc eſt no/
uitatũ pſumptio. Nam eas ſolent hoīes
magis ammirari. Si autē per facta ⁊ ali/
quā ammiratiōem vt dictũ eſt habentia.
ſed tamē nō vera immo ficta. ⁊ tūc eſt hy/
pocriſis. Si autē tendat homo ad mani
licet ipa pctã omiſſionis de ꝑ ſe et ſimplr
ↄſiderata/ poſſint eſſe abſq; aliquo actu
ab extra. reſpectu tñ actuũ tã interioꝝ ip/
ſius volũtatis ⁊ de ꝑ ſe/ ꝗ̃ exterioꝝ ⁊ de ꝑ
accñs nõ ſunt ſine aliquo actu. Et extin/
de actualia dici pñt. Per iam hic tacta pt
quiſq; apud ſe ꝑpẽdere/ qñ pctã omiſſio/
nis ſunt mortalia vel venialia. vel grauia
vel leuia. ↄſideratis ſcꝫ obligatõe q̃ quis
ad aliq̃d faciendũ tenet̃. et neceſſitate vel
vtilitate illius ad q̃ð ſic tenet̃. et cauſ̃ ſeu
occaſionibꝫ ex quibus omiſſio contingit

## De natura primo/ rum motuũ ⁊ quando peccata exiſtant.

Q Uia vero omne pctm̃ actuale
ſiue mortale ſiue veniale/ cõiter
a primis motibꝫ ortũ habꝫ. im
mo ipſi primi motus intꝰ pctã
venialia cõputant̃. In omni eni tentatõe
eſt cõiter iſte ſucceſſus. ꝙ prio inſurgit ꝑ
mus motꝰ. quẽ ſeq̃t̃ delectatio. ⁊ extñ con
ſenſus. Ordo eni tentatiõis hic cõiter eſt
ꝙ ꝑ tria ſucceſſiue in pctm̃ inducimur. ſ.
ſuggeſtiõe. delectatõe. ↄſenſu. ita ꝙ ꝑ ſug
geſtionẽ que ſiue ab extra. vt a diabolo ⁊
mũdo. cuiuſmodi tentatio nõ eſt pctm̃ ſꝫ
materia exercẽde virtutis. ſiue ab ĩtra vt a
fomite. q̃ nobis ineſt/ ꝑcedat/ excitat̃ pri/
mus motꝰ. ⁊ ibi tentatio inchoat̃. ꝑ dele/
ctatõꝫ ꝑgredit̃. ⁊ ꝑ ↄſenſum ↄſummat̃. q̃
tñ ↄſummatio ĩtelligat̃ de ↄſenſu in actũ
nã aliquẽ eſt repire ↄſenſum in delectatõ
nẽ/ in quo licꝫ ↄſiſtat pctm̃. nõ tñ ibi pro
prie ðr tẽtatio ↄſummari. vt latiꝰ infra de
clarabit̃. Ideo ꝑ clariori intellectu tã iam
dictoꝝ ꝗ̃ etiã dicendorũ (venit aliq̃d de
ipſis ꝑmis motibꝫ delectatõe ⁊ ↄſenſu/ in
generali tãgendũ. ¶ Pro quo ſciendũ ꝙ
anima ſenſibilis duplicẽ habet potentiã
Unã apprehenſiuã. aliã motiuã. Appre
henſiua iteꝝ diuidit̃ in apprehenſiuã de
foris. ⁊ in apprehẽſiuã de intus ſeu ab in
tra. ¶ Uires apprehẽſiue de foris ſeu ab
extra ſunt quinq; ſenſus ꝑticulares ſiue
exteriores. ſ. viſus auditus. guſtus. odo/
ratus tactus. Et ſunt vires apprehẽſiue
paſſiue. q2 ſenſatio fit in ipſis ſenſibꝫ/ ab
intra ſuſcipiẽdo ⁊ nõ ab extra mittendo.
Et ſunt iſti ſenſus/ ſolũ ꝑceptibiles rerũ
ſingulariũ. ⁊ nõ vniuerſaliũ. Et hñt oẽs
vnam originẽ/ a ſenſu cõi. a quo veluti li
nee a centro exeũt. Et ad cauſandũ in eis
debitã ſenſificatõem/ quatuor oportet cõ
currere. ſ. obiectũ pñs. mediũ deferens. et
diſpoſitũ organũ cõueniẽs ⁊ ſanũ. ⁊ actu
alem aĩe intentõem. Et in multis cõueni
unt ⁊ differũt adinuicẽ. q̃ pro materia ꝑ/
ſenti nõ eſt neceſſariũ exꝑmere. ¶ Uires
autẽ apprehẽſiue ab intus/ ſunt q̃nq; po
tẽtie interiores aĩe ſenſibilis. q̃ ſunt ſen
ſus cõis. imaginatio. eſtimatio. fantaſia.
⁊ memoria. Et ſunt etiã oẽs iſte q̃nq; po
tẽtie paſſiue. quia ab intꝰ ſuſcipiẽdo appꝫ
hendũt ⁊ patiunt̃ a formis reꝝ ſingulari
um. Et ſunt etiã circa ꝑticlaria tm̃. ¶ Et
eſt ſenſus cõis potẽtia que oĩm ſenſuum
ꝑticulariũ obiecta apprehẽdit. Nam aliꝫ
ſenſus ſimilitudines ſuorũ ſenſatoꝝ ad
ſenſum cõeꝫ reducũt. quo mediãte. de ſin
gulorum ꝓprietatibꝫ iudicãt ⁊ diſcernũt:
Quia ſm̃ iudiciũ ſenſus cõis/ appreben
dimꝰ nos videre qñ videmꝰ. ⁊ audire qñ
audimꝰ. ⁊ ſic de aliꝫs ¶ Uirtus autẽ ima/
ginatiua/ eſt potẽtia appꝫhẽſiua. in q̃ ima
ginatõnes reꝝ ſenſibiliũ reſeruant̃. Iſta
virtꝰ plus abſtrahit ꝗ̃ ſenſus. qm̃ ſenſus
non accipit formã rei niſi ipſa re pñte. ¶
Imaginatio vero formam rei reſeruat. re
etiã ipa abſente. Et in h̃ differt a ſenſu cõi
q2 ſenſus cõis indiget pñtia rei exterioꝛ̃
ſicut ſenſus ꝑticularꝭ. imaginatio ꝟo nõ
Iſta virtꝰ vocat̃ theſaurꝰ formaꝝ. qm̃ ſicẽ
dictũ eſt dictũ eſt forme reꝝ a ꝑticularibꝫ
ſenſibꝫ recepte in ea retinẽt̃ ⁊ ſeruant̃. Et
de iſtis duabꝫ potẽtiꝫs ſufficiãt que dicta
ſunt ſummari/ ꝑ intellectu dicendoꝝ teti
giſſe. Qui ampliora ⁊ etiã de aliꝫs tribus
potẽtiꝫs q̃ſierit/ ad philoſophũ recurrat.

## De vi ſenſibili mo tiua ſpiritualiter.

U Is ſenſibilis motiua/ q̃ndoq;
mouet ſpũalr̃. qñꝫ corꝑalr̃. Qñ
mouet ſpũalr̃/ ðr appetitiua. q̃
etiã duplr̃ mouet. ſ. aut diligẽdo aut odiẽ
do. Iuxta q̃ diuidit̃ in cõcupiſcibilẽ. ⁊ in
iraſcibilẽ. ꝑ q̃s aĩa appetit bonũ vel iſur/
git cõtra malũ. Et extñ oriunt̃ q̃tuor affe
ctões. ſ. gaudiũ ſpes dolor. timor. ¶ De
ſenſualitate. Senſualitas etiã eſt vis aĩe

ſenſibilis motiua. ⁊ ad idē mouet ad qđ
vis cōcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis. ſʒ ab eis
differt. ¶ Pꝛio qꝛ ſp̄ appetit q̄ delectabi/
lia ſunt corpi. ⁊ q̄ ei nociua ſunt refugit.
Concupiſcibilis vero ⁊ iraſcibilis/ bene
verſant̄ ⁊ mouet̄. etiā circa bonū vel malū
nō delectabile nec nociuū corpi. Secun
do qꝛ ſenſualitas/ magis corpi cōiungit̄.
eſtq̄ʒ magis ad carnem depſſa Et ſicut in
brutis ita in hoīe/ ſuo ꝓprio motu mouet̄
nec aliq̄ lege ſtringit̄. quin ſp̄ in appetitu
reꝝ ad corpꝰ ptinētiū/ moueat̄ Nobilius
tn̄ eſt in hoīe q̄ʒ in brutis qꝛ in hoīe ei cō/
uenit aliq̄liter ſubiectā eſſe ⁊ obediētē vo
luntati ⁊ rōni. Sed cōcupiſcibilis ⁊ ira/
ſcibilis/ cōiungūt̄ rōni. ⁊ put ſunt in ho/
mine rōne frenant̄ ac regūt̄ virtutibꝫ q̄ in
ipſis fundāt̄. vt tpantia q̄ eſt in ꝯcupiſci/
bili. ⁊ fortitudīe q̄ eſt in iraſcibili ¶ Vis
ſenſibilis motiua/ mouēs corpalit̄. diui/
dit̄ in virtutē naturalē. in vitalē. in aīalē ʒ
Prima ſcʒ naturalis motiua eſt humoꝝ
mediātibꝫ arterijs q̄ radicātur in epate. ⁊
hoc p ſpm̄ naturalē. Scđa ſcʒ vitalis/ eſt
motiua pulſuū mediātibꝫ arterijs. q̄ radi
cant̄ in corde. ⁊ hoc p ſpm̄ vitalē. Tertia
ſcilʒ aīalis eſt motiua mēbroꝝ mediātibꝫ
neruis. q̄ radicant̄ in capite. ⁊ hoc p ſpm̄
aīalē. Et ſm̄ iſtoꝝ diuerſitatē vt videt̄ di
cit̄ ſpūs naturalis vitalis. ⁊ aīalis. qui tn̄
vnꝰ ⁊ idē eſt ī ſuba. licʒ ſm̄ cōpatōēʒ dicto
rum motuū/ diuerſificet̄ in ratione.

## De aliquibus potentijs anime rationalis.

Et inſup ſciendū q̄ quātū ad
pn̄tem materiā ſpectat ⁊ ſuffi/
cit/ potētie aīe rōnalis ſm̄ phʒ
principalit̄ ſeu primaria diuiſiōe diuidū
tur in cognitiuā quā theologi intellectū
vocant. ⁊ ī motiuā quā theologi affectū
noīant. Tūc enī potētia aīe/ intellectꝰ dꝛ/
qn̄ eſt appꝛehēſiua. Et volūtas dꝛ qn̄ eſt
motiua. ¶ Itē ſciendū q̄ aīa q̄ſdā vires
hʒ/ ſepatas a corpe. ⁊ ſm̄ q̄s nō innititur
corpi. licʒ eis vtat̄ vtēte corpe. vt ſunt vel/
le ⁊ intelligere. Quaſdā vero hʒ inſepabi
les a corpe maxime reſpectu hoīs q̄ntum
ad opatōēm. qꝛ ſcʒ aīa extra corpus/ eaꝝ
opatōēm exercere nō p̄t vt ſunt vires ſen/
ſibiles de q̄bꝫ ſupra Habʒ etiā aliq̄s quo
ad ſe dūtaxat vt ſunt rō. volūtas. libeꝝ ar
bitriū. Aliq̄s vero hʒ q̄bꝫ corpi pmiſcet̄.
vt ſunt vis naturalis. vitalis. ⁊ aīalis. de
quibus ſupra tactum eſt.

## Vis motiue anime rationalis diuiditur.

Et inſuper ſciendū. q̄ vis moti
ua aīe rōnalis/ diuidit̄ p impa
tiuā/ in conſiliatricē/ in affecti
uā/ ⁊ in cōſiliatricē ⁊ affectiuā ſil̄. Prima
eſt libeꝝ arbitriū ⁊ ſinderiſis. ſcđa eſt rō.
tertia eſt volūtas. q̄rta dꝛ ipſe intellectus
practicus. De tribus primis ſolū exigit
materia preſens facere mentionē

## De libero arbitrio

Libeꝝ arbitriū ſm̄ Augu. dꝛ fa
cultas rōis ⁊ volūtatis. q̄ eligi
tur bonū gratia exn̄te ⁊ malum
gratia deſiſtēte. In q̄ diffinitō
ne/ ponit̄ rō vt cōſiliariꝰ. ⁊ volūtas vt im
pans. Rō enī dicit aliq̄d eē bonū vel ma/
lū. ⁊ volūtas facere vel nō facere ipat. Ex
q̄ etiā diffinitōe ac etiā ipſa liberi arbitrij
denoīatōe/ claꝝ eſt q̄ libeꝝ arbitriū/ rōēʒ
⁊ volūtatē comphēdit. Arbitriū eſt ipſiꝰ
rōis. libertas āt eſt ipſiꝰ volūtatis. ¶ Eſt
tn̄ circa hoc aduertendū q̄ libeꝝ arbitriū
duplicit̄ conſiderari p̄t. Vno mō ſimplr̄
ſm̄ ſe ⁊ ſuā eēntiā. ⁊ tūc libeꝝ arbitriū/ ni
hil addit ſupra rōēm ⁊ voluntatē. Et iſto
mō ꝯſiderādo/ nō ꝓprie ſibi cōpeteret dif
finitio ſupra poſita. nec ꝓprie tūc deberet
dici vis aīe rōnalis ipatiua Alio mō p̄ōt
cōſiderari ſm̄ q̄d ⁊ ſm̄ q̄ndā relatiōem. et
tūc aliq̄ mō addit vltra rōēm ⁊ voluntatē
nō q̄dē q̄ in rōe ⁊ volūtate ponat aliquā
nouā q̄litatē eſſe. ſʒ ſolū q̄ndā liberā ⁊ na
turalē aptitudinē ⁊ facultatē concurrētie
rōnis/ ⁊ volūtatis ad aliquē actū. ⁊ tūc p/
prie ſibi cōpetit diffinitio p̄dicta. q̄ ſcʒ ē
facultas ſiue ꝯſenſus volūtatis ⁊ rōnis.
Et ipoꝛtat ſeu dicit illa facultas/ q̄ddam
dominiū ad aliq̄d diſponendū ⁊ faciēdū
qđ nō eſt rōis tm̄ nec voluntatis tm̄. niſi
alia cōcomitāte ⁊ cōtradicēte. Sicut per
q̄ddam exēplū. ex cōcurſu virtutis manꝰ
⁊ virtutis oculi/ reſultat poteſtas ſcribē/
di. ad qđ tn̄ altera ipaꝝ virtutū p ſe nō ſuf
ficeret. Sic ex cōcurſu rōis ⁊ volūtat/ re
ſultat q̄dā libertas/ ſiue quoddā dn̄ium
ad aliq̄d diſponēdū ⁊ faciēdū. ad qđ alte/
ra ipaꝝ p ſe nō ſufficeret. Et iſtud prop̄e
dicitur libeꝝ arbitriū. ⁊ tunc ꝓprie dꝛ vis

motiua aīe rationalis impatiua (eſt

## ¶ De ſinderiſi quid

Sinderiſis/ eſt vis motiua ſeu
potētia naturalis aīe rational'/
que ſp̄ nata eſt figi in ſupiori/
bus/ naturalit̄ mouēs ⁊ ſtimu
lans ad bonū ⁊ abhorrēs malū. ⁊ in iſtis
nunq̄ eſt errās. nec ſm̄ ſinderiſim eſt pec
care. Et dicūt aliq̄ ſinderiſim eē ꝯſciaꝫ vel
conſcie iudiciū. Et dicit̄ etiā vis impati/
ua qꝛ ſp̄ de ſe ipat ⁊ inclinat ad bonū.

## ¶ De rōne quid eſt

Ratio dicit̄ ipſa vis motiua aīe
rōnalis ꝯſiliatrix ⁊ diſcernit cō
ferēdo int̄ bonū ⁊ malū. ⁊ inter
bonū ⁊ meli⁹. cōpando ſcꝫ vnū
ad alteꝝ. Et dꝛ ſimul cognitiua ⁊ motiua
Cū eni iudicat aliq̄d eē bonū vel malū ⁊
ibi ſiſtit. tūc dicit̄ cognitiua. Si vero vl/
teri⁹ pcedat iudicādo aliq̄d bonū vt ſcꝫ fi
at. vl' malū vt euitet̄/ tūc dꝛ eē motiua. Si
vero adhuc ampli⁹ pcedat ⁊ nō ſolū iudi
cat aliq̄d eē bonū vt fiat. ſꝫ cū hoc etiā il/
lud fieri appetat. tūc iā trāſit in liberꝝ ar/
bitriū/ qd̄ cōprehēdit rōem ⁊ volūtatē. vt
ſupra dictū eſt. ¶ Hec vis aīe. ſ. rō diuidi
tur in ptē ſupiorē ⁊ in ptē inferiorē. Pars
ſupior/ cōiter rō ſupior noiat̄. Et ps infe
rior rō inferior. Et licꝫ iſte due ptes idem
ſint in re ⁊ eēntia. diuerſificant̄ tn̄ ſm̄ rōꝫ
ſuaꝝ opationū ſeu officioꝝ ac etiā ſuarū
diſpoſitionū. ſicut diceret̄ de eodē oculo
nūc ſurſum nūc deorſuꝫ aſpiciēte. Supi
or eni ps rōis ſeu ſupior rō diuinis ⁊ eter
nis intēdit. inferior vero de trāſitorijs iu
dicat ⁊ ea diſponit. Itē ſupior ps rōis in
nitit̄ ⁊ rōcinat̄ p leges ſeu p rōes diuinas
⁊ eternas. vtputa hoc eſt faciēdū vel nō fa
ciēdū qꝛ de⁹ pcipit vel phibet. Nec hꝫ mo
tū circa res trāſitorias ⁊ tpales/ niſi inq̄n
tū ad eas p modū ꝯſilij rōes eternas ⁊ di
uinas deducit. Inferior vero ps innitit̄ ⁊
rōcinat̄ p leges ⁊ rōnes hūanas. vtputa
tale q̄d faciendū eſt vel nō faciēdū. qꝛ ho/
neſtū vel inhoneſtū eſt. Vel qꝛ rei publi/
ce expedit vel nō expedit. Itē ſupior ps re
git ⁊ hinc vocat̄ ſupior. inferior vero regi
tur ⁊ hinc vocat̄ inferior. Sup ps ꝯpat̄
hoī ade. ⁊ ſibi cōiter attribuit̄ ꝯſenſus. qꝛ
dū rō ad ſupiora ꝯuertit̄/ purgat̄ ⁊ illūia/
tur. dūqꝫ rōes etnas cōſpicit/ in bono for
tificat̄ ⁊ vigorat̄. Inferior vo ps ꝯpat̄ mu
lieri eue. qꝛ dū rō ad hec iferiora ꝯuertit̄/
⁊ circa res corpales verſat̄ iā p ſenſualita
tē cui ꝯiūcta eſt/ molliri incipit ⁊ ſepe ab
eis allicit̄ ⁊ trahit̄. Videt enim ſibi ſp̄ po
mū porrigi. i. illecebrā/ q̄ eſt carnalis con
cupiſcentia ⁊ delectatio/ vicinam habet.

## ¶ De voluntate et

quadam eius diuiſione.

Voluntas dꝛ vis affectiua mo/
tiua. imo int̄ motiuas pcipua.
cū ſit generalis motrix oīm vi/
riū. Cū eni intellect⁹ apphendit aliq̄d vt
bonū/ vel vt ꝯueniēs. volūtas virib⁹ affi
xis ipſis organis ſenſuū/ impat. ſicut eſt
viſui ad videndū. auditui ad audiēdū. et
ſic de alijs ſenſib⁹. Silr̄ in motu locali vo
lūtas impat ꝟtuti aīali motiue mēbroꝝ.
⁊ ꝟtuti q̄ eſt in neruis. ⁊ ita mouet ad am
bulādū ⁊ currēdū ⁊ hmōi ſilia ¶ Int̄ po
tētias aīe nulla eſt liberior. qꝛ nec obliga
tur organo. nec cogit̄ obiecto. ꝓpter qd̄ di
cit Aug. q͛ nihil adeo in nr̄a ptāte eſt/ ſic
volūtas. Et diuidit̄ in voluntatē natura
lē ⁊ in deliberatiuā. Pria ſcꝫ naturalis di
rigit̄ p ſinderiſim. Scd̄a vero. ſ. delibera
tiua dirigit̄ p rōem. Et ſunt idē in eēntia
ſed differūt in modo appetēdi ſeu volēdi
Naturalis eī ſp̄ inclinat ⁊ inſtigat ad bo/
nū honeſtū. ⁊ remurmurat ꝯ malū. qꝛ cuꝫ
p ſinderesim dirigat̄. immutabilr̄ appeti
tus ei⁹ ad btitudinē inclinat̄. ¶ Delibera
tiua vo p⁹ rōis deliberatōeꝫ/ aliqn̄ adhe/
ret bono aliqn̄ malo. ⁊ put appetit facere
hoc vel illō/ dꝛ deliberatiua. Et ſm̄ iudi/
ciū rōis p quā dirigit̄ pt ad malū incliari
qꝛ ſepe ꝯtigit rōeꝫ in deliberādo deficere

## An primi mot⁹ ſint R

peccata ⁊ que.

Iſtis ſic pſuppoſitis vidēdū nunc
occurrit de ipſis pmis motib⁹ an. ſ.
ſint pctā ⁊ que. Qd̄ in effectu eſt q̄re
re. an in ſenſualitate poſſit eſſe pctm̄: cuꝫ
ipſa ſenſualitas hmōi motuū pricipiū ſit
⁊ ſubiectū. Circa qd̄ varij ſunt modi dicē
di. ſed q̄ntū ad hūc tractatū ſufficit/ tāget̄
cōior. Pro cui⁹ declaratōe eſt adhuc vltra
ſupi⁹ notata ſciēdū. q͛ ſenſualitas in hoc
ꝓpoſito duplr̄ ꝯſiderari pt. Vno mō in ſe
et ſimplr̄. ⁊ iſto mō ſenſualitas in furioſ
⁊ infantib⁹ ſicut ⁊ in alijs hoīb⁹ eē dꝛ. im/

mo iſto mõ ꝯſiderãdo/ĩ ea(vt dicit Aug.
vtq; ſupꝛa tactũ eſt)cũ bꝛutis cõicamus.
Et iſto mõ accipiẽdo/in ſenſualitate nul
lo mõ p̃t eẽ pctm̃. Alio mõ p̃t ſenſualitas
conſiderari nõ ita ſimpl'r. ſ; q̃dãmõ reſpe
ctiue/put ſc; eſt q̃dãmõ ad rõem oꝛdina/
bilis ⁊ ab ea pſuaſibilis Et iſto mõ conſi
derãdo. qñ ꝯtigit ſenſualitatẽ ad illicitũ
moueri/⁊ ſic q̃dãmõ a regula iuſticie de/
oꝛdinari: talis ei⁹ deoꝛdinatio/h; rõ; pec
cati. inq̃ntũ tñ pctm̃ dicit ⁊ ĩpoꝛtat q̃ndã
rõe; vicij q̃ndãq; deoꝛdinatiõe;/q̃ p̃t eſſe
via ad op⁹ ꝓhibitũ ⁊ vitupio dignũ. Nõ
tñ inq̃ntũ pctm̃ dic̃ culpã. q: actus vicio
ſus/ea ſola rõe dr̃ culpa q̃ eſt a voluntate
Et iuxta hũc duplicẽ modũ ꝯſiderãdi ve
rificat̃ illõ qd̃ a nonnullis dicit̃. ꝙ eſt ali/
q̃s act⁹ ꝓꝑius ſenſualitatis ſimpl'r ꝯſide/
rate/q̃ nõ eſt ꝓꝑi⁹ act⁹ ſenſualitatis inq̃n
tũ hũana ¶ Eſt etiã ſciẽdũ ꝙ vt ex ſupꝛa
tactis ſatis elici p̃t/triplex in aïa q̃ntũ ad
hanc materiã ſpectat/repitur eẽ mot⁹ ſeu
appetit⁹. ſ. naturalis. ſenſitiuus. rõnalis.
Mot⁹ ãt aïe put hic accipitur/nihil aliõ
eſt/q̃; aïe incliãtio in aliq̃d. ⁊ iõ illis aníe
viribꝫ ſeu potẽtijs/q̃bꝫ incliãtio nõ cõue
nit/ñ attribuitur ꝓꝑie mot⁹ Incliãtio ãt
eſt in appetitu/q̃ mouet ĩ aliq̃d agẽdũ vel
hñdũ. ⁊ iõ act⁹ appetitiuaꝝ ꝟtutũ aïe mõ
tus ꝓꝑie vocãtur. ñ ãt act⁹ ꝟtutũ appꝛhen
ſiuaꝝ. ¶ Mot⁹ ſeu appetit⁹ naturalis eſt
quẽ ñ imaginatio gignit ſeu cauſat. ſ; ip
ſa q̃litatũ naturaliũ diſpoſitio q̃bꝫ natu/
rales aïe vires/ſuaſ actões exercẽt Occur
ritq; iſte mot⁹ repẽte ⁊ q̃ſi ſubito. vt eẽt da
re exm̃ in repẽtino motu ſeu appetitu ci/
bi. vel alteri⁹ delectabilis. Hic mot⁹ ĩ nul
lo rõni ſubiacet. nec obedit. ſ; nec volun/
tas ſup eo qd̃cũq; h; dominiũ. cũ natura
lis ſit. ⁊ ſit extra gen⁹ moꝛis ſeu moꝛale. et
iõ nec in eo pctm̃ eẽ p̃t. Et lic; effectualit̃
in ſenſualitate ſit/pꝛio mõ cõſiderata. nõ
tñ cõiter noïatur mot⁹ ſenſualitatꝭ. ſ; mo
tus naturalis ex eo q:(vt tactũ eſt)ad na/
turaliũ q̃litatũ actionẽ conſeq̃tur Et vo/
catur iſte mot⁹ ab aliq̃bꝫ pꝛio p̃m⁹ motus
¶ Mot⁹ ãt ſeu appetit⁹ ſenſitiu⁹ eſt/q̃ ex
p̃cedẽti imaginatõe/vel p̃cedẽti motu na
turali conſeq̃tur. ⁊ vocatur iſte mot⁹ ſcd̃o
p̃m⁹. q: eſt ille mot⁹/q̃ pꝛio p⁹ motũ natu
ralẽ/de q̃ ſtatĩ ſupꝛa/ĩſurgit ſeu occurrit
Et attribuitur iſte mot⁹ ſenſualitati ſcd̃o
mõ conſiderate. inq̃ntũ. ſ. hũana ⁊ ad rõ;
oꝛdinabilis Et iſto mõ ſumẽdo ſic deſcri
bitur. pꝛim⁹ motus eſt mot⁹ ſenſualitatꝭ
ſ̃m impulſum fomitꝭ. tendẽs ĩpetuoſe ad
fruitionem creature delectabilis Huiuſ/
modi p̃mi mot⁹ ſenſualitatꝭ/q̃dãmodo ĩ
nr̃a ptãte ſunt. ⁊ q̃dãmodo ñ. Si eni q̃li
bet eoꝝ/ſingillatĩ ꝯſideret̃. ſic ĩ ptãte no/
ſtra ſunt. q: quelibet eoꝝ poſſum⁹ p̃uidẽ
do decliare ⁊ ĩpedire ne inſurgat. Si aũt
oẽs ſimul conſiderẽtur. ñ ſunt ĩ ptãte no
ſtra. q: lic; ĩpedire poſſum⁹ ne iſte vel illẽ
inſurgat: non ẽ tñ in ptãte nr̃a facere q̃n
aliq̃s ĩſurgat. immo dũ vni obuiare niti/
mur: ex altera pte p̃t ali⁹ mot⁹ ſurrepe. Nõ
eni p̃t eẽ ſimul intẽtio volũtatꝭ retinẽtꝭ ꝯ
diuerſa ĩ actu Vt dari p̃t exẽplũ de nauta
qui ſingula foꝛamĩa ſue nauis obſtruere
p̃t ne ꝑ illa aq̃ intret. S; nõ p̃t oïa ſimul
obſtruere vt aq̃ nuſq; intret. Et ratio eſt
q: huiuſmodi p̃mi mot⁹ ſenſualitatis ſi/
cut ſunt pctã. ita ſunt pena pctĩ. ſ. oꝛigĩa/
lis. ⁊ ideo merito dicũtur venialia. q: hoc
ĩpo venia digna ſunt. ¶ De tertio motu
ſeu appetitu ſcil; rationali dicetur infra:
vbi de delctãtione ⁊ ꝯſenſu tãgetur Eſt S
inſuper notãdũ. ꝙ triplex ĩ reſpctũ ad ip/
ſam volũtatẽ reperitur dr̃na actuũ. ⁊ ĩtel/
lige ſiue intioꝝ ſiue extioꝝ. vt eẽ mot⁹ ĩte
rioꝛes compꝛhẽdãtur ¶ Aliq̃ eni ſunt ſuper
q̃bꝫ ĩpa volũtas nullũ h; dñiũ. neq; com
pletũ neq; ĩcompletũ. ĩmo q̃n etiã eos ſin
gillatĩ conſiderãdo. nullo modo ſunt in
ptãte nr̃a. vt ſunt act⁹ q̃s volũtas ñ ſolu;
non ĩperat. ſ; nec ĩpedire aut repmere p̃t.
vt ſunt pꝛimi mot⁹ naturales. de quibꝫ ſu
pꝛa. Et ĩ talibꝫ nullũ eſt pctm̃. nec vẽiale.
nec moꝛtale. Et ratio ẽ. q: null⁹ act⁹/po/
nitur ĩ genere moꝛꝭ ſeu moꝛalis. niſi habi
ta conſideratione ad volũtatẽ q̃ eſt pꝛinci
piũ omniũ actuũ moꝛaliũ. Et hinc eſt/ꝙ
ibi dicitur gen⁹ moꝛis incipere. vbi pꝛi/
mo dñiũ volũtatꝭ inuenitur ¶ Alij ſunt
act⁹ in q̃bus voluntas dominiũ quoddã
habet/non quidẽ completũ ⁊ perfectũ ſ;
incompletũ ⁊ imperfectũ. vt ſunt actus q̃
non per imperiũ ipſius rationis p̃cedũt.
ſed tamẽ poteſt eos voluntas ſi voluerit
impedire et repꝛimere. non quidẽ ne in/
ſurgant. ſed ne vlterius vſq; ſcilic; ad de/
lectationẽ ⁊ conſenſum procedant. qua/
les ſunt act⁹ qui pꝛecedũt appꝛehẽſionẽ
rationis. Et iſtoꝝ actuũ dicit̃ volũtas cã
nõ q̃dẽ de ꝑ ſe. q: nõ impat. ſed de ꝑ acci/

dens.qꝛ non impedit cū impedire poſſit
Et iſto modo dicit̄ volūtas cauſa pꝛimo
rū motuū. Et in talibus ſi deoꝛdinatō cō
tingat.rōem pcti habet.nō q̄dem peccati
pfecti ꝛ cōpleti.vt eſt pctm̄ moꝛtale.ſȝ tā/
tum incōpleti ꝛ impfecti q̄le eſt pctm̄ ve/
niale. ¶ Aliꝗ ſunt actꝰ in quibꝫ voluntas
cōpletuȝ ꝛ plenū habet dominiū.vt ſunt
actus q̄ ex eiꝰ impio ꝓcedūt. ꝛ q̄ non ſolū
appꝛehēſionē.ſed etiā deliberatōem rōis
ſequūt̄. Et in iſtis cōſiſtūt actus virtutis
vel peccati moꝛtalis.niſi ex electōe pꝛoce
dat. Electio āt nō niſi ex impio volūtatꝭ
ꝓgredit̄. Et ideo nō pt eſſe virtꝰ vel pctm̄
moꝛtale:niſi in illis actibꝫ q̄ ex impio vo/
lūtatis ꝓcedūt. Et hmōi actuū dicit̄ volū
tas eē cauſa de p ſe ꝛ ſimplr̄.qꝛ vt tactū eſt
ipſos impat. Et de iſtis actibꝫ latioꝛ in ſe
quētibꝫ venit faciēdus ſermo. Et ſm̄ hāc
diſtinctiōeȝ intelligi ꝛ accipi debȝ/dū ſcri
ptū repitur ꝙ oīe pctm̄ eſt in voluntate.
nō eni eſt intelligendū ꝙ ſit in voluntate
tanq̄ȝ in ſubiecto.ſed tanq̄ȝ in cauſa vt ta
Z ctū eſt de p ſe ꝛ ſimplr̄ vel de p accn̄s ¶ Ex
pꝛecedētibꝫ clare liq̄re pt/ q̄n p̄mi motus
ſeu motus ſenſualitatis pctā ſunt.ꝛ que.
¶ Motus eni ſeu appetitꝰ naturalis/ q̄
dicit̄ pꝛio pꝛimus/nullo mō eſt pctm̄.qꝛ
vt ſatis ſupꝛa declaratū eſt. volūtas nul/
lū ſup eū dominiū habet. neq̄ȝ cōpletum
neq̄ȝ incōpletū.nec eſt i ptāte nr̄a ¶ Mo
tus ſeu appetitus ſenſitiuꝰ q̄ ſcdo p̄mꝰ dr̄
ꝛ ꝓpꝛie ſenſualitati attribuit̄. cū talis mo
tus vt tactū eſt/ipſa ſenſualitas ſit pꝛici/
piū ꝛ ſubiectū.pctm̄ eſt ſȝ veniale. Pctm̄
quidē tū ꝓpter q̄ndā inoꝛdinatōeȝ quan/
dā q̄ȝ delectatōeȝ annexā q̄ in eo eſt. tū qꝛ
quodāmō volūtariꝰ eſt.nō quidē ſm̄ ſe.ſȝ
qꝛ a volūtate q̄ ſup eo dominiū licet incō
pletū habȝ.ꝛ q̄ ſp ſm̄ iudiciū rōis moue/
ri debȝ.ipm̄ dū p̄ntit/nō ſtati repmit Ut
ſcȝ inq̄ntū pt impediēdo. vel nō cōſenti/
re deliberādo.vel cogitationē in aliud di
uertendo. Ueniale q̄dē.qꝛ illō dominiū
q̄ō ſic ſup hmōi pꝛimū ſenſualitatis mo/
tū ipſa volūtas hȝ: nō eſt dominiū cōple
tū/nec eſt in eiꝰ plenaria ptāte. illō ad q̄ō
ſic ille motus ſeu appetitus ſenſualitatis
inclinat/a ſe ſtati abiꝗcere.et ideo i eo nul
la poteſt eſſe rō pcti moꝛtalis.ſed ſolū ve/
nialis. ¶ Aliā rōem quare in ſenſualita/
te mō quo ſupꝛa cōſiderata/pt eſſe pctm̄.
ſed nō moꝛtale aſſignāt aliꝗ.q̄ licet in effe

ctu in idē cū ſupꝛa tacta redire videat̄/ad
maioꝛē tamē declaratōem/ ꝛ qꝛ frequēter
diuerſi intellectus diuerſis rōnibꝫ mouē
tur/viſa eſt non debere omitti. Et eſt iſta.
qꝛ aliter viciat ꝛ deoꝛdinat moꝛtale pecca
tū.ꝛ aliter veniale. Moꝛtale eni viciat et
deoꝛdinat deoꝛdinatōe pfecta ꝛ ꝯſumma
ta/reſpectu finis vltimi. que deoꝛdinatō
conſiſtit in auerſione ab ipſo vltimo fine
qui eſt deꝰ. ac eius cōtēptu cū deliberato
conſenſu.que oīa ſoliꝰ ſunt rōis.cū (vt ſe
pe in ſupioꝛibꝫ dictū eſt) eiꝰ ſit actꝰ huma/
nos regulare/ꝛ in finem vltimū dirigere
Deoꝛdinatio vero peccati venialis/non
eſt deoꝛdinatio pfecta ꝛ cōſummata ſȝ ſo/
lū inchoata.nō eni hȝ pcti deoꝛdinatō in
potentia inferioꝛi cōſummari ſed ſolū in
choari ꝛ in potētia ſupioꝛi ſit cōſumma/
tio. Et hinc eſt ꝙ in rōne que eſt potētia
ſuperioꝛ/ꝯſiſtit peccatū moꝛtale. In ſen/
ſualitate vero q̄ eſt potētia inferioꝛ/nō cō
ſiſtit niſi veniale. ¶ Et intelligant̄ pꝛedi/
cta etiā de p̄mis motibꝫ/ actuū ꝓhibitoꝝ
quoꝝ ſcȝ delectatio ꝛ cōſenſus/ꝛ a foꝛtio
ri actꝰ exterioꝛ/de ſuo genere ſunt aut eſſe
poſſunt pctā moꝛtalia. Nam de aliꝗs/q̄ꝝ
delectatio cōſenſus ꝛ actus/de ſuo genere
nō ſunt nec eſſe pn̄t niſi pctā venialia: ri/
diculū eſſet q̄rere/ꝛ nō bene ſanū dicere ꝛ
ponere/eoꝝ pꝛimos motꝰ que in ſenſua/ a
litate ſunt: peccata moꝛtalia eſſe ¶ Ex q̄/
bus oīibus liquet ꝙ licet ipſe pꝛimꝰ mo/
tus ſenſualitatis/non hēat rationē moꝛ/
talis peccati/pt tn̄ ad pctm̄ moꝛtale ꝯcur
rere/immo vix ſine eo pōt pctm̄ moꝛtale
ꝯmitti. Licȝ aliq̄ alit̄ dicere auſi ſint/diſti
guētes circa hoc duo genera pctōꝝ.ſ.ſpi/
ritualia/q̄rū aliq̄ ꝯtigere dicūt circa obie
ctū apphēſuȝ a ſenſualitate/ꝛ a talibꝫ rōȝ
inferioꝛē ſine ſenſualitate n̄ peccare/ vt ex
emplificāt i odio felicitatꝭ aliene i ſe. Aliq̄
ꝟo ꝯtigere dicūt/n̄ circa obiectū a ſenſua
litate apphēſum/ꝛ i talibꝫ rōeȝ iferioꝛē ſi/
ne ſenſualitate peccare poſſe/vt indebita
curioſitate ſcie. Carnalia āt ſp dicūt circa
obiectū ſenſualitatꝭ cōtigere/ꝛ iō in his/
rationē iferioꝛē nūq̄ȝ ſine ſenſualitate pec
care. Sȝ q̄ bn̄ radicē ꝛ originē cuiuſlibet
pcti inueſtigare voluerit: repiet nullū eē
pctm̄/i q̄ ipiꝰ ſenſualitatꝭ motꝰ n̄ cōcurrat
imo q̄n i eo ꝓpinq̄ vel remote ichoet̄. Oc
to āt cōiter aſſignāt rōes ſeu cauſe/ q̄re hō
ꝓnioꝛ eſt ꝛ ꝓcliuioꝛ ad malū q̄ȝ ad bonū

¶ Prima cauſa eſt. qꝛ vt dicit ſapiēs corpus qđ corrūpit̄/ aggrauat aīaʒ: eā. ſ. trahens ad malū. ꝛ nō ſic erigēs ad bonū. ¶ Scđa cā eſt qꝛ vt dicit Augu. plus valet malū inolitū q̄ꝫ bonū inſolitum. qđ ſic exponi pt. Plus valet. i. fortius eſt ad mouendū ſcʒ ꝛ attrahendū malū inolitū id ē naturale ꝛ innatū. q̄ꝫ bonū inſolitū. i. non cōſuetū. ¶ Tertia cauſa eſt. qꝛ naturalr̄ facilius eſt deſcendere q̄ꝫ aſcendere. imo magis trahit vnū deorſum q̄ꝫ decem ſurſum ¶ Quarta cauſa eſt. qꝛ cōiter ea q̄ nos ad malū incitāt ꝛ inducūt. nobis pn̄tia ſunt Finis vero ꝛ pmiū virtutꝫ nobis abſens eſt. ¶ Quinta cauſa eſt. qꝛ plures circumſtātie ad bonū actū reqrunt̄/ q̄ꝫ ad malū. immo bonū fit niſi ex cōcurſu oīm circūſtantiaꝝ ad illđ debitaꝝ. malū vo cōtingit ex defectu vniꝰ. ¶ Sexta cauſa eſt. qꝛ cōtinue ad noſtꝝ principiū ſcʒ ad nihilū tendimꝰ. ¶ Septīa cauſa eſt. qꝛ fomes q̄ nos ad malū mouet ꝛ pnos facit/ ſp intra nos eſt. gloria vero quā q̄rimꝰ extra nos. ¶ Octaua cauſa eſt. qꝛ vires aīe ad diligendū tpalia/ ſunt actiue. ad ea vero que ſunt grē ꝛ glorie ſunt quodāmō materiales ꝛ paſſiue. Uirtutes eteni p modū adquiſitōis haberi nō pn̄t. ſed ſolū p modū receptionis. quia malū ex nobis ipſis et per nos facere poſſumus. Bonū vero facere nō niſi grā dei adiutrice valeamus.

## De natura delectationis ꝛ an ſit pctm̄ ꝛ quod.

Expeditis his q̄ circa prios motus ſenſualitatis dicēda occurrebāt: venit aliq̄d de delectatōne tangendū. an ſcʒ ſit pctm̄ ꝛ qđ. Pro q̄ intelligēdo expediēs eſt aliq̄s ex multꝫ et varijs delectationū diuiſionibꝰ ꝛ ſpēbꝰ. q̄ p nōnullos aſſignari ſolēt q̄ntū ad pn̄tē materiā ſufficit/ declarare. ¶ Una igitur inter ceteras diuiſio ponit̄. ꝙ delectationū/ aliq̄ ſunt corpales ꝛ ſenſitiue. alie ſunt ſpūales ſeu intellectuales. ¶ Delectationes corpales ꝛ ſenſitiue dicunt̄. q̄ in appetitu ſenſitiuo et de bono ſenſibili ſeu bono ſm ſenſum fiūt. Spūales vero ſeu intellectuales ſunt. que in appetitu intellectiuo ꝛ de bono intelligibili ſeu bono ſm intellectū cōſiſtūt. Certū eſt enī/ delectationē/ freq̄nter apprehēſionē rōis ſeq̄. apprehēdentis ſcʒ aliq̄d tanq̄ꝫ bonū ꝛ conueniēs. ad quā rōis apprehēſionē/ nō ſolū cōtingit ꝯmoueri appetitū ſenſitiuū per applicationē ad aliquā rem pticularē. verū etiā appetitū itellectiuū. q̄ proprie nihil aliđ eſt q̄ꝫ volūtas. p applicationē ad aliq̄d intelligibile. ꝛ ſm hoc in appetitu intellectiuo eſt delectatio. ſicut ꝛ eē pt in appetitu ſenſitiuo. Sed inter hmōi iſtoꝝ appetituū delectatōes/ multū itereſt. Nā delectatio appetitus ſenſitiui/ ſp eſt cum aliq̄ trāſmutatōne corpali. ꝛ iſto reſpectu ꝓprie debet accipi ꝛ intelligi/ dū cōiter dr̄ delectatio quedā paſſio eē. q̄uis etiā et de delectatōibus intellectualibꝰ ita intelligi poſſit. ſʒ nō ita ꝓprie Qđ tn̄ in vtriſq̄ꝫ delectatōibꝰ intelligēdū eſt capiēdo paſſionē nō ꝓprie ꝛ ſtricte. put ſcʒ ꝯuenit paſſionibꝰ corruptiuis ꝛ in malū tendētibꝰ. vt egritudies. triſticia. timor ꝛ hmōi. Sʒ large ꝛ q̄dāmodo īproprie. put ſcilʒ dicit q̄ndā corpalē alteratōeʒ ſeu aīe affectiōeʒ Delectatō vero appetitꝰ intellectiui/ de ſe ſp eſt ſine trāſmutatōe corpali. qꝛ ꝓprie nihil aliud eſt/ q̄ꝫ ſimplex motꝰ volūtatis/ ſe ad aliq̄d cōplacēter applicātis Et hic dicit Aug. ꝙ cupiditas ꝛ leticia/ nihil aliđ eſt q̄ꝫ volūtas in eis cōſentiēs q̄ volumꝰ. ¶ Prime delectatōes ſcʒ corpales ꝛ ſenſitiue/ licet a corpe ꝛ ſenſu denoīent̄: ſunt tn̄ delectatōes totius cōpoſiti. Nā in eis eſt tam corpis q̄ꝫ anime delectatio. Corpis q̄dē ꝓpter apprehenſionē ſenſus q̄ eſt virtus in organo corpeo/ ꝛ qui non niſi mediāte organo corpis apprehēdere poteſt/ ex q̄ apprehenſiōe dum (vt tactū eſt) fit de bono ꝛ conueniēti ſm ſenſum/ ſeq̄tur quedā virtutis appetitiue q̄es in eo qđ amat ſeu optat/ ꝛ hinc creatur illa delectatio corpal̄. Anime vo tā ex eo ꝙ oēs hmōi vires appetitiue ꝛ apphēſiue in ea ꝯſiſtūt/ q̄ꝫ eē ꝓpt̄ apphēſionē ipiꝰ rōis q̄ ſimilit̄ illđ idē qđ p ſenſum tāq̄ꝫ ſibi bonū ꝛ ꝯueniēs apphēſum eſt/ etiā tāq̄ꝫ bonū ꝛ ꝯueniēs toti corpi apphendit Si enī rō nihil apphēderet/ tūc ꝓprie n̄ eēt delectatio/ vt eſſet dare exm̄ in infantibꝰ ꝛ in inſenſatꝫ/ q̄ꝝ licet ſenſus ſuū obiectū tanq̄ꝫ ſibi bonū ꝛ ꝯueniēs apphēdere poſſit/ et ex hinc (vt tactū ē) ſeq̄ q̄dā vtutꝫ appetitiue in eo qđ amat ꝛ deſiderat/ q̄es. qꝛ tn̄ in eis ratio nihil apprehēdit nec diiudicat/ ꝛ ſic nec ſe delectari intelligūt aut cognoſcunt/ ideo proprie delectari non dicitur

Et hoc eſt ĩ effectu qđ ꝑ aliquos dicitur. ꝙ ad ꝓpriã delectatõnem. tria hñt cõcur
rere. ſcilicet duo / quorum eſt coniunctio
ſeu applicatio delectabilis / vtputa appe
tentis / ꝛ illi⁹ quod appetitur / et tertiũ eſt
hmõi cõiunctiõis ſeu applicatõis cogni
tio. Ex quo inſurgit / ꝙ cõiter dicit̃ delectã
tionẽ ꝓprie nõ ſine cognitione fieri. nec ꝓ
prie delectatõem eſſe. vt iã exẽplificatum
eſt. Nec mirũ ſi in hmõi delectatiõib⁹ toti
us cõpoſiti ſeu totius hoĩs / dicãtur ſen/
ſus ꝛ rõ q̃uis diuerſe ſint eoꝝ opatões
circa idẽ delectari. Nã certũ eſt / ꝙ ſicut idẽ
poteſt ꝑ ſenſum et ꝑ rõem apprehẽdi. ita
cõtingere poteſt illud idem ſꝫm ſenſum et
rõem cõſiderari. ꝛ ex hinc ꝓuenire. ꝙ ſen/
ſus ꝛ ratio circa illđ idẽ delectabũt̃. ſꝫ nõ
fit eodẽ modo. Nã ſenſus in eo in quo de
lectat̃ / ſolũ delectat̃ inq̃ntũ illud apphen
dit tanq̃ꝫ bonũ ꝛ cõueniẽs. ꝛ ſic delectabi
le in ſenſu. rõ vero in illo eodẽ delectat̃ ſed
ſolũ inq̃ntũ illud apprehẽdit in rõne bo/
ni vel cõueniẽtis ad regimẽ ꝛ ſuſtentatõ/
nem totius corporis. Et intelligãtur ꝓ/
dicta de inferiori pte rõis ſeu de inferiori
rõne qꝛ ſupiori rõni / delectatio nõ attri/
buit̃. ſed ſolũ cõſenſus in actũ. q̃ delibera
tionẽ ſeq̃tur. vt lati⁹ infra tanget̃. Secun
de vero delectatões ſcꝫ ſpũales ꝛ intelle
ctuales / ſunt delectatões ſolius aĩe qꝛ in
eis nulla eſt neceſſaria apphẽſio ſeu opa/
tio ſenſus. vt facile eſt conſiderare.

y ## De alia diuiſione

delectatõis Alia diuiſio repitur. ꝙ dele
ctationũ aliq̃ ſunt ſpũales. alie carnales.
Nec h̃ accipit̃ ſpũalitas ꝛ carnalitas ꝓut
ſtatĩ ſupra. inq̃ntũ ſcꝫ ſolã aĩe vel corpis
delectatõem iportet. ſed vt capit apoſtol⁹
diſtinctõeꝫ faciẽs inter hoĩem ſpũalem ꝛ
carnalẽ. i. ad Cho. iij. ꝛ ĩ pluribꝫ alijs locꝫ

## De delectatiõe ſpi

rituali Delectatio ſpũalis ꝓut hic acci
pit̃ eſt. q̃ eſt in deo creatore. vel ꝓpter deũ
In creatore q̃dẽ. qñ ſcꝫ homo in eo di
recte delectat̃ cõſiderando ſcꝫ ꝛ cõtẽplan/
do ſuã immẽſitatẽ. maieſtatẽ. ꝛ virtutẽ. et
bonitatẽ ꝛ hmõi. Iuxta illud pſal. Me/
mor fui dei ꝛ delectat⁹ ſum. Et illđ. Dele
ctare in dño. ꝛ dabit tibi petitões cordis
tui. Propter deũ vero. qñ ſcꝫ aliq̃s in
aliquo bono alio a deo. ſiue ſit itellectua/
le ſiue corpale debite delectat̃ / nõ tñ illic
ſiſtendo. ſed delectatõem illã / pure in deũ
reflectẽdo. vt ſi q̃s (exẽpli gratia) in ſcien/
tia ſibi data delectaret̃. inquãtũ ſe ꝑ eã in
deũ. ad laudẽq̃ꝫ ſuã ꝛ ſui noĩs exaltatõem
ꝓficere poſſe ſperaret. vel ĩ aliq̃ re magna
pulcra vel admirabili. manuducẽdo ꝑ il/
lud intellectũ ſuũ in ammiratõem ꝛ dile/
ctionẽ infinite potẽtie. ſapiẽtie ꝛ bonita/
tis dei. Iuxta illđ pſal. Delectaſti me do/
mine in factura tua ꝛ in opibꝫ manuũ tu
arũ exultabo. Et de hmõi delectationibꝫ
nõ eſt hic lõgior ꝓtrahẽd⁹ ſermo. tum qꝛ
materiã pñtẽ ꝓprie nõ cõcernunt. niſi in
q̃ntũ ſpẽm diuerſam a carnalibꝫ conſtitu
unt. de q̃bꝫ hic tractãdũ venit. tũ qꝛ hmõi
delectatões ſpirituales / nõ ſolũ pctã non
ſunt. ſed meritorie. imo tãte eẽ poſſent ꝙ
ad magnã ꝑfectõeꝫ hominẽ ducerent.

## De carnali Car/

nalis vero delectatio q̃ ꝓut hic ſumit̃ et a
ſpũali de qua ſtatĩ tactũ eſt diſtinguit̃ / ꝑt
iuxta ſupra tacta tã de bono intelligibili
q̃ꝫ de bono ſenſibili eſſe. duplex iteꝝ q̃tũ
ad hunc tractatum ſufficit repitur. Una
naturalis alia volũtaria. Naturalis ꝓ/
ut a volũtaria diſtinguit̃ ꝛ ſtricte capiẽdo
(nã large ſumẽdo delectatio etiã volun/
taria naturalis dici pt) eſt cũ vnaq̃q̃ꝫ vis
aĩe / in ſuo obiecto qđ tãq̃ꝫ ſibi bonũ ꝛ cõ/
ueniẽs apprehẽdit delectatur / vtputa rõ
in cognitõe veri / viſus in coloribꝫ / maxi/
me medijs Audit⁹ in ſonis mediocribꝫ. ꝛ
ſic de alijs. Et licꝫ talis delectatio vix vn
q̃ꝫ haberi poſſit / q̃n in ea ſit aliq̃s concur
ſus rõnis ꝛ volũtatis. imo vt ſupra tactũ
eſt nõ ꝓprie alias delectatio dici deberet /
tamẽ (vt ĩ ſimili ſupius de prĩo motu in
ſenſualitate dictũ eſt) in ſe cõſiderata nul
lã importat ſeu reſpicit rationis vel volũ
tatis opationẽ. immo proprie nihil aliđ
eſt q̃ꝫ quedã naturalis virtutis appetiti/
ue quies in aliquo bono ſibi cõuenienti
amato ſeu deſiderato vt poſſet poni exem
plum de delectatione que habetur in cale
factiõe poſt magnũ frigus vel potu poſt
vehemẽtem ſitim. Et huiuſmodi delecta
tio ſic cõſiderata / de ſe nec laudabilis nec
vituperabilis eſt. Quia vt freq̃nter ſupra
tactũ eſt. ꝙ actus dicũtur virtuoſi vel de
fectiui / hoc hñt a rõe ꝛ volũtate. inquan/
tum ſcꝫ ab eis imperãtur vel cõſentiũtur

¶ Voluntaria vero delectatio eſt propꝛie
que appꝛehẽſionẽ rõnis conſeqͭ. Cũ enĩ
ratio aliq̃d tanq̃ȝ bonũ conueniẽs appꝛe
hendit/cauſatꝭ in ea quidã motꝰ ſeu appe
titus ad illõ ſic appꝛehẽſum. quẽ conſeq̃
tur delectatio. q̃ ꝓpe nihil aliud eſt niſi
quedã volũtatis cõplacẽtia. in eo ꝙ ſic ip
ſa rõ appꝛehẽdit. Et hic motꝰ ſeu appeti/
tus rõis/eſt ille motꝰ ſeu appetitꝰ q̃ rõnalꝭ
noĩatꝭ. de q̃ ſupꝛa vbi de pꝛimis motibus
ſenſualitatꝭ actũ eſt/fiebat a motu ſeu ap
petitu naturali ⁊ a motu ſeu appetitu ſen
ſitiuo. diſtinctõ. Et licet hmõi delectatio
volũtaria vt ſtati ſupꝛa tactũ eſt poſſit eẽ
large ſumendo naturalꝭ dici. hic tñ ſolum
mõ ↄſideratꝭ inq̃ntũ a rõne q̃ volũtatẽ re/
gulare habet. iuxta qȏ infra latiꝰ declara/
bitꝭ. impatꝭ aut cõſentitꝭ. ⁊ inq̃ntũ ipa volũ
tas in cuiꝰ libertate erat appꝛehẽſionẽ et
motũ rõnis ſeq̃ vel nõ ſeq̃/ꝓpter qȏ hmõi
delectatio volũtaria appellatꝭ. ad ipaȝ eti/
am mouetꝭ ⁊ inclinatꝭ. qꝛ ſub iſta ↄſidera/
tiõe ⁊ non alias venit hic de hmõi delctã
tione. an ſcȝ pctm̃ ſit ⁊ qȏ inueſtigãdum.
z ¶ Nũc igitur ad ꝓpoſiti cepti declaratõȝ
accedẽdo/hmõi rationis appꝛhẽſio. ⁊ exi/
de delectatio volũtaria conſeq̃ns aut eſt
debite regulata debiteq̃ȝ mẽſurata. vt ſcȝ
ſit in rẽ licitã/⁊ q̃ntũ dȝ. ⁊ q̃uo dȝ. vt exẽ/
plificari poſſȝ de delectatione etiã i ſe bo
naꝝ opationũ. imo etiã ad magꝭ materiã
declarandã/in actu venereo. in legitĩo tñ
matrimonio/⁊ cũ debitis circũſtãtijs. vlꝭ
delectatione cibi ⁊ potꝰ ⁊ huiuſmodi. etiã
poſt appꝛehẽſionẽ rationis ↄtingẽtibꝫ. ⁊
talis delectatio non eſt pctm̃. Nec ei poſ/
ſibile eẽt aliquẽ hũanitꝰ. ſine aliq̃ ſenſibi
li ⁊ corpali delectatione viuere ¶ Aut hu
iuſmodi delectatio volũtaria ſic rationis
appꝛhẽſionẽ ↄſeq̃ns/non ẽ debite regula
ta ⁊ moderata. imo defectiua ⁊ inoꝛdiata
vtputa qꝛ eſt in rẽ illicitã. vel qꝛ debitam
mẽſurã aut debitũ modũ excedit. qȏ ex vi
cio fomite mouẽte ꝓcedit. ꝓpter qȏ ⁊ vi/
cioſa dicitꝭ Et hoc iterꝝ ↄtingere pt dupli
citer ¶ Aut enĩ illa rationis appꝛehẽſio
⁊ exhinc delectatio volũtaria ex ipſa con/
ſequens. eſt ⁊ fertur circa aliq̃d qȏ ex ſuo
genere ſolũ eſt pctm̃ veniale. ⁊ tũc ſiue ra/
tio ſupioꝛ vere vel interꝑtatiue (iuxta qȏ
infra latius declarabitur) conſentiat. ſiue
non. huiuſmodi delectatio de ſe non eſt
niſi veniale pctm̃. vt eſſȝ in verbo ocioſo
vel riſu ſuperfluo. ⁊ huiuſmodi. Notãter
dicitur de ſe. qꝛ ex circũſtãtijs poſſet effici
moꝛtale. vtputa ꝓptꝭ nimiã libidinem
aut contẽptũ. aut qꝛ cũ intẽtione i aliqȏ
aliȏ qȏ de ſuo genere eẽt pctm̃ moꝛtale. ꝑ
ut ſupꝛa i pluribꝫ locis. maxĩe vbi mẽtio
facta eſt q̃uo pctm̃ veniale poſſit moꝛtale
effici. ſatis declaratũ eſt. ¶ Aut illa ratio
nis appꝛehẽſio/⁊ exhinc ipam conſeq̃ns
delectatõ/eſt ⁊ fertur circa id qȏ de ſuo ge
nere eſt moꝛtale pctm̃ Et hic magꝭ aduer
tendũ venit. Tũ qꝛ de huiuſmodi delecta
tione maioꝛ ẽ difficultas/q̃uo ⁊ qȏ pctm̃
ſit. Tũ qꝛ circa eã maioꝛ eſt diuerſitas po
ſitionũ doctoꝛũ. q̃ tñ licet in ſuis modis
ponẽdi diuerſi videãtur. effectualiter co/
incidũt. Eſt igitur circa hoc diſtictio ali/
q̃rũ bñ cõmunis. Quia ſi huiuſmodi de
lectatio non eſt moꝛoſa. tunc non eſt niſi
veniale pctm̃. Si vero moꝛoſa fuerit: eſt
pctm̃ moꝛtale. Jntelligẽtes vt dicunt de
moꝛa conſenſus in delectationẽ ⁊ non de
moꝛa tpis. Notantꝭ dꝛ in delectationẽ. qꝛ
de conſenſu in actũ/nullũ eẽt dubium ¶
Sȝ iſtȏ latioꝛi indiget declaratione Tũ
qꝛ iſte modꝰ ponẽdi inuere videtur/eẽ ali
quã delectationẽ moꝛoſam moꝛa tpis. q̃
non ẽ moꝛoſa moꝛa conſenſus. De q̃ tñ/
an ſit pctm̃ ⁊ qȏ: ñ ſatis videtur exꝑmere
Tũ qꝛ ſic ſimpliciter dicere conſenſuȝ in
delectationẽ eẽ pctm̃ moꝛtale. ñ eſt vſq̃ȝ q̃/
q̃ȝ verꝝ. etenĩ (vt infra videbitur) ẽ conſen
ſum in delectationẽ ſub aliq̃ q̃litate repi/
re. qȏ ñ erit niſi pctm̃ veiale. ¶ Et ideo ꝑ
ipa declaratione q̃ntũ ad pñtẽ tractatum
ſufficit faciẽda. ẽ aduertẽdũ ꝙ iuxta poſi
tionis ſupꝛa dicte effectũ. poſitionẽq̃ȝ cõ
mũioꝛẽ/huiuſmodi delectatio q̃ ſ. e cira
id qȏ de ſuo genere pctm̃ moꝛtale exiſtit
eſt ⁊ fertur/i triplici drña repitur Vna q̃
dẽ ñ moꝛoſa. nec moꝛa tpis. nec moꝛa cõ/
ſenſus Alia moꝛoſa/moꝛa tpis/ſed ñ mo
ra conſenſus Et alia moꝛoſa moꝛa cõſen
ſus/qȏ tñ intelligendũ venit de conſenſu
delibato ¶ Eſt inſup aduertẽdũ ꝙ ↄmu/
nitꝭ ꝑ oẽs doctoꝛes pctm̃ delectationis ꝑ
cipue moꝛoſe/rationi attribuitur ⁊ in ea
dicitur eſſe Cũ enĩ (vt ſepe ſupꝛa dictũ ẽ)
ratio ſit directiua hũanoꝛũ actuũ/⁊ non
ſolũ exterioꝝ ſed etiã interioꝝ paſſionũ.
quotienſcumq̃ȝ ratio/in illarũ interioꝛũ
paſſionũ directione deficit/merito dici/
tur peccatum in ipſa ratione (inquãtum

earũ directiua) eſſe ſicut etiam qñ deficit
in directione exteriorũ actuum. Cum igi
tur (vt etiam ſupꝛa tactum eſt) delectatio
ſit quedã anime paſſio. ⁊ ꝑ cõſeqñs eiꝰ di
rectio ⁊ regulatio/ad eiꝰ rõnem ꝑtineat. et
ſit circa ipſam delectatiõez. nõ poſſꝫ ꝓprie
indirectõ contigere/ qn ex defectu rõis ꝓ
cedat. claꝝ eſt oẽm indirectõez q̃ circa de/
lectatõez cõtingit/rõni debere iputari Et
hinc dicit̃ pctm̃ delectatõis in rõe eẽ. imo
ampliꝰ. cũ delectatio licet ſit in vi appeti/
tiua tãq̃ in pꝛio ⁊ pꝛimo pꝛicipio. ſit ni/
hilominꝰ etiã in rõe tãq̃ in pꝛicipio mo/
tiuo. habeatq̃ ipſa ratõ (vt iã in effectu ta
ctũ eſt) nõ ſolũ directõez circa ſeipſam. ſed
etiã circa oĩa obiecta inferioꝝ aĩe viriũ/ q̃
ꝑ eã dirigi pñt. cõſeqñs eſt/ indirectiõez ⁊
irregulatõem q̃ circa delectatõnem cõtin
git. cũ nõ niſi rõis cõſenſu vel defectu cõ
tingere poſſit. debere ipſi rõi iputari ſicq̃
pctm̃ delectatõis i ea eſſe ¶ Eſt inſup ad
maiorẽ ſup ꝓpoſiti cepti declaratõz aduer
tendũ. ꝙ licet ꝓprie loq̃ndo/pctm̃ delecta
tõis ꝑcipue moroſe/ q̃ (iuxta ſupꝛa tacta)
dicit̃ ipſe cõſenſus in delectatiõem/ poſſit
etiã ad rõem ſupioꝛẽ dici ꝑtinere Tum ꝓ
mo qꝛ vt in ſupioꝛibꝫ ſatis tactũ eſt/ licet
ipſa rõ ſupioꝛ ⁊ inferioꝛ ſm̃ rõnem ſuarũ
opationũ ⁊ officioꝝ diuerſificent̃. ſunt tñ
idẽ in re ⁊ eẽntia ⁊ ſic vix poſſibile ſit/ rõ/
nem ipſam inferioꝛẽ circa aliq̃d ⁊ gr̃a ma/
terie de q̃ ſermo: circa delectatõẽs cõcurre
re. q̃n etiã ipſa rõ ſupioꝛ effectualiter ꝯcur
rat Tum ſcd̃o. qꝛ ipſa rõ ſupioꝛ/ q̃ regulis
legis diuine ⁊ eterne q̃ ſupioꝛ eſt innitit̃/
regulare hꝫ ipſam rõnem inferioꝛẽ. q̃ ſolũ
regulis legis hũane q̃ inferioꝛ eſt intẽdit
Et iõ vix eſt poſſibile/ ipſam rõem inferi/
oꝛẽ circa indirectõez delectatõis deficere/
q̃n vere ſcꝫ impãdo. vel interꝑtatiue ſcꝫ
repꝛimere negligẽdo/ ipſa rõ ſupioꝛ cõſen
tire dicat̃. Tum tertõ qꝛ nihil eſt de q̃ rõ
inferioꝛ q̃ (vt tactũ eſt) regulis legis infe/
rioꝛis intẽdit/ iudicare poſſit. de q̃ nõ eẽ
ipſa rõ ſupioꝛ q̃ regulis legis ſupioꝛis/ ⁊
ad quã leges alie reduci hñt innitit̃/ iudi
care etiã valeat. Quicq̃d ei. (vt cõiter dꝛ)
iudicio rõis inferioꝛis ſubijcit̃. ſubditur
etiã iudicio ſupioꝛis ⁊ nõ ecõtra. Et hic
(vt iã tactũ eſt) ipſe cõſenſus in delectatõz
ſi facta inq̃ſitione circa ipſm ꝑ leges diui/
nas ⁊ eternas hõ in eo ꝑſeuerauerit. ad ip
ſam rõem ſupioꝛẽ dici poſſit ꝑtinere Tñ

ꝓprie delectatio ipſa in ipſamq̃ delectatõ
nem cõſenſus/ ſolũ rõni inferioꝛi attribu
unt̃. Cõſenſus vero in actũ ſeu actꝰ execu
tionẽ/ ipſi ſupioꝛi rõni. Et ratio eſt quia
rõni ſupioꝛi (vt magis infra declarabit̃)
ꝓpter ſupꝛemitatẽ legis cui innitit̃/ reſua
tur iudicium finale ⁊ ſupꝛemũ de eo ꝙ in
actibꝫ hũanis vltimũ occurrit. q̃le eſt ipſe
actꝰ ſeu ipſius actꝰ executio Nã vltra actũ
ſeu actus cõplementũ/ nõ eſt vlterioꝛ pro
greſſus. Ipſi vero rõni inferioꝛi que non
intendit niſi circa legẽ inferioꝛẽ cõuenit
etiã iudiciũ. ſed non finale. imo ſolũ qð/
dam ꝑambulũ reſpectu aliquoꝝ q̃ ad ip/
ſum actũ ſeu ipſiꝰ actꝰ executionẽ oꝛdinã
tur. quales ſunt ipſa delectatio. ⁊ in ipſam
delectationẽ conſenſus. Et iðo ipſi ratio
ni inferioꝛi attribuũt̃ ⁊ non ſupioꝛi Etiã
pꝛopꝛie delectatio ⁊ conſenſus in delecta
tionẽ/ non ſunt actꝰ diuerſi ſm̃ genꝰ. q̃ di
uerſitatẽ potẽtie exigãt. ſꝫ dr̃nt ſolũ ꝑ deli
beratũ ⁊ non deliberatũ ſicq̃ non ẽ incõ/
ueniẽs vtrũq̃ rationi inferioꝛi attribui.
¶ Et iſup aduertendũ ꝙ magna reſpctũ
terrenoꝝ ſeu hũanoꝝ actuũ/ eſt inter mo
tus ſupioꝛis rationis ⁊ motꝰ iſerioꝛis rõ
nis ⁊ ex hinc volũtatis/ varietas ¶ Appꝛ/
hẽſio nãq̃ inferioꝛis rationis q̃ (vt ſepe
dictũ eſt) de ſe ⁊ ꝑ ſe ipſis actibꝫ ⁊ negocijs
hũanis diſponẽdis ⁊ regulãdis intendit
dupliciter ſe hr̃e pt. ⁊ ſm̃ hoc etiã duplici
ter pt eã motꝰ volũtatis ſeq̃. Uno modo
ſimpliciter ⁊ abſolute Cũ ſcꝫ ipſa ratio ſu
bito aliq̃d appꝛhẽdit. ⁊ exĩn ſtatĩ/ ſine ali/
q̃ diſcuſſione/ illð ſic ꝑ eã appꝛehẽſuꝫ/ tã
q̃ bonũ vel malũ conueniẽs vel nociuũ.
delectabile vel non delectabile ⁊ huiuſmo
di/ diiudicat Si igit̃ talẽ ſubitã rationis
appꝛhẽſionẽ/ indiſcuſſamq̃ diiudicatio/
nẽ/ volũtas in vnũ vel aliud ſe inclinãdo
ſeq̃tur/ tũc dicit̃ volũtas non delibata. et
motꝰ ſeu appetitꝰ non delibatꝰ. Alio mo/
do inq̃ſitiue. cũ ſcꝫ ipſa ratio poſtq̃ aliq̃d
ſic vt ꝑfert̃ appꝛhẽdit de illo ſic ꝑ eã appꝛe
hẽſo/ an vt tactũ eſt bonũ vel malũ. con/
ueniẽs vel nociuũ. delectabile vel non de
lctãbile exiſtat/ ratiocinãdo inueſtigat. tũc
ſi talẽ appꝛhenſionẽ ⁊ inueſtigationẽ vo/
luntas ſeq̃t̃. dicit̃ volũtas delibata ⁊ mo/
tus ſeu appetitꝰ delibatꝰ ¶ Rationẽ vero
ſupioꝛẽ. qꝛ vt etiã ſupꝛa tactũ eſt actibꝫ ip
ſis ⁊ negocijs terrenis ⁊ hũanis de ſe ⁊ ꝑ
ſe non intẽdit. ⁊ nũq̃ in obiecta iferioꝛũ

anime viriũ que p ipam etiã dirigi habẽt
ferꝛ. niſi ſolũ inq̃ntũ de ipꝛ rões diuinas
ꝛ et̃nas cõſulit. qδ claꝝ eſt fieri nõ poſſe/
niſi p modũ inueſtigatõis ꝛ deliberatõis
nũq̃ꝫ reſpectu ipoꝝ actuũ ꝛ negocioꝝ ter
renoꝝ ꝛ hũanorũ/ ſeq̃tur mot⁹ aliq̃s niſi
delibat⁹. Et notãꝫ δꝛ hic dũ de ipa rõe ſu
piori fit mẽtõ/ reſpectu obiectoꝝ ĩferioꝝ
aĩe viriũ/ac negocioꝝ terrenoꝝ ꝛ hũano
rũ. Nã reſpectu ſui pprij obiecti/aliq̃n bñ
hꝫ ſubitũ ꝛ inordiatũ motũ. qδ nõ eſt pñ
D tis ſpeclatõis declarare ¶ Quia etiã ſepe
qδ in ſupioꝛib⁹ dictũ eſt. in ſubſequẽtib⁹
forſan repeti cõtinget/ rõem ipam ad ali/
q̃d moueri ꝛ ſe applicare vel ꝯſentire/qδ
tñ pprĩu videꝛ ẽẽ volũtatis: eſt aduerten/
dũ. q̃ cũ ipſa rõ (vt ſupꝛa tactũ ẽ) ſit virt⁹
non ſolũ cognitiua. ꝛ ſic delibatiua. verũ
etiã motiua. impare eſt ei⁹ act⁹. non tñ ab
ſolute. ſꝫ p̃ſuppoſito actu ipſi⁹ volũtatꝭ p
modũ cuiuſdã motionis. Nec ei cũ iuxta
ſupius tacta diuidiꝛ ratio in ſupiorẽ por
tionẽ ꝛ inferiorẽ. accipiꝛ ratio put diſtin/
guiꝛ ꝯ volũtatẽ. ſꝫ p tota pte aĩe intellecti
ua. q̃ intellectũ ꝛ volũtatẽ ꝯphendit. Im
mo ampli⁹. iſti duo act⁹. ſ. rationis ꝛ vo/
lũtatꝭ (qδ bñ notãdũ eſt) ſeiuicẽ p̃uenire
ac ſup ſe inuicẽ ferri pñt. freq̃ntq̃ꝫ p̃ueni/
unt ꝛ ferũtur. Aliq̃n eteñ ipſa ratio devo
lẽdo ratiocinatur ꝛ deliberat. ꝛ ipa etiã vo
lũtas/aliq̃n de ratiocinãdo volitionẽ hꝫ
ſeu ratiocinari vult. Aliq̃n etiã contingit
motũ volũtatꝭ a motu rationis p̃ueniri ꝛ
moueri. ꝛ tũc mot⁹ ille volũtatis/δꝛ mot⁹
rationalꝭ. ꝛ econuerſo etiã motũ rationis
a motu volũtatꝭ p̃ueniri ꝛ moueri Et tũc
mot⁹ ille rationis/δꝛ mot⁹ volũtari⁹. Idõ
q̃ꝫ ãt ſic in iſtis caſib⁹ dicũtur ſeu appellã
tur iſti mot⁹. qꝛ ſp virt⁹ p̃oris act⁹ ſeu mo
t⁹/remanet ĩ actu ſeu motu ſeq̃nti. Et ꝑm
hoc in ratione inuenitur peccatũ. vel put
ei⁹ defect⁹ eſt volũtari⁹. vel put act⁹ ei⁹ eſt
pꝛicipiũ act⁹ volũtatꝭ Impare tñ eſt eſſen
tialiter act⁹ ipſi⁹ rationis. iuxta qδ ſupꝛa
tactũ ẽ Dupl'r ãt huiuſmodi ĩpandi actũ
ipa ratõ exercere pt ꝛ ſolet. Uno modo ab
ſolute p modũ cuiuſdã intimationis ſeu
denũciationis. ꝛ q̃ſi per verbũ indicatiui
modi. vtputa tale q̃d faciẽdũ eſt vel ñ fa/
ciẽdũ. bonũ eſt tale q̃d facere vel non face
re ꝛ huiuſmodi. Alio modo per modũ cu
iuſdã motionis ſeu incitationis. et q̃ſi p
verbũ ipatiui modi. vtputa fac hoc vel ñ
fac hoc. Et licet vt iã in ſupioꝛib⁹ aliq̃lꝛ
tactũ eſt ipſa ratio ĩ ipꝛ actib⁹ hũanis ſeu
paſſionib⁹ interioꝛib⁹ p huiuſmodi mo/
dũ directionis. intiationis vel incitatio/
nis/ ſit ipans ꝛ p̃mũ mouẽs. ipa tñ volũ
tas q̃ ad exercitiũ ꝛ executionẽ act⁹/ eſt p̃/
mũ mouẽs in virib⁹ aĩe. ¶ Et ſic p̃notã/
toꝝ ſeu preſuppoſitoꝝ effectu/colligi pt:
q̃ circa huiuſmodi delectationũ de q̃bus
hic agitur q̃. ſ. circa illã ſunt qδ ex ſuo ge
nere peccatũ moꝛtale exiſtit directionẽ ip
ſa ratio interdũ ſupioꝛ. iterdũ inferioꝛ. et
ꝯſecutiue ad eã ipſa volũtas ſeu volũtatꝭ
mot⁹. ſex modis ſeu ſub ſex q̃litatib⁹ hr̃e
p̃t. Uno modo vt abijciẽs ſeu recuſans.
Alio modo vt p̃ceps vel ſubita. Alio mo
do vt rep̃mẽs. Alio modo vt inaduertẽs
Alio modo vt negligens. Et alio modo/
vt expꝛſſe ꝯſentiẽs Qui ſex modi ſeu ſex q̃
litates/applicari pñt: ĩmo effectualꝛ coꝛ
reſpondẽt/ tã pꝛincipali diſtinctioni tri/
mẽbꝛi ſuperius ad hoc ppoſitũ poſite. q̃ꝫ
etiã aliquib⁹ poſitionib⁹ ꝛ diſtinctionib⁹
bñ ꝯmunib⁹ nonnulloꝝ doctoꝝũ in hac
materia loquentiũ Ex q̃rũ oĩm ad inuicẽ
applicatione ꝛ declaratione. ſufficiẽs, q̃n
tum ad pñtẽꝫ tractatũ ſpectat/ reſultabit
ipſius materie declaratio ꝛ intellectus
Nũc igitur ad ppoſitũ. cuꝫ ſenſualitas/il A
lecebꝛa. i. carnali ꝛ voluptuoſa delectatio
ne/rationẽ inferiorẽ tangere ꝛ pulſare in
cipit. ſeu (qδ idẽ eſt) illecebꝛa in appetitu
ſenſitiuo vel put interdũ iuxta qδ in ſu/
pioꝛib⁹ monſtratũ eſt ꝯtingere pt. in ap/
petitu intellectiuo inſurgere incipit.

## Ut abiiciens ſeu

recuſans. ¶ Aut ratio ipa ĩferioꝛ/ſtatĩ q̃
huiuſmodi ſic inſurgẽtẽ illecebꝛã ſeu car
nalẽ ꝛ voluptuoſam delectationẽ p̃cipit
ꝛ agnoſcit/eã ex conſideratione ꝛ applica
tione ad legẽ ſeu regulã humanã. vtputa
qδ eſt ꝯtra virtutẽ moꝛalẽ. ꝛ ſic vicioſa vꝛ
inhoneſta. vel huiumodi oĩno a ſe abij/
cit ꝛ repellit. vel forſan vtraq̃ꝫ ratio ꝯcur/
rẽter ſcꝫ inferioꝛ ex ipſa (vt ſtatĩ tactũ eſt)
conſideratione ꝛ applicatione ad legẽ ſeu
regulã hũanã: ꝛ ratio ſupioꝛ ex conſidera
tione ꝛ applicatione ad legẽ ꝛ regulã diui
nã ꝛ eternaꝫ. qδ concurrẽter fieri pt/ oĩno
abijciũt ꝛ repellũt. Et tũc in vtroq̃ꝫ iſtoꝝ
duoꝛum caſuũ/dicitur ratio/ pꝛio ſex mo
doꝝ ſupꝛa tactoꝛũ ſeu ſub pꝛia qualitate

ſe habere. ſcilicȝ vt abijciens ſeu recuſans
Qui modus ſeu qualitas ſe habendi. cō-
muniꝰ ipſi rationi inferiori attribuit̄. qꝛ
iſtud cōius ipſa ratio inferior ex ſeipſa fa
cit. Et tūc nullū eſt in rōne peccatū. Im-
mo nec tūc ꝓprie dici debet delectatio. ſed
potius quedā delectatōis oblatio. ⁊ que-
dā paſſio ſeu pena peccati originalis Et
ſi pctm̄ aliqḋ exiſtat. hoc ſolū eſt in p̄mo
motu ſenſualitatis. de quo ſatis in ſupe-
rioribus actum ⁊ declaratū eſt.

**Ut preceps uel ſu**
**bita** ¶ Aut hmōi ſic inſurgētis illecebre
ſeu carnalis ⁊ voluptuoſe delectatiōis ap
prehēſionē ſeqtur quidā preceps ⁊ ſubitꝰ
⁊ ante quācunqȝ p̄habitam deliberatōeȝ
ipſius rōnis inferioris in ipam illecebrā
ſeu carnalē delectatōem ꝯſenſus. ex ipſiꝰ
rōnis propt̄ viciū fomitis corruptiōe/ ꝓ
ueniēs. quo caſu ꝓprie ſurreptio fieri dici
tur ⁊ appellat̄. Et tūc ratio/ dicit̄ ſecundo
ſex modorū ſupra tactoꝝ ſeu ſub ſecunda
qualitate ſe habere. ſcȝ vt preceps vel ſu-
bita. qui modus ſeu q̄litas ſe habēdi (vt
clarū eſt) ſoli ratōi inferiori attribuēdꝰ eſt
Correſpōdetqȝ iſte modus ſeu iſta qualitas
p̄io mēbro principalis diſtinctōnis tri-
mēbris ſuꝑius ad hoc propoſitū poſite.
Nam talis illecebra ſeu carnalis delecta-
tio/ ſic in ſe ⁊ ſm ſe conſiderata/ eſt nō mo
roſa. nec mora tempis. nec mora ꝯſenſus
Eſtqȝ tunc peccatū ſolū veniale ¶ Ex aūt
primo talis illecebra ſeu carnalis delecta
tio ſit nō moroſa mora tempis/ apparet/
propter ſubitam ⁊ precipitē ⁊ ſic minimā
predicti cōſenſus ipſius rōnis inferioris
duratōeȝ in eā. Nā ſi circa eā/ ratō ipſa in
ferior vltra predictū ſuū ſubitū ⁊ p̄cipitē
cōſenſum. vel ipſa forſan rō ſuꝑior aliter
ſe haberet. vtputa vel magis immorādo/
vel expꝛeſſius cōſentiendo. iam tūc/ ex iſto
modo ſeu iſta ſcōa qualitate recederet̄ /et
ad aliquē alioꝝ quatuor modoꝝ ſeu alia
rum quatuor qualitatū trāſiret̄. vt ſtatim
infra declarabit̄. Et ideo hic notāter ad-
ditū eſt. ſic in ſe ⁊ ſm ſe ꝯſiderata ¶ Ex eti
am talis illecebra ſeu carnalis delectatio
ſit nō moroſa mora cōſenſus (capiēdo tm̄
ꝯſenſuȝ ꝓut iuxta duas diſtinctōes ſuꝑiꝰ
in hac materia poſitas. ⁊ maxīe iuxta pri
mā capit̄ ⁊ capi debet. cum dr̄ conſenſus
in delectatōem pctm̄ mortale eſſe. ſcȝ pro
cōſenſu deliberato) apparet/ reſpectu etiā
vtriuſqȝ rōis ¶ Et p̄io reſpectu inferio-
ris. propt̄ talis ſui cōſenſus ſubititatē et
precipitatiōeȝ. quibꝫ ipſa rō inferior. a re
currēdo ad propriū ſuū actū qui eſt deli-
berare ⁊ rōcinari. et ſic a debite in ſe circa
talem ſic inſurgentē illecebrā ſeu carnalē
delectatōem deliberādo legeſqȝ ⁊ regulas
humanas q̄bus innitit̄ cōſulendo/ impe
ditur. Et ſic proprie cōſentire ſaltē delibe
rate cōſentire/ dici nō debet. Immo ꝙ ta
lis ſubitus motꝰ ſeu talis qualitas ſe ha
bendi ipſius rōis inferioris/ ꝯſenſus di-
catur ⁊ appellet̄: hoc eſt valde improprie
⁊ imꝑfecte. ⁊ valde large. Sed ideo ita di
catur. qꝛ cum ipſa rō (vt ſepe tactū eſt) ſit
virtus cognitiua ⁊ ſit deliberatiua. vix eſt
poſſibile/ ipam rōem inferiorē ſic circa ta
lem illecebrā ſeu carnalē delectatōem q̄n
tūcunqȝ ſubito ⁊ p̄cipitāter cōmoueri et
ſe applicare. quin aliqualit̄ (vt adhuc ma
gis infra declarabitur) diiudicet. propter
ipam diiudicatōem quodāmodo cōſenti
re dicat̄. licet improꝑe ⁊ imꝑfecte. vt ſup̄
declaratū eſt. Et propter iſtud dum vt p̄-
fertur in ſuꝑioribꝫ de ꝯſenſu in delectatō
nē. ꝓut hic intelligit̄ peccatū mortale eſſe
notāter ⁊ expꝛeſſe ad differentiā iſtiꝰ ſubiti
⁊ p̄cipitis rōnis inferioris ꝯſenſus. addi
tum eſt illud verbū deliberato ¶ Qḋ etiā
ſecūdo talis illecebra ſeu carnalis delecta
tio/ non moroſa ſit mora cōſenſus/ reſpe
ctu ipſius rōnis ſuꝑioris ꝑȝ. qꝛ cum ipa
ratio inferior/ ꝑ ea que iā dicta ſunt: dica
tur a recurrēdo ad ſuū ꝓpriū actū qui eſt
deliberare ⁊ rōcinari. ⁊ ſic a debite in ſe cir
ca talem ſic inſurgētē illecebrā ſeu carna
lem delectatiōem deliberādo. legeſqȝ ⁊ re
gulas humanas quibꝫ innitit̄ cōſulendo
ꝑ talem ſui dicti cōſenſus ſubititatē ⁊ p̄ci
pitatōem impedita. a fortiori ⁊ ꝑ ampliꝰ
a recurrēdo ad iudiciū rōnis ſuꝑioris im
pedita. dici ⁊ reputari debet. ⁊ ex cōſeq̄n
ti etiā ipa ratio ſuꝑior q̄ ab inferiori ratō
ne cōſulta non fuit ſimiliter debite circa
talem ſic inſurgentē illecebrā ſeu carnalē
delectatōem deliberādi. ad legeſqȝ ⁊ regu
las eternas quibꝫ īnititur ⁊ que altiores
ſunt/ recurrendi tempus ⁊ occaſionē ſeu
motiuū nō habuiſſe dici ⁊ reputari debet
Et ſic ipa ratō ſuꝑior/ nullo modo necve
re nec interp̄tatiue cōſentiens dici ⁊ repu
tari debet.

B

## Ut reprimens

Aut huiuſmodi illecebrā ſeu carnalem ⁊
voluptuoſam delectatōem ſic inſurgentē
ipamq̧ rōem inferiorē pulſare/ ⁊ iam for
ſan attrahere incipientē/ ratio ſupior ex
ſe: ex conſideratōe legis ſeu regule eterne/
vtputa pcepti diuini vel offenſe dei/ ſtatī
repmit. ⁊ tunc dicit ratō/ tertio ſex modo
rum ſupra tactoꝝ ſeu ſub tertia qualitate
ſe habere. ſcʒ vt repmens. q̄ modus ſeu q̄
litas ſe hn̄di/ ipſi ſoli rōi ſupiori attribu/
endus eſt. Correſpondetq̧ etiā iſte mo/
dus ſeu iſta q̄litas/ primo mēbro ipſius
principalis diſtinctiōis trimēbris ſupiꝰ
ad hoc ꝓpoſitū poſite. Nam tūc talis ille/
cebra ſeu carnalis delectatō/ nō eſt moro
ſa. nec mora tpis. nec mora cōſenſus. Eſt
etiā ſolū pctm̄ veniale ❡ Ex aūt talis ille/
cebra ſeu carnalis delectatio/ nō ſit moro
ſa mora tpis. patʒ de ſe ex dictis. q2 ſtatī a
rōne ſupiore reprimit ❡ Ex aūt nō ſit mo
roſa mora ꝯſenſus/ capiēdo tn̄ cōſenſum
ꝓut ſtatī ſupra tactū eſt. p cōſenſu ſcʒ deli
berato. ⁊ q̄ in hac materia mortale pctm̄
dicit. patet q2 licet rō ipſa inferior/ a tali
ſic inſurgente illecebra ſeu carnali delctā
tione pulſata fuerit. ⁊ forſan vt cōtingere
poteſt/ eā quodāmodo acceptauerit ⁊ reti
nuerit. nec reſiſtere de ſe. ſe diſpoſuerit Et
ꝓpterea quidā impfectꝰ et indeliberatꝰ eiꝰ
conſenſus interueniſſe dici pōt/ ꝓpter qd̄
pctm̄ eſt veniale. attn̄ q2 regulationi ſupi
oris rōnis ſic (vt tactū eſt) talem inſurgē/
tem illecebrā ſeu carnalem delectatōeʒ ſta
tim reprimētis ilico obedit. Neq̧ ab ea re/
gulari pmittit. nō dicit proprie ⁊ delibe/
rate conſentire. Etenī ratio inferior int/
dum ſtatī ⁊ immediate nō recurrēdo ſcilʒ
p tunc ad leges ⁊ regulas hūanas q̄b9 in/
nitit/ pt a legib9 ſeu regulis diuinis ⁊ eter
nis regulari ⁊ cōuerti. Quia ⁊ ſi eis prin/
cipalit ⁊ vt regulās nō intēdat. p directū
tamen ⁊ vt ſm̄ eas regulata intendere po
teſt ⁊ ſepe intendit.

## Ut expreſſe cōſen/tiens

Aut hmōi ſic inſurgētē illecebrā
ſeu carnalē ⁊ voluptuoſam delectatiōem
poſt ipſiꝰ rōnis apprehēſionē/ ipſa ratio
ſupior nō ſolū nō reprimit. imo in eā ex/
preſſe cōſentit. Et tūc dicit ratio vltio ſex
modorū ſupra tactorū ſeu ſub vltima q̄li
tate ſe habere. ſcilʒ vt expreſſe ꝯſentiens.
Qui modus ſeu q̄litas ſe hn̄di/ vtriq̧ ra
tioni diuerſis tn̄ reſpectib9 vt ex ſtatim ſe
quentib9 apparebit attribuendus eſt In
quantū etenī exinde cauſat peccatū mor/
tale. imputari ⁊ attribui debet rōni ſupi/
ori. Inquantū vero iuxta materiā pn̄tem
cōſenſus in delectatōem dicit. debet ratō
ni inferiori attribui Correſpondetq̧ iſte
modus ſeu iſta qualitas tertio mēbro ip
ſius pricipalis diſtinctiōis trimēbris ſu
pius ad hoc propoſitū poſite Nā tunc ta
lis illecebra ſeu carnalis delectatio/ quan
tumcūq̧ modicū teneat/ ſicq̧ forſan non
moroſa ſit mora tēpis/ eſt moroſa mora
conſenſus. Eſtq̧ tūc pctm̄ mortale etiāſi
deſit plena voluntas pficiendi actū. imo
vbi forſan expreſſa volūtas nō pficiendi
adeſſet. Maxime ſi feratur ille cōſenſus/
in ipam illecebrā ſeu carnalem delectatō/
nem/ tamq̧ in rem aut opatōem ſeu actū
ſup quo vel circa quem/ illa illecebra ſeu
carnalis delectatio ſic inſurgit ⁊ verſat. ⁊
qui talis illecebre ſeu carnalis delectatio
nis eſſet principale obiectū. iuxta qd̄ mo
dicū infra/ magis declarabit. Nā tūc pri/
mo eſt verus ⁊ expſſus rōnis ſupioris in
ipam illecebrā ſeu carnalē delectatōeʒ cō
ſenſus qui ſemp in talibus delectatōnib9
que circa ea ſunt. q̄ ex ſuo genere morta/
lia exiſtūt. iuxta tamē modificatōem ſtatī
tactā eſt pctm̄ mortale. Nā ſemp in talib9
⁊ circa talia. delectatio moroſa. mora ta/
lis cōſenſus tale pctm̄ eſt q̄lis eēt ipe rea/
lis actus. Quia tunc ratio ſuperior ſic ex
preſſe in talem illecebrā ſeu carnalem de/
lectatōem q̄ eſt in creatura ꝯſentiēdo/ ſe a
vera delectatōe que eſt in deo circa quā ſo
lum intēdere deberet ſciēter auertit qd̄ ſi/
ne contēptu facere nō poteſt. cū nunq̄ ex
preſſe (vt in ſupioribus mōſtratū eſt) in ali
quid circa tales res carnal ⁊ terrenas con
ſentire poſſit. ꝯſentireq̧ dicatur/ niſi deli
berata. Deliberata āt facere nō poteſt. q̄n
leges ⁊ regulas diuinas ⁊ et̄nas quib9 in
nitit/ conſuleret vel cōſulere omiſerit ⁊ ne
glexerit. Et ſic vere vel interptatiue contē
pſerit. Et etiam tūc in talem illecebrā ſeu
carnalē delectatiōem ipſius rōis inferio/
ris conſenſus expſſus. quia in talib9 car/
nalib9 ⁊ terrenis p ipaʒ rōem inferiorē ap
prehēſis. ⁊ circa q̄ ſe applicat nunq̄ ratō
ſupior q̄ vt ſupra dictū ē de ſe ⁊ ex ſe circa

talia nō intendit proprie cōſentire dicitꝰ.
nec cōſentire pt/niſi ipa etiā rōne inferio/
ri realiter deliberata ⁊ cōſentiente. Sed
bene econtra cōtingere poteſt. Immo ꝓ/
prie loquendo talis exꝓſſus ipſiꝰ rōis ſu/
ꝑioris in talē illecebrā ſeu carnalem dele/
ctationē ꝯſenſus/nihil aliud eſt/q̄ꝫ ꝙ ip/
ſa rō ſupior/dictā rōem inferiorē i hmōi
illecebrā ſeu carnalē delectatōem delecta/
ri ac ipam ab ea nō reprimere ſeu retrahe
re.ac cū ea in tali delectatōe cōcurrere ve/
re ⁊ expreſſe deliberata ꝯſentiat. Et hinc
eſt ꝙ licet interdū ꝓut iam in ſupioribꝫ ta
ctū eſt/ipſa ratio ſuperior in illecebrā ſeu
carnalē delectatōem vere ⁊ expreſſe ſeu in
terꝓtatiue cōſentiat. tūcqꝫ talis illecebre/
ſeu carnalis delectatōis/q̄ tūc vere/mora
conſenſus moroſa eſt moroſaqꝫ dicitꝰ pec
catū poſſit ad ipam rōem ſupiorē dici ꝑ/
tinere.quia tñ ipa ſupior nō proprie ex ſe
nec ad ſe hoc facit.illudqꝫ etiā nō niſi ipa
ſimiliter rōne inferiori deliberata ⁊ cōſen
tiente proprie facere poſſit.hinc eſt ꝙ pec
catū moroſe delectatōis/cōiter ⁊ ꝓprie di/
citꝰ ad rōnē inferiorē ꝑtinere. ꝓut ample
in ſupioribꝫ declaratū eſt. Et hic eſt talis
proprius ⁊ deliberatꝰ cōſenſus. de quali
tam iuxta ſepe dictas duas diſtinctiōes i
ſupioribꝫ poſitas.q̄ꝫ etiā cōiter intelligitꝰ
dū dicitꝰ conſenſus in delectatōem. pecca
tum mortale eſſe.

C

## Vt negligens

Aut huiuſmodi ſic inſurgentē illecebrā
ſeu carnalem ⁊ voluptuoſam delectatōēꝫ
poſt ipius rōis apprehēſionē/ ipſa rō ſu/
ꝑior nō reprimit.ſed nō etiā exꝓſſe in eaꝫ
conſentit. Et reſpectu iſtiꝰ caſus pōt ſe rō
duplici modo ſeu ſub duplici q̄litate hr̄e
Vno modo ſeu ſub vna q̄litate qua talē
illecebrā ſeu carnalē delectatōem quā ſic
ratō ſupior nec reprimit.nec etiā in eā ex
preſſe cōſentit/ rō inferior poſt ſufficien/
tem deliberatōem debitāqꝫ aīaduerſionē
ꝑiculi ⁊ peccati qḋ exinde iminet ⁊ incū/
bit/retinet ⁊ circa eā immoratꝰ.nec eā ipſa
ratio ſupior ex diuine ⁊ eterne legis ⁊ re/
gule conſideratōne eſt diligēs reprimere.
Et tūc dicitꝰ ratio quīto ſex modoꝝ ſupra
tactoꝝ ſeu ſub quīta q̄litate ſe habere. ſcꝫ
vt negligēs. Qui modus ſeu q̄litas ſe ha
bendi/licet q̄ꝫ plurimū ⁊ pricipaliꝰ (vt ex
ſtatim ſequētibus apparebit)rōis inferi/
oris in eo ꝯſenſus occurrat et opeꝛ attri/
buendus eſt ſupiori rōni.qꝛ ꝑ iſtū modū
ſeu ꝑ iſtā qualitatē ſe hn̄di rōis ſupioris/
cauſatꝰ pctm̄ mortale.qḋ alias nō eēt Cor
reſponderetqꝫ etiā iſte modꝰ ſeu iſta q̄litas
tertio mēbro principalis diſtinctiōis tri
mēbris ſupius ad hoc ꝓpoſitū poſite Nā
tunc talis illecebra ſeu carnalis delectatō
quantūcūqꝫ modicū forſan vt i ſimili ſu/
pra dictū eſt teneatur ſicqꝫ nō moroſa ſit
mora tempis/eſt moroſa mora cōſenſus.
Eſtqꝫ tunc (vt iā dictū eſt) pctm̄ mortale
etiā ſi deſit plena volūtas ꝑficiendi actū.
immo ꝓut ſupra in ſimili dictum eſt. vbi
forſan exꝓſſa volūtas nō ꝑficiēdi adeſſet.
maxime ſi vt ibi etiā dictū eſt/talis reten/
tio ipius illecebre ſeu carnalis delectatō/
nis in ipa rōe inferiori/⁊ negligētia repri
mendi in ipa rōne ſupiori/eſſet tāqꝫ in ꝛē
aut opatōnem ſeu actū/ſup quo vel circa
quē ipſa illecebra ſeu carnalis delectatio
inſurgit ⁊ verſatꝰ. ⁊ talis illecebre ſeu car/
nalis delectatōis eſſet principale obiectū
iuxta qḋ modicū infra magis declarabitꝰ.
Tunc enī eſt vtriuſqꝫ rōnis in talē illece
brā ſeu carnalē delectatōem ꝯſenſus ſcilꝫ
expreſſus ipius rōis inferioris. qḋ patet
de ſe ex dictis/ipſius etiā rōis ſupioris.li
cet nō verus et exꝓſſus.interꝓtatiuꝰ tñ et
equalens.attēta tali deliberatōe ꝑiculiqꝫ
⁊ peccati aduertētia ſeu animaduerſione
qꝛ q̇ aduiſatus ⁊ deliberatꝰ ꝓhibere pōt⁊
nō ꝓhibet/cōſentire videtꝰ. Qui quidē cō
ſenſus interꝓtatiuus ⁊ equalens ipſiꝰ ra/
tionis ſupioris/quādo eſt circa ea vel ſu/
ꝑ eis que de ſuo genere peccata mortalia
exiſtunt/eſt ſemꝑ peccatū mortale.qꝛ licꝫ
tūc nō ſit exꝓſſus dei cōtemptus: factiuꝰ:
ſeu actiuus ⁊ poſitiuꝰ. eſt tamē interꝓtati
uus.ꝑmiſſiuus.⁊ equalens.ꝑmittens ſcꝫ
poſt talē ſufficientē deliberatōem: talē qꝫ
aduertentiā ſeu animaduerſionē ꝑiculi ⁊
peccati.⁊c̄.teneri a rōne inferiori/illa que
ſtatim reſpui aut repmi debuerāt. Etenī
ratio ſupior/quotiēs nō dirigit ſeu cohi/
bet aliquē actū.vel aliquā paſſionē inte/
riorēꝫ alicuiꝰ peccati mortalis.⁊ hoc poſt
ſufficientē deliberatōem ⁊ aduertētiā ta/
lis ꝑiculi/taliſqꝫ peccati quod ſic immi/
net ⁊ incūbit.ſiue tūc de lege ſeu regula di
uina ⁊ eterna actu cogitet ſiue nō dꝫ con/
ſentire ⁊ contēnere. Sꝫ diuerſimode Nā
cū de ipſa lege ſeu regula diuina et eterna

actu cogitat. tunc vere ⁊ realiter cōtemne
re dr. vereq; ⁊ realiter contēnit. Cum vero
de ipa lege ſeu regula diuina ⁊ eterna actu
nō cogitat. quia hoc nō niſi ex ſua negli-
gētia ⁊ omiſſione puenire poteſt. cū de ea
in tali caſu cogitare deberet. p omiſſionē
⁊ negligētiam contēnere cū talis omiſſio
⁊ negligentia in ipſa rōe ſupiori poſt ſuf-
ficientē deliberatōem / nullo mō / ſine vero
⁊ effectuali cotēptu. licet interptatiuo /
eſſe ⁊ cōtingere poſſit. ⁊ hic etiā effectiue
⁊ interptatiue eſt talis cōſenſus de qli tā
iuxta ſepe dictas duas diſtinctiōes in ſu-
perioribus poſitas. q; etiā cōiter intelligitur
dum dicitur cōſenſus in delectatōem pec
catum mortale eſſe.

## ¶ Ut inaduertens

Alio modo ſub alia qlitate reſpectu iſti⁹
met caſus ſtatim tacti / pt ſe rō habere. q
ſcilʒ hmōi ſic inſurgentē illecebrā ſeu car
nalem delectatōem / quā ſic poſt ipſius rō
nis apprehēſionē / ipa rō ſupior nec rep-
mit nec etiā in eā expſſe conſentit / ipſa rō
inferior retineat. ⁊ circa eam immoret. ſʒ
hoc fit ante ſufficientē deliberatōeʒ. debi
tamq; aduertentiā ſeu aiaduerſionē picu
li ⁊ peccati. qd exinde iminet ⁊ incūbit. i-
mo q ſic dictā illecebrā ſeu carnalē dele-
ctatōem ipſa ratio inferior retineat ⁊ cir-
ca eā immoret facit quaſi ſuſpēſa ⁊ nō bn̄
aduertēs. nec debite / ad ſuū propriū actū
q̄ eſt deliberari ⁊ rōcinari / recurrens. ſeq;
eleuādo leges ſeu regulas hūanas quibus
innitit conſulens. vel ſi forſan ad dictum
ſuū ppriū actū recurrerit. ſeq; leuando le
ges ſeu regulas hūanas cōſuluerit / nō tn̄
plene naturā ⁊ grauedinē ipſius piculi ⁊
peccati ex ſe cognoſcit ⁊ aduertit. Etenim
(quod p iſtius materie intellectu bene cō
ſiderandū eſt) ratio ipa inferior / bene po-
teſt circa talem illecebrā ſeu carnalē dele-
ctatōem: ſicut ⁊ circa alias interioris ani
me paſſiones / quādoq; verſari ⁊ immora
ri. conſiderādo ⁊ rōcinādo in ſe / q tale q̄d
accōmodū eſt vel cōueniēs corpi vel hu-
iuſmodi. Et ipſa reſpectu talis illecebre
ſeu carnalis delectatiōis aut alteri⁹ interi
oris anime paſſionis / nō recurret ad ſuū
propriū actū q̄ eſt deliberare ⁊ ratiocina-
ri. Nec ſe eleuabit / conſiderādo ⁊ attēden
do circa piculum ⁊ peccatū. qd in ſic ille-
cebre ſeu carnaliter delectādo. ac circa ta-
lem illecebrā ſeu carnalem delectatōnem
vel aliquam aliā interiorem anime paſſi-
onem imorando / imminet ⁊ incūbit. Uel
ſi forſan ad dictū ſuū propriū actum re-
currat / ſeq; circa dictum piculum ſeu pec
catum cōſiderando ⁊ attendendo eleuet.
non tamen ex ſe naturā ⁊ grauedinē ipſi⁹
piculi ⁊ peccati plene cognoſcet ⁊ aduer-
tet. Et tunc in iſto ſcilʒ caſu dicitur ratio
quarto ſex modorum ſupra tactorū ſeu ſub
quarta qualitate ſe habere ſcʒ vt inaduer
tens. Qui mod⁹ ſeu qualitas ſe habendi
ipſi ſoli rōni inferiori vt ex ſtati ſubſeqn-
tibus apparere poterit attribuendus eſt.
Correſpondetq; iſte mod⁹ ſeu iſta qlitas
ſcdo membro principalis diſtinctōis tri
membris ſup hoc ad ppoſitū poſite. Nam
tūc talis illecebra ſeu carnalis delectatio /
dicit moroſa mora tpis. ⁊ nō moroſa mo
ra cōſenſus. Eſtq; tunc ſolū veniale pec-
catum. ¶ Et eni moroſa ſit mora tpis pʒ
de ſe: ex dictis ⁊ ex natura caſus qui poni
tur ſcʒ pter immoratiōem ipſi⁹ rōnis in-
ferioris circa eā. Nam ſi ipſa ratō inferior
circa ipam nō immoraret. ſed eā ex ſe ſola
aut cōcurrent cum rōne ſupiori / ſtati a ſe
abiiceret. iam ipa ratio / ſe nō iſto quarto
modo ſeu ſub iſta quarta qlitate. ſed prio
modo ſeu ſub prima qlitate ſupra poſita
(vt ſatis ibi declaratū eſt) ſe haberet. Uel
ſi a ratōne ſupiore ſola talis illecebra vel
carnalis delectatio / ſtatim repmeret. iam
ipſa ratio ſe nō iſto etiā quarto modo ſeu
ſub iſta quarta qualitate. ſed tertio modo
ſeu ſub tertia qlitate ſupra etiā poſit (vt
etiā ibi ſatis declaratū eſt) ſe hēret. ¶ Sʒ
q talis illecebra ſeu carnalis delectatō ſit
nō moroſa mora conſenſus: capiendo tn̄
cōſenſum put ſepe ſupra tactū eſt in hac
materia capi. dum ſcʒ ponit cōſenſus in
delectatōem. peccatū mortale eſſe. Hoc ſa
tis etiā reſpectu vtriuſq; ratōis patʒ ex iā
ſtatim dictis. ⁊ etiā p aliqua eorū que in
ſupioribus / in declaratiōe ſecūdi modi ſeu
ſecūde qualitatis ſe habēdi ipius ratiōis
tacta ſunt. ¶ Nam prio / reſpectu ipi⁹ in-
ferioris ratiōis. licet p talem eiuſdē in di-
ctam illecebrā ſeu carnalem delectatōem
immoratiōem videat ⁊ dici poſſit quidā
eius improprius ⁊ impfectus in ipam ille-
cebrā ⁊ cetera interuenire conſenſus pro
pter quē eſt peccatū veniale. nō tamen de
bet talis cōſenſus proprius perfectus ac

deliberat⁹ dici aut reputari. qꝛ vt ex iam dictis apparet/ añ ſufficientē deliberatō/nem debitāq; piculi ⁊ pcti aduertētiā ſeu aīaduerſionē. ⁊ ſic anteq̄ (vt iam dictū ē) ipſa ratio inferioꝛ ad ſuū ꝓpriū actū q̄ eſt deliberari ⁊ rōcinari debite recurreret/ leges q; ſeu reglas hūanas quibꝫ innitit̄ cō ſulerꝫ. vel forſan anteq̄ naturā ⁊ grauedinē ipſius piculi ⁊ pcti plene cognoſceret ⁊ aduerteret. talis ei⁹ imoratio talisq; ipꝛo prius ⁊ ipfectus ꝯſenſus cōtigit. q̄ oīa tñ dictā ipſius rōnis inferioris immoratōeꝫ dictūq; impꝛopꝛiū ⁊ impfectū precedere debuiſſent. ⁊ omīno neceſſaria ſunt añq; talis eius īmoratio talisq; cōſenſus dici poſſit diciq; debeat verus ⁊ pfect⁹ eſſe. ex/inde pctīn moꝛtale ꝯtingere poſſe ❡ Nec etiā in iſto caſu reſpectu ipſi⁹ ſupioꝛis rōnis debet talis illecebꝛa ſeu delectatō moroſa/ moꝛa conſenſus reputari. Quia vt ſepe in ſimili ſupꝛa tactū eſt. ex q̄ ipa ratō inferioꝛ qꝛ ſic circa talem illecebꝛā ſeu carnalem delectatōem immoꝛet̄/ facit q̄ſi ſuſpenſa ⁊ nō bñ aduertēs nec debite añ talem immoꝛatōem ad ſuū pꝛopꝛiū actum q̄ eſt deliberari ratiocinari. recurrēs ſeq; piculū ſeu peccatū quod īminebat ⁊ incūbebat conſiderādo ⁊ attendēdo. leges q; ſeu regulas humanas q̄bus innitit̄ cōſulendo eleuās a minoꝛi dꝫ dici ad iudiciū ſupioꝛis rōnis que altioꝛ ⁊ ſublimioꝛ eſt eam ſcilꝫ cōſulendo recurriſſe ⁊ ſe eleuaſſe Et ſic nō mirū ſi ipa rō ſupioꝛ/ que de ſe ⁊ p ſe circa tales actus carnales ⁊ terrenos nō intendit/ nec ſe ſp ex ſeipa circa eas leges ſeu regulas diuinas ⁊ eternas cōſulēdo applicat. q̄ſi ſuſpēſa ⁊ nō bñ aduertēs ⁊ ſic indeliberata ⁊ p conſequēs nec vere nec interpꝛatiue cōſentiēs debꝫ in hoc caſu dici ⁊ reputari. Etiā vt iā tactū eſt natura iſtius q̄rti modi ſeu iſtius q̄rte q̄litatis ſe habēdi rōnis/ vt videre claꝝ eſt/ hoc de ſe habet ⁊ impoꝛtat. cū expſſe impoꝛtet rōnem inferioꝛē circa talem illecebꝛā ſeu carnalem delectatōeꝫ ante ſufficientē deliberatōem debitāq; aduertentiā ſeu aīaduerſionē piculi ⁊ peccati quod exinde imminet ⁊ incūbit/ immoꝛatā eſſe. Nā ſi poneret̄ ipa rō inferioꝛ ſic poſt ſufficientē deliberatōnem. debitāq; aduertentiā piculi ⁊ peccati imoꝛata fuiſſe. iā vt in ſimili ſtati tactū eſt nō iſte q̄rtus mod⁹ ſeu iſta q̄rta q̄litas ſe habendi ipſius rōis eſſet. ſed vnus duoꝝ modoꝛū ſeu qualitatū immediate explicatoꝝ. ſcꝫ vel ſextus vel q̄ntus. ❡ Et intelligant̄ hec oīa hic ſtati ſupꝛa p̄dictorum ſex modoꝛū ſeu ſex qualitatū ſe circa delectationē habēdi ipſius rōnis tractata pꝛincipaliter de conſenſu in delectatōem cogitatōis. i. q̄ habet̄ cogitādo. Nā talis conſenſus (vt ſepe ſupꝛa tactū eſt) pꝛincipaliter ad rōem inferioꝛeꝫ ptinet ſicut ad ipam ptinet cogitare. i. act⁹ ipſe cogitatōnis. ⁊ etiā ad ipm qd̄ eſt cogitare vel non cogitare inq̄ntū accipit̄ vt ad illā actōem oꝛdinat̄. Quod notāter dꝛ. Nā eſt quedā aliū cōſenſum in delectatōem repire. ſ. in delectatiōeꝫ actus ſeu opis. maxime dū ille actus ſeu illd̄ opus eſt in fieri. q̄ conſenſus in talē delectatiōem ſicut ⁊ ipe cōſenſens in illum actū ſeu op⁹/ ad ſolā rōnem ſupioꝛem ſpectat ⁊ non ad inferioꝛem.

## Vtrū cōſenſus in delectatiōem ſit ſemp peccatum. ⁊ quod: E

Quia in ſupius tractatis ⁊ ſpēaliter modicū ſupꝛa/ in declaratione ſex modoꝛū ſeu ſex q̄litatū/ ſe circa delectatōem habēdi ipſius rōnis/ ſepe de cōſenſu in delectatōꝫ facta eſt mentio/ interdūq; tactū q̄uo conſenſus etiā verus ⁊ deliberatus. ⁊ etiā ipſius rōnis ſupioꝛis in delectatiōem/ nō ſp eſt pctīn moꝛtale. Pꝛo hui⁹ necnō aliquorū ex pꝛecedētibꝫ maioꝛi declaratōe. q̄nq; rememoꝛāda ⁊ aduertēda veniūt ❡ Pꝛimū qꝛ oīs delectatio habꝫ aliq̄d pꝛopꝛiū ⁊ pꝛincipale obiectū/ circa qd̄ fert̄ ⁊ verſat̄ Nec eni aliter vt clarū eſt poſſit delectatō cauſari ⁊ haberi. ſi nō circa aliq̄d pꝛincipaliter ferret̄ ⁊ verſaret̄ ❡ Scdm̄ qd̄ etiā iuxta dictū phi/ oīmis delectatō ſiue ſit in appetitu ſenſitiuo. ſiue in appetitu intellectiuo. ſiue (vt modicū ſupꝛa tactū eſt) ſit in cogitatōe ſolū. ſiue in actu ſeu executōne actus/ aliquā opatōeꝫ cōſequit̄. Eteni (vt in ſupioꝛibꝫ declaratū eſt) oīmis delectatio/ ex triū concurſu cauſari hꝫ ⁊ cauſatur. ſcꝫ ex boni ⁊ conueniēs p vim appetitiuam adeptōe. ⁊ ad eā applicatione. pꝛout ſcꝫ tale bonū ⁊ cōueniens/ ſentit̄ vel q̄litercūq; pcipitur. que duo ſunt. ſcꝫ ipm bonū ⁊ conueniēs qd̄ ſic ſentit̄ ⁊ pcipit̄. ⁊ ipa vis appetitiua que ſic illud ſentit ⁊ appetit ⁊ tertiū. ſcꝫ cognitōis talis adeptōis ⁊ applicatōnis. Nūc igit̄ ad pꝛopoſitum

clarum eſt iſtud fieri nō poſſe. q̄n primo:
(vt iam tactum eſt) ibi ſit aliq̄d propriū ꝛ
principale obiectū ſcʒ illud bonū ꝛ cōue/
niens q̄d ſic adipiſcit̄ ꝛ applicat̄. q̄n etiā
ſcđo ibi ſit aliqua op̄atio ſcʒ tā illa ipſius
boni ꝛ conuenientis adeptio ꝛ applicatio
que ſine aliqua op̄atiōe fieri nō poteſt. q̄ꝫ
etiā ipſius actualis talis adeptōis ꝛ appli
catōis cognitio q̄ etiā quedā op̄atio eſt. i/
mo ipſa propria op̄atio eē de ſe q̄dā bo
nū ꝛ conueniēs eſt. Exēpli gratia. Dele/
ctat̄ aliquis in viſione alicuiꝰ rei pulcre.
vel in guſtu alicuiꝰ rei ſapide ſeu ſaporo/
ſe. vel in rememoratiōe alicuiꝰ magni ho/
noris habiti. vel aliqua ſimili cogitatiōe
clarū eſt in tali delectatiōe tria cōcurrere:
ſcʒ Primo ipſam rem que ſic delectabilit̄
videtur vel guſtat̄ vel rememorat̄ vel cogi
tatur. ꝛ illa eſt illius delectatiōis propriū
ꝛ pricipale obiectū. Scđo ipſam vim ap
petitiuā. que p̄ quandā op̄atiōem vt puta
talem viſionē. guſtationē rememoratōeʒ
vel cogitatōnem/ illā rem tanq̄ꝫ ſuū obie
ctum cōplacent̄ adipiſcit̄ ꝛ ſibi applica/
tum habʒ ꝛ in eo quietat̄. Et tertio cogni
tionē illius adeptōis ꝛ applicatōnis. q̄ ſi
nō interueniret nulla ꝓprie eſſet delectatō
vt ſatis in ſup̄ioribꝰ exēplificatū eſt de in/
fantibꝰ ꝛ inſenſatis. Ex quibꝰ iterū videri
poteſt. quō delectatio q̄libet/ pōt ad duo
comp̄ari ſeu referri. vel ſcʒ ad illō propri/
um ꝛ principale obiectū circa q̄d vel in q̄
ſic verſat̄. vel ad illā op̄atōem quā ſic cōſe
quit̄ ¶ Tertiū aduertendū. ꝙ etiā ipſe cō
ſenſus in delectatōem/ qui multū ampliꝰ
q̄ꝫ ipſa ſola delectatio ponit ꝛ importat. q̄
q̄ꝫ (vt in ſup̄ioribus pluries tactū eſt) ipſi
rationi ſemp̄ attribuit̄. conſeq̄t̄ etiā ſi int̄
ueniat/ quandā aliā ipſius rōnis op̄atōeʒ
ſcʒ quandā diiudicatōem ſeu rōcinatōeʒ
Nec enī (vt claꝝ eſt) ratio ipſa in delecta/
tionē aliquā cōſentire poſſet. niſi p̄us eiꝰ
apprehēſionē de ea quodāmodo diiudi/
caret ſeu rōcinaret̄. Iſta aūt diiudicatio
ſeu rōcinatio/ nō eſt aliud niſi quidā ipſi
us ratōnis actꝰ interior in mente exiſtēs/
qui ꝓprie fieri nō poteſt niſi per modū cu
iuſdā cogitatōis ſeu meditatiōis. que in
hoc ꝓpoſito pro eodē accipiūtur ꝛ reputā
tur. Et hinc eſt ꝙ talis ipſius rōnis diiu/
dicatio ſeu rōcinatio/ valde frequēter ꝛ q̄
ſi cōiter cogitatio dicit̄ ꝛ appellat̄. imo vt
modicū ſupra tactū eſt/ quādo conſenſus
in delectatōem principaliter rōni inferio
ri attribuit̄. intelligēdum eſt de delectatō
ne que eſt in cogitatōe ꝛ nō de illa q̄ ineſt
actu ſeu actus executōe ¶ Quartū aduer
tendū ꝙ quādoq̄ꝫ cōtingere poteſt/ ꝙ ali/
qua op̄atio erit metipm̄ propriū ꝛ princi
pale delectatōis obiectū. ſicut poſſet eſſe
aliq̄ alia res ab extra. q2 forſan illa opera
tio (vt iam tactū eſt) accipiet̄ a rōne vt bo
nū ꝛ finis in aliquo aliq̄s delectādo req̄e
ſcat. iuxta exemplū iam poſitū. cogitabit
aliquis de aliq̄ magna complacētia quā
alias habuerit/ vel in viſione alicuius rei
pulcre. vel in guſtatiōe alicuius rei ſapi/
de vel hm̄oi. ꝛ in iſta cogitatiōe ſeu reme
moratōe delectabit̄. certū ꝛ clarū eſt ꝙ iſta
delectatio habet pro ſuo proprio princi/
pali obiecto/ illā op̄atōem que ſic cogitat̄
ꝛ rememorat̄. ſcʒ illā viſionē vel illam gu
ſtatōem vel hm̄oi ¶ Quintū aduertendū
ꝙ ampliꝰ cōtingere poteſt ſcilʒ ꝙ illamet
ꝓpria op̄atio quā de facto ipſa delectatio
conſequet̄/ erit propriū ꝛ principale illiꝰ
met delectatōis obiectū. ſcilicʒ vis anime
appetitiua cuiꝰ eſt proprie delectari in il/
lam op̄atōem ſicut in quoddā ſibi bonū
ꝛ cōueniēs complacēdo reflectet̄. Vt gra
tiā exempli iuxta caſum/ iam ſupra tactū
Cogitabit aliquis rememorando de aliq̄
magna complacētia quā alias in aliqua
re vel in aliqua op̄atōe habuerit. ꝛ in iſta
cogitatōne ſeu rememoratōne delectabit̄
nō quidē ꝙ illam delectatōem quā ſic ha
bebat reflectat in illā rem ſeu in illā op̄a/
tionem de q̄ ſic cogitabat. ſed in ipſam p̄/
priā met cogitatōem quā ſic habebit. vt/
puta quia delectabit̄ ex eo ſolum ꝙ ſic co
gitat. vel quod ſic rememorat̄. certū ꝛ cla/
rum eſt/ ꝙ in iſto caſu/ iſta delectatio ha/
bet pro ſuo proprio ꝛ principali obiecto
ipſammet cogitatōem circa quā verſatur.
¶ Nūc igit̄ predicta ad propoſitū appli/ F
cando. Triplex repitur cuiuſlibet delecta
tionis/ propriū ꝛ principale obiectū Aut
enim delectatō ſic aliquā (vt ſemp̄ fieri iā
tactum eſt) op̄ationē ſequens Et vt f̄mo
p̄ aliquod p̄ticulare exemplū ꝛ ꝙ iuxta ſu
pra tacta cōmunius contigit/ clarius p̄/
cedat/ ponatur. iuxta caſum iā pluries ſu
perius tactū. ꝙ aliquā cogitatōem conſe
quat̄. ¶ Aut igitur talis delectatio habʒ
pro ſuo proprio ꝛ principali obiecto/ ali
quā rem ab extra que tunc forſan cogitat̄

Aut habet pro ſuo proprio ⁊ principali obiecto/aliquã aliã opatiõeꝫ quaſi rem q̃ cogitaƚ. Aut habꝫ pro ſuo proprio ⁊ principali obiecto ipammet cogitatiõeꝫ circa quã actualiter verſaƚ ¶ Si primo modo ꝙ ſcꝫ delectatõ illa ſic cogitatõem aliquã conſequẽs pro ſuo proprio et principali obiecto habeat rem aliquã ab extra q̃ cogitatur/ſic ſcꝫ/ꝙ licet talis delectatio circa illam cogitationẽ verſeƚ. non tamen ex principali ipius cogitatiõis intuitu. nec in ſola reflexione ad eam. ſed pricipali intuitu/principaliq̃ꝫ reflexione/in ipam rẽ que ſic cogitaƚ. Et tunc quãdo talis delectatio ⁊ etiã conſenſus in actum peccatũ ſit ⁊ quale/ſatis ex eis que modicũ ſupra circa naturã ipius delectatõnis tractata ſunt/perpẽdi poteſt cõſiderando ſcilꝫ (vt ibi tactum eſt) an talis delectatio ſit naturalis. an volũtaria. ⁊ an ſit circa rem licitã aut illicitam. ⁊ an ſit moderata aut imoderata. ⁊ an talis cõſenſus ſit verus ⁊ expreſſus. aut interptatiuus ⁊ equiualẽs et an ſit ipius rationis ſupioris vel ſolũ inferioris. ⁊ hmõi que ibi diffuſe explicata ſunt. ¶ Si vero ſecũdo modo. ꝙ ſcꝫ illa delectatio ꝓ ſuo proprio ⁊ principali obiecto habeat aliquã aliam opatiõem que cogitaƚ. ſic ſcilꝫ ꝙ q̃uis vt iam ſtatim tactum eſt/talis delectatio circa talem cogitationẽ verſetur. nõ tamen ex principali ipius cogitatõis intuitu. nec in ſola reflexione ad eam/ſed pricipali intuitu pricipaliq̃ꝫ reflexione in ipam aliam opatõem que ſic cogitaƚ. Et tunc ſi talis opatio ſic cogitata que eſt ꝓpriũ et principale obiectum illius delectatiõis/ſit de ſe pctm̃ veniale. tunc cõſenſus etiã verus ⁊ deliberatus in talem delectatõem que ſic circa talem delectatiõem verſatur nõ erit niſi veniale peccatũ. Si autẽ illa opatio ſic cogitata que eſt ꝓprium ⁊ pricipale obiectũ illius delectatõis/ſit peccatũ mortale. tũc etiã conſenſus verus ⁊ deliberatus in delectatõem que ſic circa talem cogitatõem verſatur/etiã ſi tunc iuxta quod modicũ ſupra declaratũ eſt nõ aſſit voluntas deliberata perficiendi actũ ſi facultas adeſſet erit peccatũ mortale. quia ꝙ homo in cogitatione talis opatõnis principali eius intuitu/ principaliq̃ꝫ reflexione in eã delecteƚ/non cõtingit niſi ex eo ꝙ eius affectus ſeu appetitus eſt in illã opatõem ſic cogitatã inclinatus. Et ideo etiã ꝙ in talem delectatõem cõſentiat/nihil aliud eſt q̃ꝫ ꝙ ipſe ex deliberatiõe eligat ſeu in hoc conſentiat. ꝙ affectus ſuus ſeu appetitꝰ in illam opatõem ſic cogitatã inclinatus ꝑmaneat ⁊ perſiſtat. Nullus enĩ delectaƚ niſi in eo ꝙ ſuo affectui ſeu appetitui eſt conforme. Ex autẽ aliquis ex deliberatõne eligat ſeu conſentiat ꝙ affectus ſuꝰ ſeu appetitus his que peccata mortalia ſunt conformeƚ/ eſt peccatũ mortale. Et ideo talis cõſenſus in talem delectatiõem que circa cogitatõem opatiõis peccati mortalis tali reſpectu verſatur/eſt peccatũ mortale. ¶ Si vero tertio modo. ꝙ ſcilicꝫ illa delectatio pro ſuo proprio ⁊ pricipali obiecto/habeat ipammet cogitatiõem circa quã actualiter verſaƚ. ſic ſcꝫ ꝙ ipſa delectatio circa talem cogitatõnem feratur in ſe principaliq̃ꝫ ipſius cogitatõnis intuitu principaliq̃ꝫ reflexione in eam. vtputa iuxta ſupra tacta. ꝙ quis in talem cogitatõnem ex eo ſolum ꝙ ſic cogitat delectetur. Et tũc quia talis cogitatõ etiã ſi verſetur circa rem aut opationem que de ſe peccatum mortale exiſtat. nõ eſt tamẽ de ſe peccatũ mortale. immo vel veniale tantũ Ut puta. cum aliquis vt interdũ cõtingit/vane ⁊ inutiliter cogitat. vel om̃ino ſine peccato. vtputa cum aliquis vtiliter. ſicut ꝑ predicando vel diſputando de tali re vel opatione cogitat. ideo conſenſus etiã verus ⁊ deliberatus in talem delectatiõem/ nõ eſt peccatum mortale. ſed ſolum iuxta quod iam tactũ eſt. vel veniale tantũ vel nullum Quia ꝙ homo etiã ex deliberatõne ſuum affectũ ſeu appetituꝫ in his que de ſe peccata nõ ſunt. vel nõ niſi venialia eligat vel conſentiat eſſe inclinatũ. nõ poteſt eſſe peccatũ mortale de ſe. niſi alie circumſtantie concurrerent. quia cogitatio quecunq̃ꝫ ſit in ſeipam ſolum reflexa niſi alia vt iam tactũ eſt cõcurrerẽt / nunq̃ꝫ de ſe et ſm̃ ſe eſt peccatũ mortale. ¶ Et quia iſtud nõnullis poſſet aliqualiƚ intricatũ ſeu obſcurum videri. Ad clariorem intelligẽtiam exemplificãt doctores reſpectu duorum vltimorũ mẽbrorũ iſtius diſtinctionis hic immediate ſupra poſite de cogitatione fornicatõnis. Etenĩ vt dicunt cogitans de operatõne ſeu actu fornicationis. ſic cogitando/ duobus principaliter reſpectibus delectari poteſt Aut enim

ſic cogitando/ in ipſa ſua cogitatōne de/
lectabitur in reſpectu ⁊ reflexione ad ip/
ſum actū ſeu ipam operatōem fornicatō/
nis. quam ſic cogitat. ſic ſcilꝫ ꝙ principa
li intuitu talis operatōnis fornicatōnis.
principaliqꝫ reflexione in eam in tali co/
gitatōne delectatur Aut ſic cogitando in
ipſa cogitatōne delectatur /ſolo reſpectu
ſolaqꝫ reflexione in ipam ſuam cogitatio
nēmet. ex eo ſolum ſcilicꝫ delectatus ꝙ ſic
cogitat. Si primo modo: tunc cōſenſus
deliberatus in talem delectatōem que ſic
ſuꝑ tali cogitatōne fornicatōis verſatur/
etiam ſi deſit voluntas deliberata ꝑficien
di actum/ eſt peccatū mortale. quia talis
conſenſus iuxta quod ſtatim ſupra decla
ratum eſt/ nihil aliud eſt q̄ꝫ ꝙ ex delibera/
tione quis eligat ſeu conſentiat ꝙ affectꝰ
ſuus/ ſeu appetitus ꝑmaneat et perſiſtat
inclinatus in fornicatiōem. quod eſt pec
catum mortale. cum fornicatio de ſe pec/
catum mortale exiſtat. Ex deliberatione
etenim (vt ſepe ſupra tactū eſt) eligere ſeu
cōſentire /ꝙ affectus ſuus ſeu appetitus
ꝑmaneat ⁊ ꝑſiſtat inclinatus in aliquid.
ſeu cōformetur alicui quod de ſe peccatū
mortale exiſtit. eſt peccatū mortale. Si ſe
cundo modo delectet̄. cum talis cogitatō
de ſe ⁊ ſm ſe non ſit peccatū mortale. im/
mo/ vt ſupra tactum eſt poſſit vtiliter vt
pro predicādo vel diſputando de fornica
tione haberi. ſic nec etiam conſenſus deli
beratus in talem delectatōem/ erit pecca/
tum mortale. ſed veniale tantū. vel forſan
nullū. quia vt etiam ſepe ſupra tactū eſt/
ex deliberatōne eligere ſeu cōſentire affe/
ctum ſuū ſeu appetitū eſſe inclinatum in
aliquod/ ſeu conforme alicui. quod de ſe
et ſm ſe peccatū mortale nō exiſtat. nō eſt
etiam mortale peccatū. ¶ Et propter iſta
in declaratōne vltimi ſex modorū ſeu ſex
qualitatū ſe circa delectatōnem habendi
ipius rationis ſupra poſitorū/ notanter
addita eſt illa clauſula. maxime ſi feratur
ille conſenſus in ipam illecebrā ſeu carna
lem delectatōem/ tanq̄ꝫ in rem aut opera/
tionē /ſeu actum ſuꝑ quo vel circa quem
ipſa illecebra ſeu carnalis delectatō ſic in
ſurgit ⁊ verſatur. et qui talis illecebre ſeu
carnalis delectatiōis eſſet principale ob/
iectum vt eſt ibi videre. Et intelligantur
ſemꝑ in oīmibus premiſſis iuxta quod la
te in modicum ſupra tactis declaratū eſt.

conſenſus verus et deliberatus eſſe. quā/
do ſcilicꝫ ratio ſuperior in huiuſmodi de
lectatōnibus expreſſe conſentiendo con/
currit. vel eas poſt ſufficiētem deliberatō
nem debitāqꝫ aduertētiā ſeu animaduer/
ſionē periculi et peccati quod inde immi
net ⁊ incumbit reprimere negligit. ¶ Et
hec quo ad ea que circa materiā delectatō
nis et conſenſus in eam. an ſcilꝫ ⁊ quan/
do: et qualia peccata exiſtant/ ex dictis do
ctorum quantū ad hunc tractatum ſpe/
ctare et ſufficere viſum eſt/ recolligi et eli
ci potuerunt.

## De conſenſu in actum an ſit peccatum. ⁊ quod. B

Quia vero prout in ſuperioribꝰ
vbi de hac preſenti materia ſci
licet de natura primorū motu/
um delectatōnis et conſenſus
in actum peccati/ tractari incepit/ actum
eſt. licet iam proxime mōſtratū eſt poſſit
circa conſenſum deliberatū in delectatō/
nem peccatū mortale formaliter inſurge/
re et contingere. Immo cōmunius iuxta
tamen modificationes modicum ſupra
poſitas/ inſurgat ⁊ contingat. nō propter
ea tamen in tali conſenſu in delectationē
adeo eſt completa tentatō/ quin vlterius
progredi poſſit ſcilicꝫ vſqꝫ ad ipm conſen
ſum in actum exteriorē. immo in ipſo ſo
lo conſenſu in actum exteriorē dicat̄ ten/
tatio ſuppleri. vltraqꝫ progredi non poſ/
ſe. cum non videatur quid vltra conſen/
ſum in actum exteriorē ipſa tentatio ope
rari poſſet. propter iſtud ⁊ etiam ſeruan/
do ordinem prediſpoſitū/ poſt expoſitio
nem ⁊ declaratōnem nature et qualitatis
iporum primorū motuū/ ipiuſqꝫ delecta
tionis. venit aliqualit̄ de natura et quali
tate ipius conſenſus in actum tractandū
et declarandum. ¶ Circa quod primo re
memorandū venit. ꝙ iam modicū ſupra
ſcꝫ de ipſa delectatōe ⁊ de conſenſu in eā.
cui ꝑti rōnis attribuant̄ tractatū eſt aliq̄
liter tāgi incepit. ſcꝫ ꝙ conſenſus in actū
ſeu actus executōem/ ſemꝑ rōni ſuperiori
attribuitur. ſm tamē ꝙ in ipſa ratōne vo
lūtas includitur. propter quod iuxta ſu
perius tacta conſenſus ille voluntariꝰ di
citur. Et cauſa eſt. quia iam ibi etiam ali
qualiter apiri incepit. Cum enī cōſenſus
in aliq̄d/ de ſe importet vel preſupponat

quoddā iudiciū de eo in quod ſic cōſenti
tur. nec enī aliter cōſenſus proprie in ali/
quid fieri poſſet. niſi ꝑ priꝰ de illo in quo
ſic conſentit/eiuſqꝫ qualitate ⁊ natura q̄/
dammō iudicatū eſſet. ⁊ in omni iudicio
(quod bene conſiderandū venit) vltima
ſentētia ad ſupremū auditoriū ſeu iudica
toriū ſpectet ⁊ ꝑtineat. cum inſuꝑ (vt etiā
ſepe ſupra tactū eſt) omniū negocioꝝ ſeu
oꝑationum humanaꝝ iudiciū/ ad rōem
ſiue ſuꝑiorem ſiue īferiorē ſpectet. ſm ta/
men reſpectū ad duplicē regulā ſm quaꝫ
omnes oꝑationes humane (vt ſepiſſime
etiā dictū eſt) regulari habent. ſcilꝫ vel re/
gulam legis humane que ſumit ex rebus
creatꝭ quas naturaliter homo cognoſcit:
cui regule ratio inferior innitit. vel regu/
lam legis diuine que ſumit ex rebus eter/
nis ⁊ increatis ad quas homo ſpirituali
ter inclinat. cui regule/ ratio ſuꝑior inni/
titur. ⁊ ita ſit ꝙ ipſa regula legis diuine.
ſit ſuꝑior. immo ſuprema/ ⁊ ꝑ cōſequens
ſupremū auditoriū ⁊ iudicatoriū. vltima
qꝫ ſententia ad illā ꝑtem rationis ꝑtineat.
que ſic ipſi regule legis diuine que ſupre
ma eſt innitit. que eſt ꝑs ſuꝑior ſeu rō ſu/
ꝑior. Cum ꝑterea de pluribꝰ ſeinuicē con
ſequētibꝰ occurrit iudicandū/ finale iudi
ciū finalis qꝫ ſententia ſit de illo quod in
tali conſecutōe ſeu cōcurſu eſt vltimū vl/
timoqꝫ occurrit. Et ī negocijs humanis
vltimū quod ſequit ⁊ occurrit/ſit ipſe rea
lis actus ſeu ipſius actꝰ executio. Et ꝑ cō/
ſequens iudiciū de ipſo actu/ſeu actꝰ ipſi
us executōe. ſit iudiciū finale ſententiaqꝫ
finalis/ ⁊ ſic ad ſupremū auditoriū ſeu iu
dicatoriū ꝑtinens: ſeqtur manifeſte ꝙ ad
ipam rōnem ſuperiorem ad quā ſic (vt ta
ctum eſt) iudiciū ſupremū finaliſqꝫ ſentē
tia negocioꝝ ſeu oꝑatōnū humanaꝝ ſpe
ctant iudiciū de ipſo actu ſeu ipſius actꝰ
executōne ſpectat ⁊ ꝑtinet. ⁊ ꝑ conſequēs
etiam cōſenſus in ipm actū ſeu ipius actꝰ
executionē quando interuenit. cum non
niſi vt tactū eſt poſt iudiciū ſupremū ac
finale/de ipſo actu habitū/intuenire poſ
ſit. Ex quo iterū ſequit ꝙ (vt etiā in ſuꝑi/
oribus ſepe eſt tactū) q̄tienſcūqꝫ talis ip/
ſius ratōnis ſuꝑioris cōſenſus. ſiue verꝰ
⁊ expreſſus. ſiue equiualēs ⁊ interꝑtatiuꝰ
in actuꝫ aliquē qui ex ſuo genere vel aliq̄
circumſtātia peccatū mortale exiſtit. inter/
uenit. talis cōſenſus eſt peccatū mortale.

Quia ſemꝑ talis ipius rationis ſuꝑioris
in talem actū peccati conſenſus/etiā ſi ip
ſe realis actus iuxta tamen modificatio/
nē modicū infra tangendā/nō procederꝫ
ſeu ſubſequeret/eſt tale peccatū quale eēt
ipſe realis actus Et ratio iā quodāmodo
in ſuꝑioribus tacta eſt. ex premiſſiſqꝫ ſu/
mi pōt. ¶ Et primo reſpectu conſenſus. D
veri ⁊ expreſſi ipius rationis ſuperioris.
Nam ipſa ratio ſuꝑior ad quā/vt ſic ſta/
tim tactū eſt/ talis cōſenſus in huiuſmo/
di actū qui de ſe ex ſuoqꝫ genere vel ex ali/
qua circūſtantia peccatū mortale eſt per/
tinet. nullo modo in dictū verū ⁊ exꝑſſum
conſenſum inclinari poſſet/quin ꝓus de
ipſo actu eiuſqꝫ natura ⁊ qualitate deli/
berauerit ⁊ iudicauerit. alias vt ſupra ta/
ctum eſt nō eſſet verus ⁊ expreſſus conſen
ſus. Deliberare autē ⁊ iudicare matie cir
ca tales actus humanos nō poteſt. niſi re
gulam legis diuine ⁊ eterne cui ſic inniti
tur/conſulat. Conſulta autē regula legis
diuine ⁊ eterne/in talem actū qui ſic de ſe
ex ſuoqꝫ genere vel ex circūſtantia aliqua
peccatū mortale exiſtit/conſentire nō po
teſt. quin ipam regulā ⁊ legē diuinā ⁊ eter
nam/actu ⁊ realiter contēnat ⁊ ſpernat. ſe
qꝫ ab ea totaliter ⁊ ſm habitum auertat.
Actu autē ⁊ realiter/ regulam legis diui/
ne ⁊ eterne contēnere ⁊ ſpernere/ſeqꝫ ab ea
totaliter ⁊ ſm habitū auertere non poteſt
quin peccatū mortale exiſtat. Seqtur er/
go predicta ſimul adaptādo ⁊ applicādo
ꝙ ipſa ratio ſuꝑior in talē actum peccati
mortalis vere ⁊ exꝑſſe ꝯſentire non pt/q̄n
pctm̄ mortale exiſtat ¶ Reſpectu ſc̄o con
ſenſus ipius rōnis ſuꝑioris equalentis ⁊
interꝑtatiui hoc idē patꝫ. qꝛ talis actꝰ qui
ſic de ſe/ex ſuoqꝫ genere vel aliqua circum
ſtantia/peccatū mortale exiſtit. cū de ipſo
ſupremū ⁊ finale iudiciū vt ſepe ſupra ta
ctum eſt ad ipam rōem ſuperiorē ſpectet
⁊ ꝑtineat. committi non poteſt. nec in rea
lem executionē deduci. q̄n ipſa ratio ſuꝑi
or/negligens fuerit ipm ipedire. volūta/
tēqꝫ reſpectu illiꝰ regulare ⁊ reꝓmere. ⁊ per
conſeq̄ns/quin etiā regulā legis diuine ⁊
eterne actu ⁊ realiter ſi tūc de ea actu cogi
tabat. vel per modū cuiuſdā inexcuſabi/
lis obmiſſionis et negligentie. ſi tunc de
ea non cogitabat. cum in tali actu cogi/
tare debuiſſet. contempſerit et ſpreuerit/
ac ſe ab ea totaliter. et ſecunduꝫ habitum

auerterit Et ex hinc dicit beatus Thom.
prima ſecūde ſue ſumme: ꝙ rō ſupior/ in
ipm actū peccati conſentire dicit/ non ſo
lum q2 ſm rōes eternas ſemꝑ moueat ad
agendū. ſed etiā q2 ſm rōnes eternas nō
diſſentit. ¶ Ad ꝓpoſitū etiam iſtoꝝ dicit
Aug. de trinitate. Non poteſt pctm̄ effi/
cacit ꝑpetrandū mēte decerni. niſi illa mē
tis intētio penes quā ſumma ptās ꝛ mē/
bra in opus mouēdi vel ab ope cohiben
di (loquēs de ratiōe ſupiori ꝑut etiā volū
tatē iuxta quod iā dictū eſt includit) ma/
le actioni cedat vel ſeruiat. Prout hec la/
tius modicū ſupra. ꝛ ſpecialit in declara
tione quinti ſex modoꝝ ſeu ſex qualitatū
ſe circa delectatōem habēdi ipius ratiōis
declarata ſunt. Que ibi tacta/ pn̄t ad hoc
propoſitū/ reſpectu cōſenſus ipſius rōis
ſupioris in ipm actū applicari Et adhuc
ꝑampli⁹ ꝛ efficaci⁹. cum nō tāta culpa ipi
rōni ſupiori imputari habeat. nec facilit
tam graue peccatū inſurgat/ dū ipſa vere
ꝛ expreſſe aut equiualenter ꝛ interꝑtatiue
in delectatōem que in ſola cogitatōe cōſi
ſtit ꝛ verſat conſentit. ſicut qn̄ vere ꝛ expſ/
ſe aut equalenter ꝛ interꝑtatiue in ipſum
actū peccati cōſentit ipſi⁹ꝙ actus execu/
I tionē. ¶ Notant in ꝑmiſſis vbi reſpectu
ꝯſenſus ipius rōis ſupioris/ in id qd̄ de
ſe ex ſuoꝙ genere vel aliqua circūſtantia
eſt pctm̄ mortale. de auerſione a regula le
gis diuine ꝛ eterne/ facta eſt mētio. addi/
ta ſunt iſta verba. totalit ꝛ ſm habitum.
Eteni auerti a regula legis diuine ꝛ etne
(prout iam in ſupioribus vbi ꝑcipue de
hac pn̄ti materia nature peccati venialis
tractari incepit aliqliter declaratū eſt) du
pliciter cōtingere pōt ¶ Vel ſcʒ totaliter
id eſt ſm habitū. qui ꝓprie in hoc ꝓpoſito
nihil aliud eſt/ ꝙ quedā inordinatio mē/
tis ꝛ intentōis diſpoſitio/ ponēs ſeu con
ſtituēs alterū finē. Qd̄ fit ꝛ cōtingit in oī
actu qui de ſe ſuoqʒ genere aut aliq circū/
ſtantia/ hʒ et importat/ qd̄ pctm̄ mortale
exiſtat. licet forſan ꝑ tunc talis inordina
ta mentis et intentōis diſpoſitio/ non at
tenderet neqʒ occurreret. Et ex hinc etiā
(vt iā ſatis declaratū eſt) conſenſus rōnis
ſupioris in talē actum/ eſt mortale pctm̄.
quia ſine tali auerſiōe/ non poteſt in talē
actū interuenire ¶ Vel cōtingit tal auer
ſio/ nō totaliter. i. nō ſm habitū ſʒ in actu
ſolum. i. ꝑ illo actu q̄ fit ſeu exercet reſpe/
ctu eui⁹ eſt bn̄ aliqlis a regula ipius diui/
ne et eterne legis inordinatio. ſʒ non tāta
nec talis mētis et intentionis indiſpoſi/
tio/ ꝙ aliū finem ponat ſeu conſtituat Et
ſic eſt et cōtingit in om̄i actu/ qui de ſe ex
ſuoqʒ genere ſeu aliq circūſtantia/ nō ha/
bet ſeu iportat qd̄ pctm̄ mortale exiſtat.
ſed ſolū veniale. Nā ſi illud vſqʒ adeo ꝑ/
cederet/ ꝙ illa auerſio iuxta qd̄ expoſituʒ
eſt/ eſſet totalis et ſm habitū. aliūqʒ finē
ponens ꝛ conſtituēs. ſtatim a natura pec
cati venialis excederet et in naturam pcti
mortalis trāſiret. vt ibi ſatis expoſitū eſt
et exēplificatū. Et ex hinc ſimilit conſen/
ſus rationis ſupioris in talē actū/ q̄ ſic de
ſe ex ſuoqʒ genere aut aliqua circūſtantia
non habet ꝙ ſit pctm̄ mortale. ſed ſolū ve
niale. nō erit etiā niſi pctm̄ veniale. q2 ſi/
ne illa totali et ſm habitū auerſione et cū
ſola quadā inordinatione. poteſt in taleʒ
actū interuenire. vt ſatis ex dictis cōcipe
eſt ¶ Et intelligant ꝑmiſſa ꝙ ſcʒ ꝯſenſus
rationis ſupioris in actū qui de ſe ex ſuo
qʒ genere aut aliqua circumſtantia pctm̄
mortale exiſtit/ eſt pctm̄ mortale. Etiā ſi
(vt iā ſupra tactū eſt) actus ille in quē ſic
ipſa ratio ſupior conſentit/ realit ab extra
nō ſubſeqret ſeu adipleret. Si tn̄ h̄ non
ex ꝑte ipi⁹ rationis ſupiorꝫ ipi⁹qʒ volūta/
tis. vtpote ſe p⁹ dictū conſenſum iā ſic in
illū actū ſeu illi⁹ act⁹ executionē ꝓſtitū am
pli⁹ aduiſantis et imutātis. ſed ꝓpter defe
ctū poſſibilitatꝫ facultatꝫ vel alicui⁹ alteri
us opportunitatis aut circūſtātie/ conti
geret. Nā licet tūc/ realr et effectu/ tal act⁹
non ſubſequeret ꝛ adimpleretur: ꝓpoſito
tamen et affectu/ quantū ad incurſuʒ pec
cati mortal/ ſubſecut⁹ dr̄ et adimplet⁹ Et
hinc commūiter dr̄ ꝙ volūtas ꝑ facto re/
putat. Iuxtaqʒ iſtud ꝓprie intelligendū
venit illd̄ dictū xpi Math. v. Om̄is qui
viderit mulierē ad concupiſcēdū eā/ iam
mechat⁹ ē eā in corde ſuo ¶ Ex oībꝫ ſic ſu K
pi⁹ circa hāc pn̄tē materiā/ nature et q̄lita
tis primoꝝ motuū. delectationis et con/
ſenſus in actū pcti tractatꝫ/ ea quodāmo
do epilogando habetur q̄uo prim⁹ mot⁹
primo primus ipſius ſenſualitatis q̄ na/
turalis dicitur/ nullū peccatū eſt. Scd̄o
vero primus motus eiuſdē/ qui ex fomi/
te procedit/ peccatum veniale exiſtit. De
lectatio autem ſiue moroſa ſiue non mo/
roſa: mora temporis. Dum tamen non

ſit moroſa mora conſenſus/ ꝑ rõem ſcilꝫ
ſuꝑiorem vere ⁊ realiter/aut interꝑ̃tatiue
⁊ effectualiter deliberati. quod contingit
in ſecundo tertio ⁊ quarto ſex modorum
ſeu ſex qualitatũ ſe circa delectatiõem ha
bendi ipſius ratiõis ſuꝑioris ſupius de/
claratis etiã ſi dicta delectatõ ſit ⁊ feratur
circa ea que de ſe ex ſuoq; genere vel ex ali
qua circũſtãtia/peccata mortalia exiſtũt.
eſt ſolum peccatũ veniale. Delectatio ve/
ro moroſa mora cõſenſus/per ratõem ſcꝫ
ſuꝑiorem vere ⁊ expreſſe aut interꝑ̃tatiue
et effectualiter deliberati qꝺ contingit in
quinto ⁊ vltimo ꝑ̃dictorum ſex modorũ
ſeu ſex qualitatũ ſe habẽdi ipſius rõis. ⁊c̃.
Nec nõ etiã conſenſus in actũ. quãdo ta/
men (vt ſepe ſupra tactũ eſt) ſunt ⁊ ferunt̃
ſuꝑ his que de ſe ex ſuoq; genere aut ex ali
qua circũſtantia peccata mortalia exiſtũt
ſunt etiã peccata mortalia ¶ Et ad iſtud
propoſitũ/ per modũ exempli applicant
doctores licet diuerſimode/ tentatõnem
que fuit in ꝑ̃mis parẽtibus. Ex quoꝝ di
ctis/ poteſt ſenſualitas ipſa/ ſerpenti cõ/
parari. Ratõ vero inferior vt iam in ſuꝑi
oribus tactũ eſt/ mulieri eue. Et ratõ ſu/
ꝑior viro ade. ¶ Cum igit̃ in ipſa primo
motu. ſecũdo tamen primo/ipius ſenſua
litatis illecebra inſurgit. quod nõ niſi ex
fomitis corruptiõe ꝑuenit. ⁊ quaſi cũ ſer
pẽs/comeſtionẽ pomi eue ſuggeſſit. ideo
q; tunc peccatũ ſolum veniale eſt ⁊ leuiſſi
mũ. ¶ In delectatõe vero nõ moroſa mo
ra cõſenſus/qui ſcꝫ ꝯſenſus ſit ꝑ rõem ſu
ꝑiorem vere ⁊ expreſſe aut interpretatiue
⁊ effectualiter deliberatus. quãtũcumq;
iſta dicta delectatio ſit forſan moroſa mo
ra tempꝛis/quantũcũq; etiã ipſa rõ inferi
or iuxta predictos ſcðm tertiũ ⁊ quartuꝫ
ſex modorũ ſeu ſex q̃litatũ ſe hñdi. ⁊c̃. vel
circa talẽ delectatõem/ nõ bene aduertat.
vel ſubito, aut improprie etiã in eã cõſen
tiat. tunc mulier ſine viro/ipoq; ignoran
te/cõmedere dicit̃. Ideoq; tũc ſolum pec
catũ veniale eſt. qꝛ ꝙ in delectatõe pecca/
tum mortale interueniat/a conſenſu viri
ſcꝫ ratõis ſuꝑioris. vero ⁊ expͣſſo aut int̃/
pretatiuo ⁊ effectuali ⁊ nõ alias procedit
¶ In delectatõe vero moroſa mora ꝯſen
ſus interꝑ̃tatiui ⁊ effectualis. quãdo ſcilꝫ
ratio ipſa ſuꝑior iuxta quintũ ſex modo/
rũ predictorũ ſeu ſex qualitatũ ſe habẽdi
ipſius ratõis ⁊c̃. talẽ delectationẽ repmere

neglígit. tũc mulier ſola/ſed tamẽ viro ſci
ente comedit. ⁊ tũc licet vir non ꝯmedat.
propter illũ tamẽ eius ꝯſenſum interꝑ̃ta/
tiuũ ⁊ effectualẽ/peccatũ mortale efficit̃.
etiã ſi (vt ſepe dictũ eſt) deſit volũtas ꝑfi/
ciendi actũ. ⁊c̃. Quia mulier bñ poteſt ſi/
ne viro ꝯmedere. mortaliter autẽ ſine viri
ꝯſenſu vero ⁊ expreſſo/aut interꝑ̃tatiuo ⁊
effectuali/non poteſt peccare. ¶ In dele/
ctatione vero moroſa/mora ꝯſenſus veri
⁊ expͣſſi. quando ſcilꝫ ratio ipa ſuꝑior/ iu
xta vltimũ ſex modoꝝ predictorũ ſeu ſex
qualitatũ ſe habendi ipſius rationis. ⁊c̃.
vere ⁊ expreſſe conſentit. tunc vir non ſo/
lum conſentit. ſed ſicut ⁊ mulier comedit
⁊ etiã ſi deſit voluntas ꝑficiendi actũ. ⁊c̃.
eſt peccatũ ⁊ grauius q̃ʒ in caſu precedẽti
Grauius eteni eſt in talem illicitam dele
ctationẽ vere ⁊ expreſſe conſentire: q̃ʒ nõ
reprimẽdo/interpretatiue ⁊ effectualiter
ꝯſenſum prebere. ¶ In conſenſu vero in
actum peccati ſeu ipſius actus executio/
nem/ qui (vt late ſupra declaratũ eſt) ſoli
rationi ſuꝑiori attribuitur: eſt ac ſi vir nõ
ſolũ ſicut ⁊ mulier ꝯmederet. ſꝫ q̃dammo
do ac ſi iuberet ⁊ ꝓ̃ciperet. ⁊ tũc etiã ſi iu/
xta ſuꝑius tacta/talis actus realiter ab ex
tra non ꝓcederet ⁊ ſeq̃ret̃/eſt pctm̃ morta/
le. Et adhuc grauiꝰ q̃ʒ in caſibꝫ ꝓ̃cedẽtibꝫ:
inq̃ntũ ſcilꝫ (vt etiã ſupra monſtratũ eſt)
grauiꝰ eſt ĩ actũ pcti ſeu ipſiꝰ actꝰ executio
nem q̃ʒ in ſolã eiꝰ delectationẽ ꝯſentire ¶
Uel alit̃ dici poſſꝫ ꝙ ſcilꝫ in delectatione
moroſa mora ꝯſenſus veri ⁊ expͣſſi ipius
rõis ſuꝑioris de q̃ ſtati ſupra vir ñ ꝯme/
dit ſicut mulier. ſꝫ ſolũ ꝯmeſtioni mlierꝫ
ꝯſentit ſicut ſupra dictũ ẽ fieri ĩ delctãtio
ne moroſa mora ꝯſenſus interꝑ̃tatiui et
effectual' eiuſdẽ rõis ſuꝑioris Eſtq; ꝓpter
hmõi ꝯſenſuꝫ veꝝ ⁊ expͣſſuꝫ/pctm̃ morta
le. ſꝫ g̃uiꝰ vt iã tactũ ẽ q̃ʒ ĩ tali ꝯſenſu int̃
ꝑ̃tatiuo ⁊ effectuali. inq̃ntũ. ſ. grauiꝰ ẽ ve/
re ⁊ expͣſſe in aliqꝺ malũ ꝯſentire q̃ʒ inter
ꝑ̃tatiue ⁊ effectualr̃. Sꝫ ĩ ꝯſenſu ipius rõ
nis ſuꝑiorꝫ in actũ pcti ſeu in ipiꝰ actꝰ exe
cutionẽ. etiã ſi vt ſtati dictũ ẽ talis actꝰ rea
lit̃ ab extra ñ ꝓcederet ⁊ ſeq̃ret̃. vir ñ ſolũ
ꝯſentit ſꝫ ſicut ⁊ mlier ꝯmedit. ⁊ tũc ẽ ten
tatio de ſe ꝯſummata ⁊ ꝑfecta Et itelligãt̃
he exẽplificatõe s iuxta ſuꝑius declarata.
q̃ñ. ſ. hmõi delectatões/cõſenſusq; ĩ actũ
ſunt ⁊ ferunt̃ ſuper his que de ſe ex ſuoq;
genere aut ex aliqua circũſtantia peccata

moꝛtalia exiſtūt. ¶Et hec quo ad talem
materiam nature pꝛimoꝛū motuum dele
ctatiōis ⁊ conſenſus in actū. oꝛdinis q̄ꜫ ⁊
ꝓgreſſus tentatōnis. inquantū de eis ad
ꝓpoſitū hui⁹ octaui tractatus iſtius li
belli tractandū occurrebat/ dicta ſuffici/
ant. Qui latioꝛa videre voluerit habꜫ vt
in ſupioꝛib⁹ in ſimili tactū eſt/ doctoꝛes
plurimos. tam magiſtrū in. ij. ſentētiarū
q̄ꜫ alios ſup dicto paſſu tractātes. q̄ꜫ etiā
btūꜫ Tho. pma ⁊ ſcḋa ſcḋe ptꝭ ſue ſumme

2 ## De tribus ad gra/uitatem peccati conferētibus.

Q Uia vero iam recēter/ ⁊ etiā in
ſupioꝛib⁹ maxime in declaratō
ne nature ⁊ qualitatis peccati
moꝛtalis/ dictū ⁊ mōſtratū eſt. qūo nōnū
q̄ꜫ act⁹ aliq̄s q̄ de ſui foꝛſan natura ex ſuo
q̄ꜫ genere peccatū nō eſſet/ vel foꝛſan veni
ale ſolū/ ex intētionis coꝛruptiōe/ vel rōe
remoꝛſus conſciētie ſeu aliqua alia circū
ſtātia/ poteſt pctm̄ moꝛtale effici. Ea pro
pter ⁊ etiā ad clarioꝛē ſemp cognitionē di
ſtinctōnis ſeu nature peccati venialis a
pctō moꝛtali/ circa cuius declaratiōem p̄
ſens pꝛincipalit̄ materia verſat̄. viſum eſt
expediens de his trib⁹ hic ſummatim ali
qua ꝯſtringere. De intentōe ac fine actio
nis ſeu opatōis. De eſſe ſui natura ⁊ qua
litate conſciētie. De natura q̄litate ac nu
mero circūſtantiarum.

## De intentiōe ac fine actionis ſeu operatōnis.

C Irca primū eſt aduertendū q̄
intentio in generali ꝑut hic et
in materia moꝛali. ſ. virtutis ⁊
peccati ſumitur ſic deſcribit̄. Intētio eſt
actus voluntatis in aliquē finē tendētis:
ꝑ aliquid vel aliq̄ ad illū finem oꝛdinata
Dicit̄ enī intentio q̄ſi in illud tentio. Nā
intentio ſemp reſpicit aliq̄d vt finē ſm. ſ.
q̄ illō eſt termin⁹ volūtatis. Ex quo clare
apparet q̄ intētio de ſe impoꝛtat ⁊ deno/
tat quandā diſtantiā illi⁹ quod ſic inten/
dit̄. Et ideo quādo volūtas fert̄ ⁊ intēdit
īmediate in aliq̄d etiā ſi illō ſit finis vlti/
mus quē tūc ſibi cōſtituit. termin⁹ q̄ꜫ ipſi
us volūtatis q̄ ꝓ tūc habet̄. non dicit̄ ta/
mē ꝓpꝛie eſſe intētio. ſed q̄n affect⁹ ſeu vo/
luntas in aliq̄d tāq̄ꜫ finē vltimū quē ſibi
tūc conſtituit. vel tāq̄ꜫ ad illū finē oꝛdia/
tū fert̄ ⁊ tendit. nō immediate ſed mediā/
tibus alijs ꝑ q̄ in illud in q̄ō ſic fert̄ ⁊ ten
dit nitit̄ ꝑuenire tūc pꝛopꝛie eſt intentio.
Ut gratia alicui⁹ exēpli fert̄ ⁊ tendit pꝛin
cipaliter affectus alicui⁹ ſeu volūtas ī ſu/
am finalē ſalutē. ⁊ pꝛopter ipam facilius
aſſequēdam intēdit coꝛpus ſuū domare
⁊ ſpūi ſubijcere ⁊ vt hoc cōgruenti⁹ ⁊ cum
ſanioꝛi cōſilio ⁊ auxilio facere poſſit/ intē
dit religionē aliquā intrare. ⁊ ꝑ hoc faciē
do ad aliquē locū talis religiōis ire. Iſte
talis reſpectu ſalutis ſue q̄ eſt vltimus fi
nis/ quē tūc ſibi cōſtituit. reſpectu etiam
domatiōis ſui coꝛpis ac ingreſſus religi
onis. q̄ ſunt fines medij ad illū ſcꜫ finē vl
timū oꝛdinati/ dicit̄ ꝓpꝛie habere intētōꜫ.
Reſpectu vero additōis talis loci illi⁹ re/
ligionis. licꜫ ſit quedā volūtatis diſpoſi/
tio. nō tamē pꝛopꝛie dicit̄ eē intētō ¶Ex
precedēti intētiōis in generali deſcriptio
ne clare ⁊ facilit̄ elici pt/ deſcriptio inten
tionis recte. ꝑ additionē ſcilꜫ iſtoꝝ verbo
rum debitū ⁊ debito modo. Et etiā inten
tionis ꝑuerſe ſeu coꝛrupte. per additionē
oppoſitoꝝ ſeu ꝯtrarioꝝ v̄boꝝ ſcꜫ indebi
tum ⁊ indebito modo Sic tñ q̄ in deſcri
ptione intētionis recte/ illa duo v̄ba ſcilꜫ
debitū ⁊ debito modo cōiūctim accipian
tur. cū ipſa duo ad hoc q̄ intētio ſit recta
neceſſario hēant cōcurrere. In deſcriptō
ne vero intentōnis ꝑuerſe ſeu coꝛrupte/
illa duo verba oppoſita ſcilicꜫ indebitū ⁊
indebito modo/ accipiātur diuiſim cum
alterum eoꝛum ad hoc q̄ intentio ꝑuerſa
vel coꝛrupta exiſtat ꝑ ſe ſufficiat Etenim
(vt ſepe dictū eſt) plura neceſſe eſt ad vir/
tutem cōcurrere q̄ꜫ ad viciū immo ꝑ defe
ctum vnius eoꝝ que neceſſario ad virtu
tem req̄runtur/ tranſitur in viciū ¶Su D
per q̄bus quantū ad intelligētiam natu
re ⁊ effectus intentiōis reſpectu eoꝝum q̄
iam in hoc octauo tractatulo hui⁹ libel/
li circa materiā peccati moꝛtalis ⁊ pecca
ti venialis tractata ſunt ⁊ tractabunt̄ ſpe
ctare ⁊ ſufficere videtur. ſubijciuntur hic
aliqua regule notabiles. ¶Pꝛima regu
la eſt. Ex fine pꝛincipaliter intento id eſt
reſpectu finis vltimi/ qui pꝛicipaliter in
aliquo actu intenditur. actus ille attendi
conſiderari. et iudicari habet. ad hoc ſci/
licꜫ q̄ dicatur ⁊ iudicetur bonus vel ma/
lus: meritoꝛius vel demeritoꝛius. Iuxta
quod intelligi ⁊ applicari pt dictū chꝛiſti

Mathei.vi. Si fuerit oculus tuus ſim/
plex totũ corpus tuũ lucidũ erit. Ubi iu/
xta Auguſt. per oculũ ſignificaꝛ intentio
Et itelligitur hec regula de his maxime
actibus/qui alias ex ſeipſis ſunt indiffe/
rentes.i.qui de ſuo ꝓprio eſſe/ ꝓpriaq; na/
tura/ſine cõcurſu alterius cauſe ſeu alte/
rius circũſtantie / nõ habent ꝙ ſint boni
vel mali Ut gratia exempli leuare feſtucã
de terra. vel mouere manũ. Nam ſi tales
actus de ꝓprio ſuo eſſe propriaq; natura
haberẽt ꝙ eſſent boni vel mali aliter eſſet
dicendũ. vt clare ꝑ regulas ſequẽtes vide
ri poterit ¶ Scõa regula. Actus de ſeip/
ſo malus/ex fine bono principaliꝛ inten
to nõ efficiꝛ bonus. Ut gratia exẽpli. Fu
rari vel depredari.q̃ ſunt actus de ſe mali
etiãſi ea principaliter intẽtione ad hũcq;
principaliter finem fiant. vt exinde in dei
honore fiat elemoſina. nõ proptꝛ hoc bo/
ni efficiũtur. ¶ Tertia regula ⁊ oppoſita
Actus de ſeipſo bon⁹/ex fine malo prĩci/
paliter intẽto/efficitur mal⁹. Ut grã exẽ/
pli. De elemoſina vel orõne vel ꝑdicatõe
que principaliter propter vanã gloriam.
mundanã. vel propter lucrũ tꝑale haben
dũ. ⁊ adipiſcendũ vel hmõi fieret Et ratõ
diuerſitatꝭ iſtaꝝ duaꝝ regularũ ex deſcri/
ptõe intẽtionis recte ⁊ intẽtionis ꝑuerſe
ſeu corrupte ſupra poſitis alijſq; etiã ibi
dem dictis clare apparet. Quia ad inten/
tionẽ rectã/ duo reqruntꝛ ſcꝫ ꝙ tendentia
volũtatis ſit in finẽ debitũ. ⁊ ꝙ ſit per me
dia ad illũ finẽ debito modo ordiata. Ad
intentõem vero ꝑuerſam ſeu corruptam
ſufficit defectus vel malicia in vno iſtoꝝ
ſcꝫ vel ꝙ finis principaliter intẽtus ſit de
ſe malus. vt potuit tertia regula. Uel ꝙ
media ꝑ que ad illuꝫ finẽ tendiꝛ ſint de ſe
mala vt ponit ſcõa regula. ¶ Quarta re/
gula. Una ⁊ eadẽ principalis intẽtio fi/
nalis.i.in aliquẽ finem principaliter ten
dens. plures actus ſe inuicẽ conſequẽtes
etiã diuerſimode ⁊ diſtanter abinuicẽ fa/
ctos/poteſt in bonũ ⁊ ad meritũ. vel ĩ ma
lum ⁊ demeritũ informare. Ut grã exẽpli
Reſpectu intentiõis recte intendit aliq̃s
vnũ ſolidũ pro deo in elemoſinã / ꝑ duo/
decim ſibiinuicẽ ſuccedentes dies elargi/
ri. ⁊ dare ſic ſcilꝫ ꝙ qualibet die dabit vnũ
denariũ. Si a caſu contingat iſtũ hoĩem
datõnẽ aliquoꝝ iſtoꝝ denarioꝝ ꝑ aliq̃b
iſtoꝝ duodecim dieꝝ obliuiſci ⁊ itermit/
tere. ⁊ in alios dies reparare ⁊ facere. dona/
tio iſta/nihilomin⁹ ſic in alijs dieb facta
propter primã principalẽ intentõeꝫ erit
meritoria. de intentõne vero ꝑuerſa/fa
cilius eſt dare exemplũ cũ facilius cõtin/
gere poſſit ¶ Quita regula Finẽ ſub fine A
ſeu intentiõeꝫ ſub intẽtione/põt quis ad
meritũ vel demeritũ ſeu meritorie aut de/
meritorie qđ idem eſt/ponere cõſentire ⁊
habere. dictosq; fines ſeu intentõnes/ſic
ſibiinuicẽ ſubordinatos/ꝑt vna ⁊ eadem
principalis ⁊ finalis intẽtio/in bonũ vel
maluꝫ meritũ vel demeritũ informare.
Ut gratia exẽpli. Reſpectu principalis ⁊
finalis intentõis recte. intendit aliq̃s ire
ad foꝝ ad hũc finẽ/ ꝙ ibi emat medicias.
ipſas autẽ medicinas ad hunc finẽ emit/
vt ab aliqua infirmitate cureꝛ. Ad hũc ve
ro finem ab illa infirmitate curari deſide
rat. vt aptius ⁊ melius deo ſeruiat Clarũ
⁊ certũ eſt/ꝙ in iſto caſu/oĩes iſte ꝑcedẽ
tes voluntates ⁊ intentiões: que ſic circa
iſtos diuerſos fines ferũtur ⁊ tẽdunt: per
illã principalẽ ⁊ finalẽ intentiõem/ apt⁹
⁊ melius deo ſeruiẽdi. in bonũ ⁊ ad meri/
tum informanꝛ. ⁊ propter eã/bone ⁊ me/
ritorie exiſtũt. immo in tali caſu qñ ſcꝫ vo
luntas in aliquos fines ſeu intẽtiões ſic
ſibiinuicẽ ad aliquẽ principalẽ ⁊ vltimũ
finẽ ſubordinatos principaliter propter
ipm principalem ⁊ vltimũ finẽ ferꝛ ⁊ ten/
dit. licet illi fines ſeu intentiones/ plures
ſint ⁊ diuerſi. nõ tamen proprie debet di
ci nec proprie eſt niſi vn⁹ et idem ipi⁹ vo/
lũtatis motus Et intelligũtur hec in iſta
regula dicta. etiã ſi tẽꝑe realis executõnis
ſeu adimpletõis illoꝝ actuũ ſuꝑ quibus
ſic dicte precedẽtes volũtates ſeu inten/
tionis ferũtur ⁊ tendũt: illa principalis ⁊
finalis intentio non realiter ⁊ de facto in
mente haberet. Utputa quia ꝑ tunc/ vel
nõ occurreret vel non attenderet. ſufficit
enĩ ꝙ ꝑceſſerit ⁊ in habitu habeaꝛ Utver
bi gratia in exẽplo ſtatĩ poſito detur ꝙ il
le talis qui ſic ab aliqua infirmitate cura
ri deſiderat/vt aptius ⁊ melius deo ſuiat
tẽꝑe quo emit medicinas ad hoc vt a di/
cta ſua infirmitate curari poſſit. ⁊ tempe
quo predictis medicinis ad dictã ſuã cu/
rationẽ emendis ad forũ vadit/⁊ illã pri/
cipalem ⁊ finalem intentõeꝫ aptius ⁊ me
lius deo ſeruiendi nõ realiter ⁊ de facto in
mente habeat. q2 tũc forſan vt dictum eſt

vel non ſibi occurrit vel non attendit. ni/
hilominꝰ tamen/ cũ per prius eã habue/
rit/ ⁊ adhuc in habitu (vt p̃ſupponit) ha
beat. illa principalis ⁊ finalis intẽtio/ ap
tius ⁊ melius deo ſeruiẽdi/ iſtos actꝰ emẽ
di medicinas ⁊ eundi ad foꝝ. ſeu volũta/
tates ⁊ intentões que ſup ipſis ferunt in/
formabit ⁊ bonos et meritorios efficiet:
ac ſi tũc illã principalẽ ⁊ finalẽ. intẽſius.
aptius. ⁊ melius deo ſeruiẽdi in mẽte rea/
liter ⁊ de facto habuiſſet. ¶ Reſpectu ve/
ro principalis ⁊ finalis intentõis ꝑuerſe
ſeu corrupte/ facilius (vt ſtatim in regula
precedẽti tactũ eſt) dari poteſt exẽplũ. ¶
Intelligant etiaꝫ predicta reſpectu tamẽ
principalis ⁊ finalis intentõis recte/ actu
umqꝫ bonoꝝ ⁊ meritorioꝝ. dum tamẽ in
ter dictos actus ſeu fines/ ſic ſibi ad vlti/
mũ finẽ principalit intẽtũ ſubordiatos.
⁊ ſup quibꝫ hmõi precedẽtes voluntates
ſeu intẽtiones ſic ferunt ⁊ tendũt. nõ int/
ueniat ſeu intendat aliquis actus ſeu fi/
nis ex ſeipſo: ſuaqꝫ ꝓpria natura/ illi fini
ſic principaliter intẽto quoad meritũ dif
formis ⁊ oppoſitus. ⁊ qui voluntatẽ ſeu
intentõem que ſup ipm fert ⁊ tendit poſ/
ſet ꝑuertere ſeu corrũpere. Pro quo apti/
D us declarãdo/ ponit ſexta regula. ¶ Se/
xta regula. Quotienſcũqꝫ int plures actꝰ
ſeu fines ſibiĩnuicẽ ad aliquẽ finẽ vltimũ
alias ex ſeipſo bonũ ⁊ meritoriũ principa
liter intentũ ſubordiatos interuenit/ ſeu
intendit aliquis actꝰ ſeu finis illi fini ſic
principaliter intẽto ex ſeipſo ſuaqꝫ ꝓpria
natura quoad meritũ difformis ⁊ oppo/
ſitus. volũtatemqꝫ ſeu intentõem que ſu/
ꝑ ipm fertur ⁊ tendit ꝑuertens ⁊ corrum/
pens/ talis actus ſeu finis mediꝰ ſic inter
ueniens. nõ informat ad meritũ ꝑ illã pn
cipalez intẽtionẽ illius finis vltimi ſic de
ſeipſo meritoriũ. quin potiꝰ ipam princi/
palem ⁊ finalẽ intẽtionẽ omesqꝫ alios fi/
nes ſeu intentões precedẽtes. etiã alias
ex ſeipſis bonos ⁊ meritorios deformat ⁊
quodãmodo depꝛauat. ¶ Verbi gratia.
Intendit aliqͥs ire ad aliquã domũ et ad
hunc finẽ in illã domũ vult ire/ vt ibidez
luxuriet. ad hũc autẽ finẽ luxuriari vult/
vt ſanior inde efficiat. ad hũc vero finem
vult ſanior effici/ vt aptius ⁊ meliꝰ deo ſer
uiat. Iſte finis vltimus principaliter in
tẽtus aptius ⁊ meliꝰ deo ſeruiẽdi. qui ali
as ex ſeipſo bonus eſt ⁊ meritorius/ illam

voluntatẽ ſeu intentionẽ que ſic ſup illũ
actum luxuriãdi fert ⁊ tendit/ ⁊ a minori
illũ actum ſi a caſu cõmitteret. cũ ex ſeipo
ſuaqꝫ natura ſit illi vltimo fini ſic princi/
paliter intẽto quo ad meritũ/ difformis ⁊
oppoſitus ad p̃dictam volũtatẽ ſeu intẽ/
tionẽ que ſic ſup eũ fert ⁊ tendit. ꝑuertẽs
⁊ corrumpẽs. nullo modo ad meritum re
formare poteſt. qn potiꝰ illa ꝑuerſa ⁊ cor/
rupta volũtas ⁊ intẽtio/ ipam vltimam ⁊
principalẽ intentõez ac omes alios fines
⁊ intentões procedẽtes/ deformat ⁊ quo/
dãmodo depꝛauat ꝑampliusqꝫ ac grauí/
us faceret actus ſi a caſu cõmitteret ¶ Et
ratio horũ eſt. quia vna volũtas ſeu intẽ/
tio ex ſeipa ꝑuerſa ſeu corrupta. plures
voluntates ſeu intẽtiones alias ex ſeipſ
bonas depꝛauare poteſt/ ſed nõ econtra.
Vna eteni bona voluntas ſeu intentio/
nõ poteſt plures ex ſeipſis malas/ bonas
efficere. immo nec plures bone etiã ſein/
uicem conſequẽtes/ vnã ex ſeipa malã bo
nam efficere poſſunt. Quia vt in ſupiori
bus ſepe dictũ eſt. ad bonitatẽ ⁊ rectitudi
nem alicuiꝰ voluntatis ſeu intentõis plu
ra neceſſe habent ꝯcurrere. ꝙ ad eius ma
liciã ſeu corruptõem. immo ad eius ma/
liciã ſeu corruptiõem ſufficit defectꝰ vniꝰ
eorũ que ad bonitatẽ ⁊ rectitudinẽ cõſti/
tuendã neceſſario reqͥrunt. ¶ Intelligãt P
etiã ea que ſic ſtati ſupra: tam de actuũ in
teriorũ ipſiꝰ voluntatis. ꝙ etiã actuũ exte
rioꝝ exinde cõſequẽtiũ ꝑ principalẽ ⁊ fi/
nalem intentiõez quoad meritũ vel deme
ritũ. informatõe dicta ſunt. qñ hmõi pn/
cipalis ⁊ finalis intẽtio. tales actus inte/
riores volũtatis/ ⁊ a fortiori ipſos actus
exteriores ſi exinde conſequant/ precedit
vel cõcomitat. Nam ſi huiuſmõi princi/
palis ⁊ finalis intẽtio tales actus ſubſeq
ret: aliter veniret dicendũ. ¶ Eteni vt iam
ſtatim innui viſum eſt. triplici quãtũ ad
hanc materiã cõcernit poteſt ipſa inten/
tio. ſiue de recta/ ſiue de ꝑuerſa ⁊ corrupta
accipi velit/ reſpectu ſupra dictoꝝ actuũ.
tam ſcꝫ interioꝝ ipſius volũtatis ꝙ exte
rioꝝ inde cõſequentiũ/ cõſideratiõe com
prehẽdi. Vno modo vt eos p̃cedẽs. alio
modo vt eos cõcomitans. alio mõ vt eos
ſubſequẽs: ¶ De intentiõe autem/ predi
ctos actus precedẽte. quomõ ⁊ qñdo eos
quoad meritũ ⁊ demeritũ informare ha/
beat ⁊ iformet. ſatis in ſupioribꝫ tractatũ

⁊ declaratũ eſt ¶ De intentõe vero/hmõi
actus cõcomitãte/hoc idẽ ſcꝫ quõ ⁊ quã/
do eos infoꝛmare habeat ⁊ infoꝛmet.ex ſu
ꝑius etiã tractatis clare elici et cõcipi po/
teſt. Eteni ſi intẽtio tales actus pꝛecedẽs
ipſos quo ad meritũ ⁊ demeritũ iuxta ta/
men modificatõnes ⁊ declaratiões ſupꝛa
etiã tactas infoꝛmare poteſt ⁊ qñqꝫ infoꝛ
met.hoc idẽ nõ dubiũ/iuxta eaſdẽ tamen
modificatões facere poterit ⁊ valebit intẽ
tio ipos actus realiter ⁊ de facto cõcomi/
tans ¶ Quo vero ad intentiõeꝫ tales inte
rioꝛes volũtatis actus. ac etiã exterioꝛes
exinde ꝓuenientes ſubſequentẽ ſeu ſuꝑ ac
cedentẽ/aduertenda ſunt q̃ ſequũtur. Et
pꝛimo quantũ ipos actus interioꝛes vo/
luntatis in ſe ⁊ abſolute cõſideratos con
cernit/ꝙ intentõ/ hmõi interioꝛis actus
volũtatis/ſubſequens ſeu ſuꝑaccedens/
nullo modo ex ſeipſa poteſt eos q̃ ad me/
ritum vel demeritũ infoꝛmare.i. meritoꝛi
os vel demeritoꝛios efficere/niſi quatin⁹
illi actus interioꝛes volũtatis/cũ illa ſub/
ſequẽti ſeu ſuꝑaccedẽti intentõe reiterarẽ
tur. Ut gratia alicui⁹ exẽpli ad claꝛioꝛem
ſemꝑ intellectũ. vt aliquis vult ⁊ in mẽte
diſponit ire de roma in hirl'm. ⁊ ꝑ hoc ſi/
bi equũ ⁊ alia neceſſaria pꝛeparat.nõ qui
dẽ pꝛo tũc nec ꝑ pꝛius relatõe ſeu reflexio
ne quacũqꝫ habita in deũ.ſꝫ foꝛſan (vt in
terdum cõtingit) ſola cauſa ſocietatis vel
alia.vult poſtmodũ iſte dictã ſuam volũ/
tatem ſeu pꝛopoſitũ qḋ ſic habuit/ in de/
um referre.vt ſcilꝫ illḋ pꝛopoſitũ ⁊ volun
tatẽ quã ſic de eundo in hierl'm ſimplicit̃
habuit.habuerit intentõem deo ſeruien/
di ⁊ complacẽdi. Iſta intentio ſic ſibi ſu/
ꝑueniens:nullo modo põt ex ſeipa illum
actũ interioꝛẽ voluntatis ſeu illud ꝓpoſi/
tum quod ſic ꝑ pꝛi⁹ de eundo in hirl'm ha
buit/ ifoꝛmare. ſic ſcꝫ ꝙ eius bonitas ſeu
meritũ/ex iſta ſubſequẽti ⁊ ſuperaccedẽti
intẽtione dependere poſſit.niſi iterũ illũ
interioꝛẽ actũ voluntatis ſeu ꝓpoſitũ/cuꝫ
iſta intentiõe ſubſequẽti/ille homo reite/
raret.ſic ſcꝫ ꝙ illã voluntatẽ et ꝓpoſitũ qḋ
ſic de eũdo in hirl'm ſimpl'r habuit/reba/
beret intentiõe deo ſeruiẽdi ⁊ complacẽdi
qḋ ſi faceret/et a caſu in dicto ſuo ꝓpoſito
ſine ſua culpa impediret̃/iſte actus volun
tatis ſic cũ iſta intẽtione ſubſequẽte reite
ratus meritoꝛi⁹ eſſet.vbi pꝛioꝛ ⁊ ꝑcedens
nõ fuiſſet Et rõ clara eſt.qꝛ iam ille interi

oꝛ actus voluntatis ſeu illud pꝛopoſitũ/
ſic iſtam intentõeꝫ ſubſequentẽ pꝛecedẽs
tp̃e quo iſta intẽtio accedit/eſt quaſi in fa
ctum eẽ.⁊ quodãmodo in ꝑterito ⁊ nõ eẽ
quare niſi reiteraret̃/nullo modo videt̃ ꝑ
ſubſequentẽ intentionẽ infoꝛmari poſſe.
¶ Quo vͦ ad ipſos act⁹ exterioꝛes.ex ipſ
ſcꝫ interioꝛib⁹ actibus voluntatis pꝛoue Q
nientes.hmõi act⁹/ſub duplici ſpecie/du
plicıqꝫ qualitate quantũ ad hãc materiã
ꝑtinet/cõſideratõni occurrũt. Sũt eteni
aliqui reſpectu pꝛime ſpeciei. ſimplices
in ſe.i.qui de ſua natura etiã ſi quẽdã ſuc
ceſſum habeãt.nõ tamẽ ex pluribꝫ ⁊ diuer
ſis alijs actib⁹ de ſe cõpletis vel longo tra
ctu tempꝛis ſubſiſtere ſeu conſtare habẽt.
vt gratia exempli. Dare vnam elemoſinã
celebꝛare vnã miſſam.et hmõi. Alij vero
ſunt ⁊ ſecũde ſpeciei. cõpoſiti in ſe.i. q̇ de
ſui natura ex pluribꝫ ⁊ diuerſis alijs acti/
bus de ſe cõpletis.vel ex longo ⁊ in diuer
ſa tempꝛa tractu ſubſiſtere ⁊ cõſtare habẽt
vt gratia exẽpli. Diu in religione viuere.
in longã ꝑegrinatõem ire.⁊ hmõi ¶ Rur
ſus poſſunt pꝛedictaꝝ duaꝝ ſpecieꝝ act⁹
ſub duab⁹ diuerſis q̃litatib⁹ (vt tactũ eſt)
cõſiderari Uel ſcꝫ put ſunt in factũ eſſe.i.
ꝑfecti ⁊ cõpleti. Uel prout ſunt adhuc in
fieri.i.iam incepti ⁊ nondũ ꝑfecti ſeu com
pleti. De quib⁹ magis ꝑ exẽpla ſubinſer/
ta liq̃re poterit. ¶ Pꝛemiſſa igitur ad ꝓ/
poſitũ applicãdo dici poteſt.ꝙ act⁹ ꝑme
qualitatis ſcꝫ q̇ ſunt in factũ eſſe.i.ꝑfecti ⁊
cõpleti/cuiuſcũqꝫ pꝛedictarũ ſpecieꝝ exi/
ſtant.ſiue ſcꝫ ſimplices ſiue cõpoſiti.intẽ
tio ſubſequẽs ſeu ſuꝑaccedẽs. nullo mo/
do poteſt ex ſeipa quoad meritũ vel deme
ritũ infoꝛmare. Nec taliũ actuũ bonitas
ſeu malicia ex dicta ſubſequẽti ſeu ſuꝑac/
cedenti intẽtione depẽdere. Ratio clara
eſt.qꝛ tales actus cũ ꝑfecti ⁊ cõpleti et ſic
trãſacti ſunt.nõ ſunt amplius in eſſe. qḋ
autẽ ampli⁹ in eẽ nõ exiſtit.nõ poteſt am/
plius per aliud ſubſequẽs infoꝛmari.nec
ab eo quoquo mõ dependere. Nec etiã iu
xta modicũ ſuꝑius tacta/poſſet actus in/
terioꝛ voluntatis/reſpectu taliũ actuũ ex
terioꝛũ ſic tranſactoꝝ.cum illa ſubſequẽ/
ti ſeu poſt accedẽti intentõe reiterari. Ut
gratia exẽpli.et pꝛio de actu ſimplici. De
dit aliquis cuidã indigẽti vnũ floꝛenum
nihil tũc nec ꝑ ante/reſpectu iſtius datio
nis de deo cogitãs.ſꝫ qꝛ foꝛſan ille idigẽs

vicin⁹ ſuus erat vel alias ſibi gratus. Si
ſupaccedat iſti vel ſubſequať intentõ ꝙ il
lum florenū voluerit dediſſe ob dei reuerē
tiam ⁊ honorē/iſta intētio ſic ſubſequēs
ſeu ſupaccedēs/nullo mō quoad meritū
poteſt ex ſeipa illū actū ſcꝫ illā dationē il/
lius floreni informare. ꝙ ſcꝫ eā meritoriā
faciat. qꝛ iā illa datio añ acceſſum iſti⁹ ſu/
puenientis intentōis trāſijt. nec eſt ampli
us ineſſe ſicut nec pt̄ informari. Nec etiā
reſpectu eius poſſet act⁹ interior volūta/
tis cū iſta ſubſequēti ⁊ ſupuenienti inten/
tione reiterari. De actu vero cōpoſito ſi/
militer exēplificari pt̄ de illo q̇ de deo ni/
hil tūc. nec p antea reſpectu hui⁹ cogitās.
nec tūc quicq̃ꝫ in deū deflectēs ſeu referēs
fuerit de roma in birlin. Si eni talis/cō
pleto dicto ſuo viagio/ velit illud in deū
referre intētōne qꝫ dei honoris feciſſe. iſta
intentio ſupueniēs/nullo mō pt̄ illū actū
ſic cōpletū ſcꝫ illud viagiū quoad meritū
informare. Nec etiā poſſet actus interior
ipſius volūtatis reſpectu eius cū illa ſub/
ſequēti ⁊ ſupaccedēti intentōe reiterari iu
xta quod ſatis declaratū eſt. ¶ Actus v̄o
ſcōe qualitatis q̇ ſcꝫ ſunt adhuc in fieri. i.
iam incepti ⁊ nōdū completi. qd̄ ſic notā
ter dicit. Eteni ſi nondū incepti eſſent. in
tentio tunc ſupueniēs nō poſſet reſpectu
eoꝝ dici ſubſequēs. ſeu poſt accedēs. ſi eti
am ꝯpleti eſſent iā ſupra declaratū eſt. q̇d
talis intentio opaređ. Hmōi igiť actus
prout in ſeipř in ſuo qꝫ eſſe totali conſide
ranť/ intentio ſubſequēs ſeu ſupaccedēs
poteſt ex ſeipſa q̄ad meritū vel demeritū
ſm q̇d informare. ⁊ ſm q̇d etiā nō iforma
bit. Secūdū q̇d eni nō informabit. qꝛ. ſ.
ps illius act⁹ ſi ſit actus de ſe ſimplex. oēs
etiā alij ſingulares act⁹ ex quib⁹ vna cum
alijs ille totalis act⁹ ſubſiſtit ⁊ cōſtat ſi ſit
actus cōpoſit⁹ q̇ dictā intentōeꝫ ſic ſubſe
quentē ⁊ ſupaccedentē preceſſerint. nullo
modo q̄ad meritū vel demeritū poterunt
ab ea informari. Scōm q̇d autē informa
re poterit. qꝛ illū totalē actū in ſe. necnon
ptem de eo reſtantē ſi ſit actus ſimplex. ac
oēs etiā alios ſingulares act⁹ ex q̇b⁹ ille to
talis actus ſubſiſtit ⁊ cōſtat ſi ſit act⁹ com
poſitus/illā ſupaccedentē ⁊ ſupuenientē
intētionē ſubſequētes/meritorios vel de
meritorios efficeret. Ut grā exēpli. ⁊ pͥo
de actib⁹ ſimplicib⁹. Vult aliq̇s ⁊ diſpo/
nit celebrare miſſam. tūc nec p antea reſpe
ctu huius celebratōis conſideratōem ſeu
relatiōem in deū habēns. ſed vel forſan p
pudore vitando. vel alia cauſa. Celebrat
iſte vſqꝫ ad eplam. poſtmodū vanitatem
ſuam cōſiderans/compūgitur ⁊ intentō/
nem ſuā reſpectu huius celebratōis in de
um referre incipit. ſic ſcꝫ ꝙ intētiōe hono
ris ⁊ reuerētie dei celebrare vult. Iſta in/
tentio ſupueniēs ⁊ ſupaccedēs: iſtū actū
ſimplicē qui eſt adhuc in fieri/ ſm q̇d in/
formabit. qꝛ ſcꝫ ipꝫ in ſe necnō partē que
de eo poſt illā intentōeꝫ ſupuenientē agē
da reſtabat. ac etiā omnes alios ſingula/
res actus ex quib⁹ ipſe totalis actus ſub/
ſiſtit ⁊ cōſtat. meritorios efficiet. ⁊ maxi/
me. qꝛ etiā reſpectu eoꝝ/actus iterior vo/
luntatis cū illa ſupaccedēti ſi intentiōe rei/
teratur⁹ eſt. ſm quid etiā iſta intētio iſtū
celebratiōis miſſe actū nō informabit. qꝛ
ptem que de eo añ acceſſuꝫ dicte ſupueni/
entis intentiōis acta erat ſcꝫ oīa añ eplāꝫ
dicta. nullo mō iformabit. nec meritoria
efficiet. qꝛ iam nō ſunt in ſe nec etiā reſpe
ctu eoꝝ poteſt actus interior ipſius volū/
tatis cū illa ſupuenienti ⁊ accedēti intentō
ne reiterari. De actibus v̄o cōpoſitis pōt
ſimiliť exēplificari. ⁊ primo de actu cōpo
ſito/q̄ad longū ⁊ ad diuerſa tempa tractū
ſeu ſucceſſum. iuxta exēplū iam ſupi⁹ po/
ſitum. de illo q̇ cauſa ſocietatis vel alia va
dit de roma in birlm. pactaqꝫ q̄rta ⁊ q̄nta
pte itineris/ mutat intentiōem ⁊ ꝓpoſitū
⁊ in deum reflectit. iſta intētio ſic ſupacce
dens ⁊ ſupueniēs/iſtū totalē actum quo
ad q̇d informabit. ſcꝫ quo ad totalē actū
in ſe. ⁊ quoad oīa que de eo poſt acceſſum
dicte intentiōis agenda reſtabāt. vtputa
reliquū itineris. labores picula ⁊ expēſas
quas amodo ſuſtinebit ⁊ faciet. q̄s meri/
torios efficiet. Quoad q̇d etiā non infor
mabit. qꝛ ſcꝫ illā ptem itineris ante facti:
laboreſqꝫ picula ⁊ expenſas p prius habi
tos ſꝫ factos/ nullo modo pt̄ ex ſe merito/
rios efficere vt iā ſtatim de celebrāte miſ/
ſam declaratū eſt. Poteſt etiā ſp ad maio
rem declaratiōem/de actu ex diuerſis ſin/
gularib⁹ actib⁹ cōpoſito/ſimiliť. exēplifi/
cari de paupe. q̇ ſola cauſa victus lautio/
ris hn̄da/vel alia nō de ſe meritoria. itrat
religionē. ⁊ ibi ſub tali intētōe aliquādiu
vtputa quatuor aut quinqꝫ annis viuit.
pluresqꝫ act⁹ ad regulā ptinētes/ nō mu/
tata pria cā ſeu prio ꝓpoſito ſui igreſſus/

facit ⁊ exequit̄. Cognoſcit iſte defectū ſu/
um. cōpunctuſq; ꝓpoſitū ⁊ intētionē ſuā
mutat. oīaq; in deū referre incipit. ⁊ in/
tentōe deo ſeruiendi ⁊ ad regulā ſuā amo
do in dicta religiōe vult viuere. Iſta ſub
ſequēs ſupaccedēſq; intentō/ iſtū actum
viuendi in religiōe ſm̄ quid informabit.
quia ſcʒ quo ad ip̄m actū in ſe ac etiā om/
nes alios ſingulares actus. qui poſt illaʒ
ſupaccedentē intentōem fient. q2 eos me/
ritorios. ⁊ iſtum vere religioſum q̇ prius
nō erat/ efficiet. Quo ad quid etiā non in
formabit. quia oēs alios ſingulares actꝰ
precedētes. meritorios efficere nō poteſt.
Nec etiā reſpectu eoꝝ. cum tranſacti ſint
poteſt actus interior volūtatis cum iſta
ſupaccedēti intentōe reiterari. Et ad iſtō
ꝓpoſitū reſpectu ſcʒ iſtoꝝ actuū qui ſic in
fieri exiſtūt ⁊ intentōis ſupaccedentis/ ſa
tis pertinere videt̄ illud beati Gregorij in
omelia. Reſtat vt quiſq; ille eſt q̇ ad ſup/
nam patriā tēdit/ nequaq̄ ſe a vicijs pro
mundi huius honeſtate cōtineat. Qui ⁊
ſi quedā aliq̄ndo bona pro honeſtate in/
choat/ in eius intētione nō debet ꝑmane
re. nec ꝓ bono opē/ preſentis huiꝰ mundi
gloriā q̄rere. ſed totā ſpem in redēptoris
ſui aduentu cōſtituat. ⁊c̄. Ecce mentio de
bonis inchoatis/ ⁊ de mutatōe intentio/
nis ⁊c̄. ¶ Et put in ſupiorib; exemplifica
tum eſt de informatōne ipoꝝ actuū quo
ad meritū. ſimili modo exemplificari faci
le eſt de eoꝝ informatōe quo ad demeritū
cū eadem quo ad hoc ratō exiſtat. ¶ Re/
ſolutio finalis eſt iſta. ꝙ intētio actus/ tā
interiores ipius volūtatis/ q̄ȝ exteriores
ex ipis procedētes/ qui realiter ⁊ trāſacti
ſunt. ſubſequēs ſeu ſuperaccedens/ nullo
modo poteſt ex ſeipſa eos quo ad meritū
vel demeritū iformare. Et vero dicat̄ actꝰ
interior volūtatis cum intentōe ſubſeq̄n
ti ſeu ſupaccedēti reiterari. ⁊c̄. Jam ꝓprie
loquēdo illa reiteratio eſſet nouꝰ volunta
tis actus. ⁊ ſic reſpectu eius poſſet ⁊ debe
ret dici intentō ꝯcomitās ⁊ nō ſubſeq̄ns
Sed iſta ꝓ mediocrib; ⁊ ſimplicib;/ et q̄
magis conſcientiarū ſcrupuli cognoſci ⁊
quietari valeāt vt ſepe tactum eſt/ ita late
R ſpecificari ⁊ ꝑ exempla declarari libuit
Notandū inſup ⁊ poteſt poni vt ſeptima
regula. Septima regula ꝙ actō corꝑalis
poteſt etiā meritorie ad aliquē finē tp̄alē
referri. dūmodo finis ille temꝑalis. in de/
um finaliter referat̄. Actō vero ſpūalis vt
predicatio oratō ⁊ hmōi. nullo modo po
teſt meritorie ad finē temꝑalem referri. eti
am ſi illō temꝑale finaliter in deū referat̄.
Et hoc eſt in effectu qđ dicit. Aug. Debe
mus mādūcare vt euāgeliſemꝰ. nō autem
euāgeliſare vt māducemꝰ. ¶ Aduertēdū
preterea ꝙ etiā ꝑ modū cuiuſdā regule et
hec ꝓ octaua poni poteſt. Octaua regula
ꝙ ſi in aliquib; actib; ſeu actionibus/ ad
diuerſos fines ſibiīuicē ſubordinatos
tendentibꝰ/ primꝰ vel medius finis ſeu ꝓ
pinq̄or intētus ponat̄ ſeu cōſtituatur ali
quod tēꝑale. ordo talis eſt ꝑuerſus. atq;
hmōi ſic ad iſtos fines ordinari demeri/
torij. Bene tamē etiā meritorie licitū eſt/
duos fines in aliquo actu cōſtituere ⁊ in/
tendere. vnū ſcilʒ temꝑalem. ⁊ aliū eternū
dūmodo illud quod eſt eternū/ ſit princi/
palis ⁊ vltimus finis intētus. ⁊ nō econ/
tra. Ut gratia exēpli de iſtis duob; mem/
bris. Optabit aliq̄s ſufficiēs ⁊ idoneꝰ ſʒ
indigens/ beneficiū eccleſiaſticū. vt ſcʒ ha
beat vnde vitā ſuam ſuſtētaret. ⁊ vt etiam
maiorē habeat occaſionē et facultatē deo
debite ſeruiendi. Hic ſunt duo fines lici/
te intenti. vnus tēpalis. ⁊ alius eternus.
Si igit̄ iuxta primū membrū huiꝰ nota/
bilis ſeu regule/ finis ꝑmꝰ ſeu ꝓpior ſit ip
ſum dei ſeruitiū debite facere. ⁊ finis vlti/
mus ⁊ pricipalis ſit ſuſtentatōem vite ha
bere. tūc ordo eſt ꝑuerſus ⁊ actus ad hos
fines ordinati de ſe quo ad ſalutē eternaʒ
adquirendā/ demeritorij. Si vero cōtra/
rio modo procedat intētio. ſic ſcʒ ꝙ finis
primus ſeu ꝓpinq̄or ſit ſuſtentatōem vite
habere. et finis vltimus ac pricipalis/ ſit
ip̄m dei ſeruitiū facere. tūc ordo eſt rectꝰ et
bonus. actuſq; ad hos fines debite ordi
nati quo ad ſalutē eternā adquirēdā me/
ritorij. ¶ Et hec q̄ ad materiā intētionis
ac finis actiōis ⁊ opatiōis q̄ntū huic tra
ctatui cōgruere viſum eſt/ dicta ſufficiāt.

## De eſſe natura et qualitate conſcientie. S

q

Quo vero ad eſſe ſeu naturaʒ ac
qualitatē conſciētie. eſt primo
ſciendū. ꝙ cōſcientia put ꝓprie
tas vocabuli de ſe ſatis connotat/ duo di
cit ⁊ importat ¶ Primo dicit ⁊ importat
ſciētiam. et ſm̄ hoc conſciētia dici poteſt
q̄dā habitꝰ naturalis. nō ſolū cognitiuꝰ.

ſed etiã motiuus. Mouet enĩ et inclinat
animã ad bonũ ꝓſequendũ. ⁊ malũ fugi-
endum. Et iſto modo inquantũ ſcʒ ſcien
tiã dicit ⁊ importat/habet ſe vt ſupius. cõ
iungiturq; ipſi primo habitui naturali/
ſupiorıq; lumini ratõis quod ſynderеſis
dicit᷑. ita ꝙ propter hoc aliqui. vt hieroni
mus ⁊ alij ipam ſindereſim prout in ſupi
oribus tactũ eſt/conſcientiã ſeu conſcien
tie iudiciũ dicere voluerint. Et tũc cõſciẽ
tia de ſe ſemꝑ recta eſt. nã tũc circa vniuer
ſalia agibiliũ ſicut ipſa ſindereſis verſat᷑.
¶ Secũdo vero dicit ⁊ importat cõſciẽ-
tia ⁊ magis ꝓprie. quandã acceptõem ſeu
acceptatõem ex parte ratõis. Etenĩ cõſci-
entia ꝓprie loquendo nihil aliud eſt q̃ ap
plicatio quedã ſeu ordinatõ ſciẽtie ad ali
quẽ actũ. ſcientia aũt in rõne eſt. qd̃ ſatis
denotat hec prepoſitio cum. dicit᷑ enĩ con
ſciẽtia quaſi cũ alio ſciẽtia. Et tũc conſci-
entia ꝓprie loquẽdo mag' eſt actus q̃ ha-
bitus ſeu potẽtia. Iſtoq; modo ſe habet
vt inferius. magisq; coniũgitur rõni ſim
plici. imo tunc dicit᷑ quoddã dictamẽ rõ-
nis. Et hoc modo nõ ſemꝑ de ſe eſt recta.
immo freq̃nter errorẽ recipit. quia tũc cũ
ſcʒ ſic ipſi rõni ſimplici coniũgit᷑ habʒ cir
ca ꝑticularia ⁊ ꝑ modũ cuiuſdã cognitio
nis ſeu inquiſitõnis verſari. in quibꝰ fre-
quent᷑ error ⁊ errare cõtingit. ¶ Que cla-
rius ꝑ exemplũ nonnullorũ doctorũ cõci
pi poſſunt. Formãt enĩ quendã quaſi cõ
ſciẽtie ſilogiſmũ. Cuius ſynderеſis maio
rem ꝓponit quaſi generalẽ ⁊ vniuerſalem
ſic. Nullũ malũ eſt faciendũ. Cui cõſcien
tia ſe iuxta primã ſui importatiõeʒ ſeu cõ
notatõem/ipſi ſynderеſi cõiungẽs ſine q̃
cunq; difficultate aſſentit. nec tunc errat
Quia circa hmõi maiorẽ. ñ eſt error. For
mat deinde ratõ ſub iſta maiore vnã mi-
norẽ/ad aliquẽ caſum ſeu factũ ꝑticulare
deſcendẽdo. ſic Et hoc eſt malũ. Cui mi-
nori ſi conſciẽtia ſe iuxta ſcd̃am ſui ipor-
tatõem ſeu connotatiõeʒ ipſi ratõi cõiun
gens aſſentiat. poteſt errare ⁊ poteſt non
errare. Infert demũ conſciẽtia ex iſtis du
abus ꝑmiſſis cõcluſionẽ ſic Ergo hoc nõ
eſt faciẽdũ. Que cõcluſio ſimiliter erit fal
ſa vel vera. prout ſcʒ ipſa ratio ⁊ conſcien
tia ſe illi coniũgens in illa minore erraue
rit. ¶ Ex etiã conſciẽtia ꝓut magis ꝓprie
et magis cõiter ſumit᷑ ſcʒ dum magis rõi
ſimplici coniũgit᷑/dicat quandã applica
tionẽ ſeu ordinationẽ ſcientie ad aliq̃d.
ſicq; magis actum quendã q̃ habitũ ſeu
potentiã importet. patʒ ex his que ipſi cõ
ſcientie attribuũtur. ſcʒ teſtificari. accuſa
re. remordere. reprehendere. excuſare. in-
ſtigare. ſtimulare. remurmurare. incitare:
ligare. retrahere. Que oĩa (vt clarũ eſt)
conſequũtur quandã actualẽ applicatõ-
nem alicuius cognitiõis ſeu ſciẽtie ad ea
que agunt᷑. Que quidẽ applicatõ triplici
ter habʒ fieri ſm̃ diuerſitatẽ triũ tempoꝝ.
videlicet preteriti preſentis ⁊ futuri. Uno
etenĩ modo ⁊ reſpectu preteriti temporis
habet dicta applicatio fieri. dum ſcʒ reco
gnoſcit᷑ aliquid factũ vel nõ factũ eſſe. Et
ſm̃ hoc conſciẽtia de hoc ꝙ ſibi vel in ma
lo cõmiſſo vel in bono omiſſo aut econ-
uerſo cõſcia eſt ꝯtra mentẽ. teſtificat᷑ eãq;
vel accuſat. remordet. ⁊ repħendit vel eti-
am excuſat. Alio modo reſpectu ꝑſentis
tempis habet dicta applicatio fieri. dum
ſcʒ aliquid faciẽdũ imminet vel occurrit
Et ſm̃ hoc cõſcientia ꝓut de illo in bonũ
vel malũ. ſm̃ iudiciũ rõnis ꝑ applicatio-
nem ſciẽtie ſeu cognitõis ad illd̃ iudican
tis ſibi conſcia eſt mentem ipſam facere
vel nõ facere. inſtigat ⁊ ſtimulat ⁊ recalci-
trat. Alio modo ⁊ reſpectu futuri tempis
habet dicta applicatio fieri dũ ſcʒ conſci-
entia ad aliqua in futurũ facienda vel nõ
facienda ꝓut ſibi de eis ſm̃ iudiciũ rõnis
ꝑ applicatõnem ſciẽtie ſeu cognitiõis ad
illa iudicãtis. conſcia eſt mentem ipſam
incitat ⁊ ligat vel re-
trahit. ¶ Plures a diuerſis doctoribꝰ aſ-
ſignant᷑ ꝯſciẽtie deſcriptões Una a Ioh.
damaſceno. ꝙ cõſcientia eſt lex intellectꝰ
noſtri. Alia a baſilio. ꝙ conſcientia eſt rõ
nale iudicatoriũ. Alia ꝙ eſt cognitõ ſui-
ipſius. Alia ꝙ conſciẽtia eſt habitus men
tis. boni ⁊ mali diſcretiuꝰ. Alia ꝙ conſci-
entia eſt credulitas intentiõis ad aliquid
faciendũ vel nõ faciendũ. animi delibera
tione firmata. Ex iſtis cõſcientie diffini-
tionibꝰ ſeu diſtinctõibꝰ. que in effectu bñ
reſoluẽdo in idẽ coincidũt. colligi põt ꝙ
cõſcientia reſpicit ⁊ cõcernit/tam facta q̃
faciẽda. immo oĩa tempꝑa reſpicit. vt ſa-
tis declaratum eſt.

## De conſcientia in- z

diſcreta. ¶ Notare ſolent aliq̃. conſciẽtiã
nimis largã/⁊ etiã nimis ſtrictã cauẽdaʒ

fore aliquas rōnes aſſignātes Vnam ſcʒ
quia cōſciētia nimis larga generat ꝑſum
ptionē. Nimis vero ſtricta deſꝑatōnem.
Aliā quia cōſciencia nimis larga frequē/
ter illud qđ eſt malū dicit bonū Nimis ve
ro ſtricta ecōtrario ſepe dampnat ſaluādū.
Quod nō prout verba iacēt de ſe ſic ſim
pliciter accipiendū eſt. ſed ꝑ quādā deno/
tatōem. ⁊ maxime in indifferētibꝫ. que ſcʒ
vt ſepe tactū eſt/ nō habent ex ſe ſuoqꝫ ge/
nere ꝙ ſint bona vel mala. meritoria vł de
meritoria. Eteni cōſciencia larga/ cōiter ⁊
de pluribꝫ que freq̄ntiſſime occurrūt nul/
lum remorſum habʒ. ⁊ ſic plura ſepe facit
que ſic faciendo nō peccat. In quibꝫ tn̄ ſi
remorſuʒ haberet/ peccaret Exindeqꝫ plu
ra peccata euitat q̄ alias incurreret ⁊ com
mitteret. Conſciētia vero nimis ſtricta/
ecōtrario cōmuniꝰ et quaſi de oīmibus et
frequētiſſime ſine cauſa remorſum habet
⁊ dubitat Et cū plurima neceſſario facere
habeat. plurima facit. que ſic cū remorſu
faciendo peccat. in q̄bus tn̄ ſi remorſum
nō haberet/ nō peccaret. Exindeqꝫ plura
peccata incurrit ⁊ cōmittit. q̄ alias nec in
curreret nec cōmitteret ¶ Circa quod ac
etiā circa plurima tā iam dictoꝝ q̄ꝫ dicen
doꝝ bene notādū ⁊ aduertendū venit. Q̄
aliud eſt cōſciencia. aliud timor cōſciētie.
Qđ in effectu eſt dicere. ꝙ magna eſt dif/
ferentia inter habere de aliq̄ ſeu facere cō
ſcientiā ⁊ intelligaꝝ formatā. ⁊ hr̄e ſolum
timorē conſcie. quē aliq̄ ⁊ bene cōiter ſcru
pulū conſcie vocāt. Conſcia eteni ꝓut iā
dictū eſt ſcʒ formata eſt qn̄ finaliꝝ. i. poſt
diſcuſſionē ⁊ deliberatōem/ ex diffinitiua
ſentētia rōis iudicaꝝ ⁊ firmaꝝ aliq̄d eē fa/
ciendū aut ꝓſequēdū. vel nō faciēdū aut
vitandū Et cōtra talem cōſcientiā forma
tam facere/ etiā ſi erronea ſit. ſic ſcilʒ ꝙ rō
in ſic diſcutiendo deliberādo ac diffiniē/
do errauerit/ eſt pctm̄. ¶ Timor vero cō/
ſcientie ſeu ſcrupulꝰ eſt. qn̄ nō ſic finaliter
id eſt poſt diſcuſſionē ⁊ deliberatiōem ex
diffinitiua ſentētia iudicatur. ⁊ firmaꝝ ali
quid eſſe faciendū aut ꝓſequendū. vel nō
faciendū aut vitandū. ſed mens inter du
bia vacillat. neſciēs quid ſit meliꝰ. nec ad
quid potiꝰ teneaꝝ Non tn̄ quoquo modo
vellet omittere quicq̄d ſciret eſſe placitū
diuine volūtati. Et cōtra iſtū timorē ſeu
ſcrupulū ꝯſcientie facere/ nō ſemꝑ eſt pec
catū. licet periculoſus valde ſit. ⁊ quantū
fieri poteſt abijciendus ⁊ extinguendus.
Cauſe iſtorū inferiꝰ ſubiūgenꝝ. ¶ Pro q̄ a
ſciendū ꝙ inter cetera que ſuꝑ pn̄ti mate/
ria cōſcientie ꝑ doctores tractanꝝ. due ſo/
lent licet diuerſimode formari ⁊ deꝝmina
ri queſtiones Ex quarū determinatōe/ tā
ſtatim dicta/ q̄ꝫ adhuc inferiꝰ in hac eadeʒ
materia dicenda: q̄ꝫ etiā plura alia que in
hoc tractatu circa materiā pctōꝝ morta/
lis ⁊ venialꝝ tractata ſunt/ ⁊ adhuc forſan
tractabūtur: clarius intelligi poterūt.
Prima igiꝝ queſtio ſic tractari ſolita eſt.
Vtꝝ cōſcia errās obliget. Scđo vtrum
conſciētia errans/ excuſet ¶ Circa primā
iſtarū duarum queſtionū

## Vtrū ſcʒ cōſciētia

errans obliget: qđ vt ponit btūs Thom̄.
prima ſcđe ſue ſumme eſt idē in effectu ꝙ
querere. vtrū volūtas a rōne errāte diſcor
dans/ ſit mala ⁊ peccet. Cōformiꝝ ad aliq̄
ſupra tactoꝝ/ triplicē diſtinxerūt nōnulli
actuū qualitatē. videlicʒ ꝙ aliq̄ ſunt de ſe
ex ſuoqꝫ genere ſeu natura/ boni Alij ſunt
de ſe ex ſuoqꝫ genere ſeu natura mali. Alij
ſunt indifferētes ſcʒ qui de ſe ex ſuoqꝫ ge/
nere ſeu natura nō habēt ꝙ ſint boni vel
mali. vt leuare feſtucā de terra vel mouere
manuū. ¶ Dicūt ergo in effectu. ꝙ reſpe/
ctu actuū duaꝝ ꝑmaꝝ qualitatū/ ſi ratio
vel cōſcientia de ipſis iudicet ⁊ dictet ꝫm
verū eoꝝ eſſe. ſuāqꝫ propriā naturā. vtpu
ta qꝛ aliquid qđ de ſe ex ſuoqꝫ genere ſeu
natura bonū eſt ratō iudicet vt bonum. ⁊
exinde ꝯſcientia dictat hominē teneri ad
illud faciendū. vel aliq̄d qđ de ſe ex ſuoqꝫ
genere ſeu natura malū eſt ratō iudicat vt
malū. ⁊ exinde conſciētia illud dictat eſſe
ꝓhibitū ⁊ ſic nō faciendū. Nullꝰ eſt ibi er
ror imo rectū iudiciū. Eadē eteni rōne ꝓ
cipiūtur bona ⁊ ꝓhibenꝝ mala. Sed ſi rō
vel cōſcientia de ꝑdictis actibꝫ iudicet et
dictet cōtra veꝝ eoꝝ eſſe. ſuāqꝫ ꝓpriā natu
ram/ vtputa qꝛ aliqđ de ſe ex ſuoqꝫ genere
ſeu natura bonū eſt: rō iudicat vt malum
et exinde cōſcientia illđ dictat eſſe ꝓhibi/
tum/ ⁊ ſic fugiēdū. vel aliq̄d de ſe ex ſuoqꝫ
genere ſeu natura malū rō iudicat vt bo/
nū. ⁊ exinde cōſcientia dictat hoīem tene/
ri ad illud faciendū. tunc ibi eſt manifeſtꝰ
error. taliſqꝫ rō ⁊ cōſcientia diciꝝ errans.
Et eodē modo reſpectu actuū tertie q̄lita
tis. ſi rō vel conſcia de eis dictet ⁊ iudicet

contra veꝝ eorũ eſſe ſuamqꝫ ꝓpriã naturã
vtputa/ qꝛ aliq̇d de ſe ex ſuoqꝫ genere ſeu
natura eſt indifferens. ratõ iudicet bonũ
vel malũ ⁊ exinde cõſciẽtia dictet hoĩꝫ te
neri ad illud faciendũ vel ꝓhibitũ ⁊ ſic nõ
faciendũ. Eſt etiã ibi error. ſed nõ tãtus.
eritqꝫ talis ratio ſeu cõſciẽtia errãs. ſꝫ nõ
tantũ ſicut in caſu ꝓcedẽti. ¶ Iuxta que
dicũt inſuꝑ predicti ꝙ ratio vel cõſciẽtia
circa actus tertie qualitatis errans. ſcꝫ q̇
de ſe ex ſuoqꝫ genere ſeu natura ſunt indif
ferentes. ſiue ſit in ꝓcipiendo ſiue in ꝓhi
bendo obligat. ita ꝙ voluntas a tali rõne
taliqꝫ cõſcientia ſic errãte diſcordãs. i. cõ/
trariũ illius qd̃ ſic iudicãt ⁊ dictãt faciẽs
eſt mala ⁊ peccat. Sed ratio vel cõſciẽtia
circa actus duaꝝ primaꝝ q̃litatũ errans
iudicãdo ſcꝫ ⁊ dictãdo ea que de ſe ex ſuo/
qꝫ genere ſeu natura bona ſunt vel neceſ/
ſaria ad ſalutẽ mala eſſe ⁊ ſic ꝓhibita ⁊ fu/
gienda. vł ea que de ſe ex ſuoqꝫ genere ſeu
natura mala ſunt bona eſſe ⁊ ſic ex debito
facienda nõ obligat. Vñ in talibꝫ volun/
tas a tali rõne taliqꝫ cõſcientia ſic errante
diſcordans. contrariũqꝫ illiꝰ qd̃ ſic iudi/
cat ⁊ dictat faciens. nõ eſt mala nec peccat
Et ratio ꝑt eſſe. quia nullo mõ videri ꝑt/
ꝙ aliq̇s ad id qd̃ de ſe ex ſuoqꝫ genere ſeu
natura malũ eſt/ poſſit et maxime ad hoc
ꝑ errorẽ ratiõis ⁊ cõſcientie teneri ſeu ob
ligari. cũ illud potius ex ſeipſo ꝓhibitũ
videat̃. Ergo cũ ad tale q̇d quis obligatꝰ
nõ exiſtat. imo ecõtrario videat̃ ab illo ꝓ/
hibitus/ videt̃ ꝙ illud nõ faciendo nulla
rõne peccare poſſꝫ. imo potius mereatur
Similiter nec ab eo qd̃ de ſe ex ſuoqꝫ ge/
nere ſeu natura bonũ eſt. poſſet q̇s ⁊ ma/
xime adhuc ꝑ errorẽ rõis ⁊ cõſciẽtie vt ta/
ctũ eſt prohiberi. cũ potius ex ſeipſo faciẽ
dum videatur. Ergo cũ a tali prohibitus
nõ exiſtat. imo potiꝰ ad illud videat̃ obli/
gatus. videt̃ ꝙ illud faciendo nulla rõne
peccare poſſit. imo potiꝰ mereat̃. Non ſic
autẽ eſt in indifferẽtibꝰ que de ſe ex ſuoqꝫ
genere ſeu natura nec bona nec mala exi/
ſtunt Et ideo faciliꝰ ex aliqua occaſiõe ſeu
circũſtantia. vtputa ex iudicio rõnis ⁊ di
ctamine cõſciẽtie poſſunt bona vel mala
effici. ⁊ exinde ad talia q̇s teneri ⁊ obliga/
ri vel ab eis ꝓhiberi. vt ſatis declaratũ eſt
¶ Sed iſtã poſitionẽ iſtũqꝫ modũ dicen
di ꝑtim approbat ⁊ ꝑtim impugnat bea/
tus Tho. li. ſupra notato. Inq̃ntũ enim
ponit ꝙ ratio vel cõſcientia circa actus de
ſe ſuoqꝫ genere ſeu natura indifferẽtes er/
rans/ obligat volũtasqꝫ a tali rõne taliqꝫ
conſciẽtia ſic errãte diſcordans mala eſt ⁊
peccat/ eam approbat. Sed inq̃ntũ vero
ponit ꝙ ratio vel cõſciẽtia/ circa actus de
ſe ex ſuoqꝫ genere ſeu natura bonos vł ma
los errãs nõ obligat/ nec volũtas a tali rõ
ne taliqꝫ cõſcientia ſic errãte diſcordans
mala eſt ⁊ peccat/ ipam impugnat. mon/
ſtrans ꝙ idẽ eſt dicendũ de rõne vel cõſci/
entia circa actus de ſe ex ſuoqꝫ genere ſeu
natura bonos vel malos errãte ſcꝫ ꝙ obli
gat. ⁊ ꝙ volũtas a tali ratõne taliqꝫ cõſci
entia ſic errante diſcordãs. mala eſt ⁊ pec
cat. Sicut dicit̃ de illa que circa actꝰ de ſe
ſuoqꝫ genere ſeu natura ĩdifferẽtes errat
¶ Et cauſam huiꝰ ex ſequẽtibꝫ effectuali
ter aſſignat. Certũ eſt enĩ ꝙ propriũ obie
ctum volũtatis ⁊ a quo ac ſm quod ipſiꝰ
volũtatis bonitas ⁊ malicia dependet et
accipi debet/ eſt illud quod ſibi a ratione
obiicit̃ ſeu ſupponit̃. Non q̇dem ſm ꝙ il
lud ex ſeipſo de ſuiqꝫ natura eſt. ſed ſm il
lam qualitatẽ in bonitate vel malicia ſm
quam ab ipa ratõne apprehendit̃ ⁊ ipi vo
luntati obiicit̃ ſeu ꝓponit̃ Eteni (vt freq̃n
tius ſupra dictũ eſt) ratio volũtatẽ moue/
re habet ⁊ mouet ſm ſui obiecti apprehẽ
ſionẽ ⁊ ſm illud qd̃ apprehẽdit. Certũ eſt
inſuꝑ (vt iam modicũ ſupra ſatis declara
tũ eſt) ꝙ ratio. etiã quod bene notandũ eſt.
credendo forſan ſe debite volũtati diuine
ꝯformare. licet tamẽ tũc erret. ꝑt q̃nqꝫ ali/
quod obiectum apprehẽdere ⁊ voluntati
obiicere ſeu proponere ſm aliã qualitatẽ
quã illud de ſe ex ſuoqꝫ genere ſeu natura
nõ habet. ſic ꝙ nõ ſolum cõtingere poteſt
in actibꝫ de ſe ex ſuoqꝫ genere ſeu natura
indifferẽtibꝫ. ſed etiã ⁊ eodẽ modo in caſi
bus q̇ de ſe ex ſuoqꝫ genere ⁊ natura ſunt
boni ⁊ mali. Claꝝ eſt enĩ ꝙ eodẽ mõ po/
teſt ratio aliq̇d quod de ſe ex ſuoqꝫ gene/
re ſeu natura bonũ eſt apprehẽdere. ac vo
luntati obiicere ſeu ꝓponere vt malum et
econtra ſicut illud quod de ſe ex ſuoqꝫ ge/
nere ſeu natura indifferẽs eſt poteſt vt bo
num vel malũ apprehẽdere. ac vt tale vo
luntati obiicere ſeu ꝓponere. Cũ ergo pre
dicta magis ad ꝓpoſitũ applicando ⁊ grã
alicuius exẽpli/ ratio aliq̇d quod de ſe ex
ſuoqꝫ genere ſeu natura bonũ eſt appre/
hendit vt malũ/ ⁊ ſicut malũ. ⁊ ꝑ cõſeq̃ns

dictante conſciētia fugiēdum ipſi volun
tati obījcit ſeu proponit. iā illud efficit̄ ⁊
eſt propꝛiū obiectū ipſius voluntatis. Nō
quidē ſub ratōne boni ⁊ tanq̃ bonum q̃
uis de ſe ex ſuiq̃ natura bonū exiſtat. qꝛ
nō eſt vt tale ab ipſa rōne appꝛehēſum et
vt tale ipſi voluntati obiectū ſeu propo/
ſitū. ſed ſub rōe mali ⁊ tanq̃ malū de per
accidens. et ſic fugiendū. qꝛ vt tale eſt ab
ipſa ratōne appꝛehēſum. ⁊ vt tale dictāte
etiā conſcīa ipſi volūtati obiectū ſeu ꝓpo
ſitum. ¶ Sic ergo vt videt̄ in iſto caſu ꝓ
pꝛiū obiectū volūtatis eſt malū ⁊ fugien/
dum. q̃uis vt tactū eſt in illō vt tale app̄/
hendēdo ac vt tale ipſi volūtati obījcien/
do ſeu ꝓponēdo: ipſa ratio ipſiuſq̃ cōſcīe
dictamē errauerit. Si nūc ergo ipa volū
tas tali rōi taliq̃ conſciētie dictamini q̃/
uis errāti cōtradicēdo in tale ſuū obiectū
feratur ⁊ ſe applicet. certū eſt ꝙ fert̄ ⁊ ſe ap
plicat in obiectū malū ⁊ dictāte conſcien
tia fugiendū. ⁊ ꝑ cōſequēs eſt mala ⁊ pec/
cat. cū volūtarie ferri ⁊ ſe applicari in ma
lum ⁊ fugiendū: ſit pctm̄. Nec inſpicit̄ ꝙ
vt ſepe dictū eſt. illud in qō ſic ipſa volun
tas fert̄ ſit de ſe ex ſuoq̃ genere ſeu natura
bonū. Quia vt in tale ipa voluntas non
fert̄ nec ferri poteſt in ipm̄. qꝛ vt tale non
eſt ſuum ꝓpꝛiū obiectū. ⁊ ꝑ cōſequēs etiā
nec ab eo vt a tali p̄t aut debet ipſius volū
tatis bonitas dependere ⁊ attendi. Cū iu
xta ſupꝛa tacta ipſius voluntatis bonitas
vel malicia/a ſui ꝓpꝛij obiecti: ñ quidē ve
ra eēntia ſeu natura ſed q̄litate ſub q̄ a rō
ne ſiue recta ſiue errāte appꝛehēdit̄. ipiq̃
voluntati obījcit̄ ſeu ꝓponit̄ depēdere ha
beat ⁊ attēdi. Et ſilr̄ hic eadē rōne dici p̄t
de illo quod de ſe. ex ſuoq̃ genere ſeu na/
tura malū eſt. ſi rō illud vt bonū app̄hen/
dat ⁊ vt bonū ⁊ ꝑ conſequēs ipa dictante
cōſcientia debitū ⁊ faciendū ipſi volūtati
obījciat ſeu ꝓponat. Nā illud propꝛiū ip
ſius volūtatis obiectū/ nō quidē ſub rōe
mali ⁊ tanq̃ malū q̃uis de ſe ſuiq̃ natu/
ra malū exiſtat. qꝛ nō eſt vt tale ab ipſa rō
ne appꝛehēſum. nec vt tale ipſi voluntati
obiectū ſeu ꝓpoſitū. Sed ſub rōne boni
⁊ tanq̃ bonū de ꝑ accidēs. ⁊ ꝑ cōſequens
debitū ⁊ faciendū. qꝛ vt tale eſt ab ipa rōe
appꝛehēſum. ⁊ vt tale dictāte etiā conſcīē
tia ipi volūtati obiectū ſeu propoſitū Et
ideo ſi volūtas tali rōni taliq̃ cōſcientie
dictamini cōtradicēdo/ tale ſuū obiectū
facere ⁊ adimplere recuſet. clarū eſt ꝙ bo/
nū ⁊ dictante cōſciētia debitū ⁊ faciendū
recuſat. qꝛ vt tale eſt ſuū propꝛiū obiectū
⁊ ſic eſt mala ⁊ peccat. qꝛ volūtarie quod
debitū ⁊ faciendū eſt. recuſare/ pctm̄ eſt ¶
Et ſi in caſibꝰ p̄dictis opponēdo diceret̄
ꝙ volūtas ſic tali rōni taliq̃ cōſciētie di/
ctamini erranti contradicēdo bn̄ mouet̄.
qꝛ fert̄ ⁊ ſe applicat in bonū ⁊ aufugit ma
lum ⁊ ſic ñ eſt mala nec peccat. imo bona
eſt ⁊ bn̄ facit. patet clare reſponſio ex ſtati
dictis. Non enī ſequit̄ ſi volūtas in illud
quod de ſe ex ſuoq̃ genere ſeu natura bo/
nū eſt ferat̄ ⁊ ſe applicet. vel illō qō de ſe ex
ſuoq̃ genere ſeu natura malū eſt aufugi/
at. ꝙ ꝓpterea bn̄ faciat ⁊ bona ſit. niſi illō
faciat ſub debita qualitate ac debito mō.
ſic ſcꝫ ꝙ ſi in illō qō bonū eſt ferat̄ ⁊ ſe ap/
plicet. hoc faciat ſub rōne boni ⁊ tanq̃ in
bonū. vel ſi illō qō malū eſt aufugiat hoc
faciat ſub rōne mali ⁊ tanq̃ malū. nō enī
quoad deū ſeu quo ad meritū vel demeri
tū inſpicit̄ tm̄ illud qō fit. ſed ſub qua q̄li
tate ⁊ quo mō ſeu animo illud fit. ¶ Nūc
ad ꝓpoſitū in caſibꝰ ſupꝛa dictis. licꝫ enī
vt ibi ſatis deductū eſt volūtas quo ad ꝓ
mū caſum ferat̄ ⁊ ſe applicet in illō qō de
ſe ex ſuoq̃ genere ſeu natura bonū eſt. nō
tm̄ hoc facit rōne boni ⁊ tanq̃ in bonū qꝛ
vt tale nō eſt ſuū ꝓpꝛiū obiectū nec ſibi vt
tale a rōe ꝓpoſitū. ſed fert̄ ⁊ ſe applicat in
illō ſub rōne mali ⁊ tanq̃ malū. Quia vt
tale eſt ſuūꝫ ꝓpꝛiū obiectū ſibiq̃ vt tale a
rōne ꝓpoſitū ⁊c. Et ſic licet in bonū ferat̄
⁊ ſe applicet/ nō tm̄ facit ſub illa bona q̄li/
tate nec bono mō ſeu aīo. ſed ſub mala q̄/
litate ⁊ malo mō maloq̃ aīo. ⁊ ideo talis
volūtas nō eſt bona nec bn̄ facit. ſed ē ma
la ⁊ male facit ⁊ peccat. Et idē de ſcdo ca/
ſu reſpectu illius qō de ſe ex ſuoq̃ genere
ſeu natura malū eſt. ſed a rōne errāte app̄
hendit̄ ipſiq̃ volūtati obījcit̄ ſeu ꝓponit̄
vt bonū. Nā licet tūc volūtas aufugiat il
lud qō de ſe ex ſuoq̃ genere ſeu natura ma
lū eſt. nō tm̄ illō facit ſub rōne mali ⁊ tanq̃
malū qꝛ vt tale ñ eſt ſuū propꝛiū obiectū
nec ſibi vt tale a rōne ꝓpoſitū. ſed illō au
fugit ſub rōe boni ⁊ tanq̃ bonū. qꝛ vt ta/
le eſt ſuū propꝛiū obiectū. ſibiq̃ vt tale ab
ipa rōne propoſitū. ⁊c. vt ſatis ibi dedu/
ctū eſt. Et ideo talis volūtas nō eſt bona
nec bene facit ſed mala ⁊ male facit ⁊ pec/
cat. ¶ Ad propoſitū p̄dictoꝝ duorum

caſuũ pro clariori eoꝝ ĩtellectu / poſſunt iuxta effectũ dictoꝝ ipius beati Thome poni duo exẽpla. ¶ Primũ exẽplũ reſpectu primi caſus. credere in xp̄m eſt per ſe bonũ ⁊ neceſſariũ ad ſalutẽ. ſed volũtas ĩ hoc bonũ nõ fert̃: niſi ſm quod ſibi a rõe obijcitur ⁊ proponit̃. Si ergo ipſi voluntati a ratione errãte proponat̃ vt malum ⁊ ſic dictante cõſcientia nõ faciendũ. ⁊ nihilominus ipa voluntas tali rationi taliqꝫ cõſcientie dictamini cõtradicẽdo. in illđ ferat̃ ⁊ ſe applicet. clarũ eſt ꝙ in illud feret̃ ⁊ ſe applicabit ſub rõne mali ⁊ tanq̃ꝫ malũ ꝛ nõ faciendum. Non qꝛ de ſe ſuiqꝫ natura malũ ſit. ⁊c̃. ſed eſt malũ ⁊c̃. de ꝑ accidens ex tali ſcꝫ apprehẽſione rationis q̃ vt malũ ⁊c̃. illud apprehẽdit. ⁊ vt malum ipſi volũtati ꝑponit. Et ſic talis volũtas de ſe erit mala ⁊ peccabit qꝛ voluntarie in malũ ⁊c̃. ferri ⁊ ſe applicare malũ eſt peccatum. Et ad hoc propoſitũ dicit philoſophus. vij. eth. ꝙ per ſe loquẽdo ille incontinẽs eſt qui nõ ſequit̃ rationẽ rectam ſed de ꝑ accidens Ille etiã incõtinens eſt qui nõ ſequit̃ rõem falſam. i. erroneã. ¶ Secundũ exemplũ reſpectu ſecũdi caſus. fornicari de ſe ex ſuoqꝫ genere ſeu natura. eſt quoddã malũ. ſed volũtas in iſtud malũ nõ fertur niſi ſm ꝙ ſibi a ratiõe obijcitur ⁊ proponit̃. Si ergo a caſu ipi voluntati a rõne errante proponat̃ vt bonũ ⁊ neceſſariũ ad ſalutẽ ⁊ ſic dictante cõſcientia vt debitũ ⁊ neceſſario faciendũ. ⁊ nihilominus ipa voluntas tali rationi taliqꝫ conſciẽtie dictamini cõtradicendo illud aufugiat facereqꝫ recuſat. claꝝ eſt ꝙ illđ aufugiet ⁊ facere recuſabit ſub ratõne boni et neceſſarij ad ſalutem. ⁊c̃. et tanq̃ꝫ bonũ et neceſſariũ ad ſalutem. nõ quia de ſe ſuiqꝫ natura bonũ ſit et neceſſariũ. ⁊c. ſed eſt bonũ et neceſſariũ. ⁊c. de ꝑ accidens ex tali: ſcꝫ apprehẽſione ratõis. que vt bonũ ⁊ neceſſariũ. ⁊c. ipi volũtati ꝑponit Et ſic talis voluntas de ſe erit mala ⁊ peccabit. qꝛ voluntarie bonũ ⁊ neceſſariũ ad ſalutem aufugere et recuſare facere. malũ et peccatum eſt. Non tamẽ (vt omnia ſane intelligant̃) innui credat̃ ꝑ predicta. ꝙ volũtas in caſu iſtius vltimi exempli / tali ratõni taliqꝫ rõnis dictamini ſic errãti ſe cõformando / bñ faceret. ſed ſolũ ꝙ etiã cõtradicendo male facit et peccat. quod quõ fieri poſſit inferius latius declarabit̃ ¶ Concludit igit̃ finaliter et ſimpliciter ipſe beatus Thom̃. poſt multa hincinde ꝑ eum allegata. ꝙ omnis volũtas a ratione ſiue recta ſiue errãte diſcordãs / ſit in illis ſeu circa illa que de ſe et ſuoqꝫ genere ſeu natura indifferentia ſunt / ſiue in his et circa ea que de ſe ex ſuoqꝫ genere ſeu natura bona vel mala exiſtunt: ſemꝑ mala eſt et peccat. Ex quibꝰ et per que ſatis effectualiter ad primã duarum principaliũ queſtionũ ſupra formatarũ ꝑ affirmatiuã reſpõdere videtur. ꝙ ſcilꝫ cõſcientia errans obligat. Quod tamẽ reſpectu voluntatis a ratõne et conſciẽtia errante ſeu erronea diſcordãtis ſic intelligendũ eſt. ꝙ licet talis voluntas ſemꝑ de ſe ſit mala et peccet. non propterea tamen vt ſtatim aliqualiter tactũ eſt / ſequit̃ ꝙ quotienſcũqꝫ tali rationi et conſcientie ſic erranti concordat ipſa voluntas bona ſit et bene faciat. Eſt eteni dare caſum in quo voluntas rationi et conſciẽtie erranti ſeu erronee diſcordando et cõtra id quod dictarẽt faciendo eſſet mala et peccaret. Et nihilominꝰ etiam cũ eis concordãdo et faciendo quod dictarent mala eſſet et peccatum cõmitteret. Utputa quando ratio et cõſcientia vt eſt in vltimo exemplo ſtatim ſupra poſito errando dictarent aliquid quod eſſet cõtra deũ eiuſqꝫ legem et p̄cepta. Diſcordando vero facit cõtra dictamen ratõnis et cõſcientie in quo eſt ſemꝑ: ſaltẽ interpretatiue dei cõtemptus. Et hic eſt proprie caſus in quo cadit ꝑplexitas. ⁊ exinde etiam dũ ad dictam primã queſtionẽ ſupra poſitã reſpondendo dicit̃. ꝙ ꝯſcientia etiam errãs ſemꝑ obligat. nõ eſt intelligendũ ꝙ ſemꝑ ſimpliciter obliget ad faciẽdũ ⁊ ſubſequendũ illđ quod ipſa dictat. ſed ſub diſiũctiõe ad faciendũ. ſ. et ſequendũ illud qđ ipſa dictat vel ad ſe deponendũ: vt clarius inferius ex dicẽdis patere poterit. ¶ Pro quo clariꝰ intelligẽdo. et qꝛ materia iſta frequenter occurrit / nec clare ab oĩbus ꝑut bene expediret intelligit̃ vtile viſum eſt poſitionẽ circa hoc domini bonauẽtura quã ad dictã primã q̃ſtionem effectualiter. licet ſub alijs terminis rñdẽdo ponit hic applicare. Format eni queſtionẽ ſic Utrum teneamur ad omne id quod ꝯſciẽtia dictat eſſe neceſſariũ ad ſalutẽ. Et ſub p̄dicto titulo q̃ſtionis format etiã tres alias q̃ſtiões q̃ſi ſubalternas. Z

quas ꝑ idem quaſi mediū ſoluit. Et ſunt
he in effectu. Utrū om̄is cōſcientia liget.
⁊ vtrū liget ad omne quod dictat. Utrū
homo ſit ꝑplexus quādo conſcientia ſibi
vnū dictat ⁊ lex diuina dictat cōtrarium
Cui ſit magis obtemꝑanduȝ. vel conſcie
dictamini. vel p̄cepto p̄lati. cū ſibi inuicē
obuiāt ⁊ cōtrariant̃. ¶ Circa q̄rum q̄tu-
or queſtionū diſſolutōem. ponit dictamē
ꝯſcie/ triplici reſpectu ad tria genera actu
um ꝯſiderari poſſe. ſatis ad ꝓpoſitū diſtin
ctōis ſupra poſite. licet ſub alijs v̄bis. Et
intelligat̃ vt ponit de dictamine cōſcien-
tie ꝑ modū preceptōis vel ꝓhibitiōis nō
ꝑ modū conſilij ſiue ꝑſuaſionis. quod ꝓ-
prie eſt dicere ꝙ intelligendū eſt de cōſcie
tia formata ⁊ non de ſolo timore ſeu ſcru
pulo cōſcientie. quoꝝ ſatis ſupra notata
eſt differēcia. ¶ Aliq̄n eteni cōſcia dictat
ea q̄ ſunt ſc̄m legē dei. aliq̄n dictat ea que
ſunt cōtra legē dei. aliq̄n dictat ea q̄ ſunt
p̄ter legē dei ¶ Quādo aūt conſcia dictat
que ſunt ſc̄m legē dei. ipſa ſimpl'r ligat ad
faciendū illō qō ipa dictat. imo cū in iſto
caſu homo iā ad ea q̄ ſic conſcia dictat ſit
ꝑ legē diuinā ligatus ⁊ obligatus: cōſcia
q̄ ſic illi legi ꝯcordat/ nō ſolū ligat imo et
ligatum oſtendit. ita ꝙ in effectu duo liga
mina cōcurrunt. Et talis cōſciētia nullo
mō eſt deponēda ſeu abijciēda. imo toto
effectu ſequēda. ¶ Qñ vero cōſcia dictat
ea que ſunt ꝯtra legē dei/ ipa etiā conſcia
ſimpliciter ligat ⁊ obligat nō quidē ad fa
ciendū qō ipſa dictat ſed ad deponendū.
Quia cū talis ꝯſcia erronea errore repu-
gnāte legi diuine q̄ȝdiu ipa manet/ ponit
⁊ tenet hoīeȝ extra ſtatū ſalutis. ⁊ ideo ne
ceſſe eſt eā deponere. q2 ſiue tūc hō faciat
quod ipa conſcia dictat ſiue eius oppoſi
tū. peccat mortalit̃. Faciēdo eteni in iſto
caſu quod ipa cōſciētia dictat/ facit cōtra
legē dei. qō clarū eſt peccatū mortale eſſe.
Faciendo vero oppoſitū illi⁹ qō ipſa con
ſciētia dictat adhuc peccat mortalit̃. non
rōne quidē opis qō tūc facit. ſed q2 malo
modo facit. Facit eni in contēptū dei. q2
licet illō qō tūc facit de ſe n̄ diſpliceat deo
facit tn̄ acſi diſpliceret deo cū faciat illud
quod ſua cōſcia ſibi deo diſplicere dictat.
Sic ergo facit qō deo diſplicere credit. fa
ciendo āt qō deo diſplicere credit/ deū cō
tēnit. q2 de⁹ nō tm̄ attendit q̄d hō faciat.
ſed q̄ animo faciat. ⁊ ſic mortaliter peccat

¶ Et bn̄ circa tā hic q̄ȝ in ſupiorib⁹ dicta
⁊ tractata aduertat̃. ꝙ quotiēſcūq3 fit mē
tio ꝙ volūtas a rōne ꝓponēte ⁊ dictāte ea
que ſunt ꝯtra legē ſeu preceptū dei diſcor
dans mala eſt ⁊ peccat/ intelligat̃ put ⁊ in
telligendū eſt. qn̄ nō clare ⁊ euidēt̃ cogno
ſcit̃ vtrū illa q̄ ſic ipa ratō ꝓponit ⁊ dictat
ſint cōtra legē ſeu preceptū dei. imo intel-
ligi debȝ vbi talia q̄ ſic ipſa rō ꝓponit ⁊ di
ctat/ credūtur eſſe ſc̄m legem ⁊ p̄ceptū dei.
Nā ſi clare ꝯgnoſceret̃ ꝙ rō humana pro
poneret ⁊ dictaret aliq̄d ꝯtra legē ſeu pre-
ceptū dei talē rōeȝ nullus teneret̃ ſeq̄ nec
tunc rō eēt totalit̃ errās. ſȝ poti⁹ q̄ſi mali-
cioſe agēs ⁊ corrupta. Sed qn̄ rō errans
aliq̄d qō eſt ꝯtra legē ⁊ p̄ceptū dei ꝓponit
⁊ dictat vt dei p̄ceptū ac ſue legi cōformē.
tūc eſt vere errās Et tunc dictamē talis rō
nis contēnere. eſt idē ꝙ dei p̄ceptū contē-
nere ſaltē interp̄tatiue vt ſatis ſupra de-
claratū eſt. Item dū in ſupioribus fit fre-
quēter mētio de eis q̄ de ſe ex ſuoq3 gene-
re ſeu natura bona vel mala ſunt. ⁊ de eis
q̄ ſub rōne boni ⁊ mali apprehēdunt̃/ in-
telligat̃ ſp̄ de bonis vel malis ſc̄m legē ⁊ p̄
ceptū dei Utputa q2 de ſe vel ex aliq̄ circū
ſtantia talia ſunt vel vt talia apprehēdū-
tur. Quia alias nec virtutes nec peccata/
⁊ per conſequēs nec merita nec demerita
eſſent. Et ſic nō proprie ad materiā p̄ſen
tem iactarēt ⁊ cōgruerent. ¶ Quādo aūt
conſcia dictat ea q̄ ſunt pret̃ legē dei/ ipſa
cōſcia ligat ⁊ obligat. ſȝ nō ſimpl'r immo
ſc̄m quid ⁊ ſub quadā diſiunctiōe ſeu alt̃-
natiua. Scd̄m q̄d enim ligat ⁊ obligat:
q2 q̄ȝdiu manet/ ſub diſiunctiōe ſeu qua-
dā alternatiua ligat ⁊ obligat. q2 ligat et
obligat ad faciendū qō ipſa dictat vel ad
ſe deponendū Ita ꝙ homo in iſto caſu te
net̃ talem conſciam deponere. vel adim-
plere. qō ipſa dictat. Utpote ſi cōſcientia
dictat qō neceſſariū eſt ad ſalutē leuare fe
ſtucam de terra vel nō portare capucium
in eccleſia oportet vel iſtā conſcientiā de-
ponere vel q̄ȝdiu manet feſtucaȝ de terra
leuare aut capuciū in eccleſia nō portare.
Et ratio huius eſt. quia cū talia ſint p̄ter
legem dei. nullus ad ea facienda vel nō fa
cienda de eorum natura obligatur. ſed cū
circa ea accedit dictamē conſcie/ iā hō ex
tali dictamine obligat̃ ad ea facienda vel
nō facienda. cū ꝑus nō obligaret̃. q2 ꝯtra
dictamen conſciētie facere. eſt pctm̄. Cum

igitur q̃ꝺdiu manet tale cõſciẽtie dictamẽ
maneat talis obligatio. oportet eã neceſ/
ſario adimplere. alias eſſet pctm̃. Qñ ꝟo
tale conſcie dictamẽ depoſitũ eſt/tũc ſub/
lata eſt illa obligatõ q̃ ad talia faciẽdũ vel
nõ faciendũ obligabat. Et tunc illa talia
ſunt vt ꝑus de ſui natura erant ſcꝫ indif/
ferẽtia. et tũc ea facere vel nõ facere ſi͞liter
indifferẽs eſt. ⁊ ſic nõ eſt aliquod pctm̃. ¶
Nũc ergo iuxta effectũ dictoꝝ ipſius dñi
bonauẽture ꝑdicta ad ſolutionẽ ipſarum
quatuor queſtionũ ꝑ modũ cuiuſdã epi/
logi applicãdo. reſpectu p̃ie ⁊ p̃cipalis
queſtiõis/patet ex ꝑdictis/ ꝙ nõ ſemꝑ te/
nemur ad om̃e id quod ↄſciẽtia dictat eẽ
neceſſariũ ad ſalutẽ. ⁊ tamẽ q̃ꝺdiu manet
peccam⁹ ſi nõ facim⁹ illõ qꝺ cõſcia dictat
Ergo nõ tenemur facere illud qꝺ ipſa di
ctat. Quia (vt ex p̃miſſis patꝫ) illã obliga
tionem alio mõ euadere ſeu tollere poſſu
mus ſcꝫ talẽ conſciaꝫ deponẽdo ¶ Reſpe
ctu vero ſcꝺe queſtionis patet ex predictꝭ
ꝙ omnis conſcia ligat. ſed nõ ſemꝑ ligat
ad omne quod dictat. In eis eni q̃ dictat
ſcꝫm legẽ vel p̃ter legẽ: ipſa vt iã dictũ eſt li/
gat ad id qꝺ dictat. in primis q̃dẽ ſimplr̃
in ſecũdis vero ſub diſiũctione ſcilꝫ ad id
qꝺ dictat vel ad ſe deponẽdũ. In eis vero
q̃ dictat ↄtra legẽ dei/ipſa ligat ſed nullo
modo ad ea que dictat. ſed ſimplr̃ ad de/
ponẽdũ. ¶ Reſpectu ãt tertie queſtionis
patet ex p̃miſſis ꝙ licꝫ hõ in caſu dicte q̃/
ſtionis poſſit dici ꝑplexus ad tps q̃ꝺdiu
ſcꝫ talis conſcia ſibi manet. ſimplr̃ tamẽ
loquẽdo nõ eſt nec debet dici ꝑplexus. qꝛ
poteſt imo tenet̃ talem cõſciam deponere
ꝑ aliquẽ modoꝝ īfra tactoꝝ. ¶ Reſpectu
vero quarte queſtiõis patet ex p̃miſſis ꝙ
qñ prelatus precipit ea que ſunt ſcꝫm legẽ
dei vel p̃ter legẽ dei. magis eſt ſibi obediẽ
dum q̃ꝫ dictamini ↄſciẽtie. imo in his ca
ſib⁹ talis conſciẽtia que tali p̃cepto p̄lati
contrariat̃ ſimpliciter eſt deponẽda. qꝛ iã
in his caſibꝫ cõtra p̃ceptũ p̄lati facere: eẽt
cõtra legẽ dei facere. De primis nõ eſt du
biũ cũ tunc ſcꝫm legẽ dei p̃cipiat. De ſcꝺis
vero que ſcꝫ ſunt p̃ter legẽ dei/hoc idẽ pa
tet. qꝛ preceptũ prelati iã ea que ſic preter
legẽ dei erãt/facit ſcꝫm legẽ dei eſſe. Quan/
do vero p̄latus p̃cipit ea que ſunt cõtra le
gem dei/magis eſt obediendũ dictamini
conſcie q̃ꝫ p̄lato qꝛ in hoc caſu manifeſtũ
eſt ꝙ ↄtrariũ illius qꝺ p̄latus p̃cipit. ſ. il/
lud qꝺ tunc ↄſciẽtia dictat/eſt ſcꝫm legem
dei. Et ſic iuxta ſupra tacta/ad illõ facien
dũ ſunt q̃ſi duo ligamina. i. ligamẽ legis
dei ⁊ ligamẽ cõſcientie. Ex p̃te vero p̃cepti
p̄lati nullũ eſt in hoc caſu ligamẽ. qꝛ ſim/
pliciter nõ obligat. q̃ ↄtra legẽ dei preci/
pit. Et intelligat̃ hoc iuxta modicũ ſupra
tacta de dictamine conſcie formate. q̃ ſcꝫ
clare ⁊ euidẽter cognoſcit vel finaliter in
animo iudicat ⁊ firmat/tale p̃ceptũ p̄lati
eſſe cõtra legẽ dei. quia ſi ſolũ eſſet timor
vel ſcrupulus cõſciẽtie. neceſſe eẽt aliter ⁊
magis ꝑ prius ↄſulere ⁊ diſcutere. anteq̃ꝫ
tale preceptũ p̄lati contẽneret. ¶ Triplex
autẽ modus conſciam deponẽdi reꝑitur
¶ Prim⁹ eſt ex ſeipſo. ꝑ fortẽ ſcꝫ ⁊ feruen
tẽ meditatiõem ⁊ diſcuſſionẽ caſus incũ/
bentis. ac rationũ circa ipm̃ occurrentiũ.
diligenſq̃ꝫ ſtudiũ opinionũ ac ſententia
rũ doctoꝝ. Et hoc qñ homo noticiã legꝭ
diuine lumẽq̃ꝫ ſcientie ex ſeipſo habꝫ ¶
Scꝺus modus eſt ꝑ diſcretũ ⁊ diligentẽ
inq̃ſitionẽ ⁊ inueſtigationẽ a lr̃ãtis ⁊ pi/
tis/ipſius legis diuine. Et maxime eis q̃s
q̃s peritiores ⁊ magis probate vite/ iudi
cio ſuo cõmode reꝑire poterit. Et interdũ
iuxta grauedinẽ caſus/vehemẽtiãq̃ꝫ mo/
tus ſeu dictaminis ipſius conſciẽtie/ plu/
res ac frequẽter. ⁊ hoc quãdo homo de ſe
neſcit de dicta ſua conſcientia caſuq̃ꝫ ſibi
incũbente/iudicare. vtputa qꝛ noticiã le/
ni. Neqꝫ enī aliqͥs eſt tā acri tēptatōi pul
ſatus. in carne vel aliter/ quin ex toto vel
magna pte deſiſteret ab impletōe tēptatō
nis ſue/ ſi ꝑ certo crederet ꝙ in corpe vl' in
mēbris vel bonis/ graue damnū ſtati eēt
incurſurus. Uigilaret ſiquidē tunc ratō

intra ſe. ⁊ forti voce clamaret. q̃d cogitas
quid tibi vis. quorſum tẽdis. Nunquid
vis ꝑ quadã leui temptatõe aut delectatõ
ne ſordida/ que ſubito in penã ⁊ faſtidiũ
cõuerſa erit/ hoc vel illud ſubire detrimẽ/
tum. Nõ tibi ſic expedit. Int̃ hec aut ſilia
verba/ reſilire incipiet a cogitatõne mali
gna ⁊ auertet paulatim oculos rõis ab ea
Fiet quoq; iſtõ cũ adiutorio rõis/ ⁊ cum
confeſſione pctõꝝ vel alijs cõgruis reme
dijs/ vt ceſſet illud miſerabile tẽptatõnis
incendiũ. q2 ⁊ ceſſabit cogitatuũ ſordido
rũ ſufflatio. ¶ Deinceps reſpõdebat idẽ
magiſter ad duas obiectões fieri poſſibi/
les. qm̃ timor ille ſeruilis/ videt̃ euacuare
meritũ reſiſtendi pctõ. Et illic ꝓterea trãſ
greſſiõis piculũ ¶ De p̃rio dicebat. ꝙ ex/
quo pena iſta/ vltro impoſita erat. ⁊ pro/
pter deũ/ ex illa radice primaria bona ger
minabat pullulabatq; meritũ. Quãuis
enĩ nõ ita ſincera atq; laudabil̃ ſit hmõi
reſiſtentia ⁊ ceſſatio a pctõ in caſu p̃dicto
queãdmodũ eſt in virtuoſo/ qui pciſe ꝓp/
ter deũ pctã deſerit/ nihilominꝰ reſiſtẽtia
talis/ bona eſt ⁊ ſaltẽ inductiua virtutis.
Sicut de timore ſeruili/ reſpectu timoꝝ
caſti/ doctores determinãt. Quãq; ibi nõ
ſit timor tantũmõ ſeruilis. ſed in ſua radi
ce primaria/ filialis ⁊ caſtus. Reſultat in
ſup meritũ ex approbatõe ſeq̃nti. dũ gau/
debit incõtinens trãſacta temptatiõe nõ
conſenſiſſe pctõ. Demum qualr̃ ibi eẽt ti
mor ſimplicit̃ ſeruilis. cũ poſſet cõfeſſus
ab iſta liberari pena nõ implẽdo peniten
tiã. attamẽ implet. q2 deo ⁊ ſacerdoti ſuo/
vult obediẽs eſſe. Et hic ſumi pt̃/ grata et
pulcra ꝯſideratio ꝑ ſponte vouẽtibꝫ ac re
ligionem intrãtibꝫ ¶ Ad alterã obiectiõꝫ
dicebat ſil̃r fieri poſſe ad improbatõnem
oĩm religionũ. omniũq; votoꝝ ſalubriũ.
ſi ſic oĩs penitẽtie ſuſceptõ/ piculoſa eẽt.
Sic ⁊ deꝰ ⁊ ſupiores in ſuis p̃ceptis ⁊ le/
gibus culparet̃. Euitat̃ etiã piculũ ſuffici
enter ꝑ hoc ꝙ nõ niſi cõſenſu habito con
feſſi/ ⁊ ad tps nõ ꝑpetuo/ tales penitentie
ſiue obligatões imponũt̃. Siue igit̃ fiat
ꝑ tps iſta tranſgreſſio/ aut ſi diabolo pur
gente fieret/ pene ſolui pñt et ita hõ a no/
ua trãſgreſſiõe liber erit. imo ⁊ opꝰ bonũ
faciet. ꝙ ſi tranſacto tpe ſtatuto/ remediũ
videret̃ inefficax aut in deteriꝰ vertat̃. po/
terit omitti. Si ꝓo ſit vtile ſicut ſperãdũ
eſt/ rurſus valebit iterari. Deniq;. ⁊ ſi ſalu
bre antidotũ/ ob egrotãtis inobedientiã
peſtiferũ fiat. medicꝰ culpa caret ¶ Sub/
inde p̃dictꝰ magiſter aliõ adijciebat docu
mẽtũ. Itaq; ſi videbat pueros aut alios
ſimplices/ minꝰ cogitare p̃cepta dei. et ex
hoc liberiꝰ peccare. reddebat eos magꝫ ti/
midos ⁊ cautos cõtra pctm̃/ ꝑ ꝓmiſſiões
expſſas in manibꝫ ſuis factas/ de cauẽdo
deinceps de tali vel tali pctõ. ꝑ hoc enĩ ꝓ/
miſſionẽ in baptiſmo factã de obſeruatõ
ne legis xpi/ tanq̃ abolitã a memoria/ vel
trãſgreſſam/ renouabat. ⁊ ꝑ modũ cuiuſ/
dã recognitõnis/ iterũ ꝓmittẽdo repabat.
Sic moyſes ⁊ Joſue/ reſpectu filioꝝ iſra
el. Sic pleriq; hoĩes poſt primam confe
deratõez/ fedus antiquũ retractãt ⁊ ineũt
Neq; arbitret̃ aliq̃s ꝓmiſſionẽ talem pa/
tere diſcrimini aut fractõez eiꝰ eſſe caſum
ſpecialiter reſuatũ/ qm̃ nullũ ibi votũ eſt
cũ nõ niſi reſpectu illoꝝ q̃ alias eẽnt lici/
ta ⁊ q̃bꝫ confitẽs implicite vel explicite ꝓ
miſſionẽ talẽ facit aut renouat ſcꝫ ꝙ ꝯtra
dei p̃cepta decetero mortalr̃ nõ peccabit.
Erit attñ tranſgreſſio de ꝑ accidẽs deteri
or/ q2 ⁊ cognitio diuini p̃cepti iã ſibi effe
cta eſt lucidior ¶ Rurſus idẽ magiſter ꝓ/
uidebat diligenter/ ne cõfeſſus ſuꝰ/ eẽt de
inceps occaſio p̃marie corruptõis aliorũ
p̃ſertim iuuenũ. ⁊ ꝙ ſibi ſufficeret damna
tio ꝑditioq; ꝓpria/ ſpecialit̃ in pctis gra/
uioribꝫ ⁊ abominandis. imo nec noĩan/
dis palam. Ne pias aures polluãt occur/
rebat/ diligenter ꝓuidendo. vijs oĩbꝰ. cõ/
minatiõe penarũ ⁊ obligatõe/ ne ꝯfeſſus
trãſiret in deteriorẽ ſpẽm/ ex ſocietate ſeu
cõicatõe ꝑuerſa/ ⁊ explicabat q̃nq; ꝑticu/
lariꝰ ſicut clam ⁊ ſecrete fieri pt̃/ dum vide
bat oportunũ. Valebat enĩ ꝯfeſſum ſuũ
dimittere/ ⁊ tolerare in ſua libertate q̃ ad
pctã aliq̃ minꝰ grauia. quã ita eũdẽ vrge/
re ab oĩni ꝑte/ vt ad deteriora laberet̃. Qñ
autẽ ⁊ q̃liter illud fiendũ eſt. magis doce/
bit virtus ⁊ ars ⁊ vnctio ſancti ſpũs ⁊ cir
cunſtantiaꝝ oĩm ꝑticulariũ conſideratõ
q̃ꝫ ſcriptis aut verbis poſſit edoceri.
Poſtremo dabat cõſiliũ idẽ magiſter/ vt
ꝯfitẽtes nõ refugerẽt/ ſꝫ ꝑ dono maxio re
putarẽt/ hr̃e ꝑitos cõfeſſores/ moribꝫ ⁊ ſci
entia ⁊ lõgo experimẽto ꝓbatos q̃ q̃rerẽt nõ
queſtũ ꝓprium/ ſꝫ ſincero corde ſalutẽ aĩa
rũ/ ⁊ iterũ ꝑ cõgruis remedijs ꝯ ſingula vi
cia. laudauit plimũ/ ſummã ſcꝫ de vicijs ⁊
ꝟtutibꝫ. laudabat deniq; ꝑ bonis effecti/

bus generãdis/ libenter cõuerſari cũ virꝭ
bonis ⁊ deuotis. qꝛ vox diuina eſt. Cum
ſancto ſctũs erꝭ. Eoꝝ itaqꝫ colloq̄a/ ſunt
ignita vehemẽter/ ⁊ ſtimulãtia ad virtutẽ
Sꝫ ⁊ ſanctoꝝ patꝝ vite ⁊ exẽpla frequẽ/
ter ⁊ attẽte lecta. vehemẽter ꝓficiũt/ ad in/
fundendũ cordibꝫ nr̃is diuini amoris af
fectũ/ vt deũ in oĩbꝫ ⁊ ſup oĩa diligẽtes ꝓ/
miſſiões ſuas q̄ omne deſiderũ ſuperant
ſequamur. Amen ¶ Finis.

Reterea ille circũſtãtie q̄ habẽt
ꝑ hũc verſum/ inq̄rẽde ſunt in
cõfeſſiõe a cõfeſſore. Quis/ q̄d/
vbi/ q̄bꝫ auxilijs/ cur/ q̄uõ/ q̄ñ.
Per q̄s intelligit an ſit iuuenis vel ſenex/
clericus aut laycus. ſolutus aut ligatus.
Per q̄d an ſit res ſacra vel nõ. Per vbi an
ſit in loco ſacro vel nõ. publico vel ꝑuato
Per q̄bꝫ auxilijs an cũ pugno baclo aut
gladio. Per cur/ q̄ intentõe an rõne vidi/
cte inferẽde vel iniurie repellẽde Per q̄uõ
an ꝑcuſſerit aliquem fortiter/ vel remiſſe.
Per q̄ñ intelligit an in q̄dragеſima aut i
alio tpe ſancto/ vel aliter Tempus. locus
modꝰ. numerus. mora. ſciẽtia. etas.

## Reſpõſio eiuſdem

ſup queſtiõe ſibi facta ꝑ vicariũ domꝰ car
thuſie/ de ſtatuto ordis eiuſdẽ ꝙ cõmiſſi
ad cõfeſſiones audiendas/ nõ abſoluãt a
mortali certo. ſed remittãt ꝯfitentẽ ad ſu/
periorem ſuum.

Onfeſſio ſacramẽtalis. fundat
in ſolo iure diuino ⁊ euãgelico
ſup illo Q̄cunqꝫ ligaueris ſup
terrã ⁊c̄. ¶ Cõfeſſio ſacr̄alis ſic
nõ potuit inſtitui niſi a ſolo deo: ſic non
deſtitui põt ab hoĩe puro Alˀs papa poſ/
ſet nõ obligari ad confeſſionẽ ſacramẽta/
lem ¶ Cõfeſſio ſacr̄alis: nõ obligat ad ve
nialiũ cõfeſſionẽ de ꝑ ſe ⁊ de neceſſitate ſa
lutis. qꝛ nõ tollũt caritatẽ. ⁊ iõ ſine ꝯfeſſi
one taliũ/ ſtat ſalus. ¶ Cõfeſſio ſacr̄alis/
nõ dꝫ extẽdi ꝑ hoĩes puros. vt aliq̄s pec/
cata venialia cõfiteat niſi velit Seq̄t ex ꝓ
cedentibꝫ Immo nec dñt fieri reſuatiões
niſi in grauibꝫ culpis Põt ãt dici grauis
culpa q̄ tranſit in opꝰ cũ conſenſu. ⁊ deli/
beratõe ꝑfecta. aut cũ graui ſcãdalo alioꝝ
¶ Cõfeſſio ſacr̄alis nõ obligat de ꝑ ſe. vt
hõ bis cõfiteat idẽ pctm̄ etiã mortale. ni
ſi ꝯfitẽs velit Rõ qꝛ lex diuina nõ obligat
niſi ſemel ꝯfiteri. ⁊ hoc ꝑ ſe. ⁊ niſi velit hõ

¶ Confeſſio ſacramẽtalˀ nõ dꝫ coartari ꝑ
reſeruatões/ caſuũ ꝑſertim occultoꝝ/ con
tra vel ꝓter legẽ euãgelice libertatis. ſꝫ dã
dus eſt locꝰ timori altiſſimi. Alioq̄n time
atur illa phariſeoꝝ culpatõ Alligãt one/
ra grauia ⁊ iportabilia hũeris hoĩm. digi
to ãt ſuo nolũt ea mouere. fit rurſus aliq̄ñ
vt q̄ nimis emũget eliciat ſanguinẽ ⁊ fiat
cã fictõis ¶ Cõfeſſio ſacramẽtalis/ tali et
tãto claudi dꝫ ſigillo ſecreti/ vt nec verbo
nec ſigno/ q̄uõlibet reuelet/ aut reuelari ꝓ
babilit eſtimet. Facit ad hoc expꝛſſa deter/
minatio eccleſie. cũ naturali rõe ¶ Cõfeſ
ſio ſacramẽtalis de pctis occultis/ raro et
cautiſſime debet remitti ad ſupiores/ hñ/
tes iuriſdictõem coercitiuã in publicis q̄
les ſunt abbates ⁊ priores in religiõibus
qꝛ facilis orit ſuſpitio apõ correctos pu/
blice. ꝙ occulta ꝯfeſſio per eos facta ledat
Sed etiã debent inſtrui ꝯfeſſi. ꝙ ꝯfeſſio
ſecreta de publicis/ nõ liberat eos. q̄n poſ
ſint aut debeãt pblice punitõi ſubiacere.
¶ Cõfeſſio ſacramẽtalis/ põt q̄ñqꝫ rõna/
biliter ⁊ fructuoſe dimitti de venialibꝫ. ꝓt
etiã aliq̄ñ fieri fructuoſe. Qualiter hoc ⁊
q̄uãdo. docere dꝫ vnctio ſpũſſcti/ cũ ꝯſilio
xpiane prudẽtie. ¶ Cõfeſſio ſacramẽtalˀ
põt aliq̄ñ repeti fructuoſe de mortalibꝫ iã
cõfeſſis. ſed obligatio pluries illa cõfiten
di põt reddi vicioſa. qꝛ nimis oneroſa.
Cõfeſſio ſacramẽtalis põt ſepe fieri ſub cõ
ditõe. tã ꝓpter ignorãtiã facti. qꝛ neſcit ſe/
pe hõ quid ⁊ q̄liter fecit. q̄ꝫ ꝓpter ignoran
tiã iuris. qꝛ neq̄t in pluribꝫ a venialibus
mortale diſcerni. ¶ Confeſſio ſacram̃talˀ
facta ſub cõditiõe modis tactis aut alias
legitime põt habere ſeu recipe abſolutões
abſolutã/ ſub hac forma. Ego abſoluo te
in noĩe patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſcti Que forma
ſufficiẽs eſt ⁊ ſecura. cũ intẽtõe debita cõ/
feſſoris ad abſolutionẽ de peccatꝭ. imo ⁊
excõicatiõibꝫ. in foro conſcie ¶ Nec opor
tet imo ſepe nõ expedit/ multiplicare ſer/
monẽ abſolutionis. Vt dicẽdo ſi ⁊ inq̄n
tũ poſſum. ⁊ dicẽdo de contritis peccatꝭ ⁊
oblitis. ⁊ de tali vel tali excõicatõe. ſi ⁊ in/
quãtũ indiges. cũ ſilibus. q̄ addita plus
officiũt ſepe vel ꝑturbant/ q̄ꝫ ꝓficiant vel
ſerenent. Sup hoc notet hec doctrina
Abſolutio ſacramẽtalis poteſt delere pec
cata que nondũ erant contrita. ſed ſolum
mõ attrita. Rurſus oblita pctã nõ delent
virtute abſolutionis ſacramẽtalis. quin

homo poſtmodū teneat̄ illa cōfiteri dum redeant ad memoriā. ſed ſi non redeūt. nihilominꝰ homo ſaluabit̄ ſi fecerit ſufficiē tem diligentiā recordādi. cū deꝰ non obliget ad impoſſibile ¶ Eſt igit̄ additio fruſtra cum dr̄ de oblitis. Similiter cū dicitur de contritis pōt eſſe notia Similiter ꝛ male exprimit̄ ſi ꝛ inq̄ntū poſſum et debeo. Sufficit ei ꝙ intentio ſit bene regulata. ¶ Pꝫ ad extremū quā notia ſit obliuio peccatoꝝ. qꝛ nō delent̄ virtute confeſſionis ſacramentalis. ac ꝑinde virtus clauiū que remittit magnā partē penaꝝ debitaꝝ. ad huiuſmodi peccatoꝝ deletionē nō ſic efficacit̄ applicat̄. put fit circa peccata q̄ ſacr̄aliter ꝛ exp̄ſſe ſunt confeſſa.

## Adhuc de eodem ſtatuto.

Item ad queſtionē ſibi factā ꝑ vicarium carthuſie ſuꝑ ſtatuto carthuſ/ de abſolutione a pctō mortali ꝛ de cōſuetudine ordinis. ſuꝑ hoc Rn̄dit. ſub correctōe ꝛ cum reuerentia loq̄ndo. nō apparet ꝙ talis reſeruatio ſit cōueniēs. nec conſona euāgelice libertati. qꝛ nō tenemur cōfiteri de venialibꝫ Et q̄ ad mortalia diſtinguēda/ nō eſt dabilis regula generalis ꝛ infallibilis per humanā ſapiētiā. Propterea talis reſeruatio nō eſt niſi laqueꝰ aīaꝝ. ꝓſertim timorataꝝ. Poteſt tn̄ fieri reſeruatio de certis mortalibꝫ manifeſtis. ꝛ que trāſeūt in opus exterius. qꝛ de cogitatōibꝫ/ noxium eſt aut inutile reſeruatōꝫ adhibere ¶ Itē idē ad quendā carthuſieñ ſic ſcribit Recepi ꝙ in conſtitutōnibꝫ veſtris nō dicit̄ ꝙ oīs mortalis culpa ſit maiori reſuata in foro confeſſiōis. ſed ꝙ grauis culpa. Et certe tolerabilis ꝛ ſalubris eſt hec cōſtitutio. ſi bene fuerit declaratū qualis culpa debeat merito grauis reputari. Et ita ſaluatur honor patꝝ conſtituentiū Et nihilominꝰ euitatur onus īportabile ſuꝑ ceruices peccantiū. Qualis autē fieri debeat aut poſſit interp̄tatō q̄d eſt grauis culpa puto notatū fuiſſe ꝯpetēt in vltimis ſcriptis licet incultis dn̄o Oſuualdo rn̄dendo tali queſtioni. Si de ſolis venialibus debeant abſoluere commiſſi a priore.

¶ Item nota ꝙ nullus tenet̄ cōfiteri peccata venialia lege diuina. niſi ſit ad h̄ ſpecialiter obligatus ꝑ votū vel ꝑticulare ſtatutū. quale nō debet leuiter fieri. Et q̄n̄ꝗ magis expediret ceſſare a confeſſiōe taliū q̄ꝫ nimiā incurrere ſolicitudinē. que plus impediret aliq̄n/ q̄ꝫ fructus cōfeſſionis iuuaret. Alioq̄n etiā cōfeſſione factā/ oportet ſepe iterū ꝯfiteri. ꝛ ſic deinceps ſine termino. attento q̄ vix facimꝰ aliq̄d vbi nō poſſumꝰ rationabiliter formidare de peccato veniali. Finit.

## Sequitur auiſamentum eiuſdem per modū cōfeſſionis in religionibꝫ non lapſis audiendi

Sicut expediēs eſſe ſuaſi pro p̄ribus carthuſ et celeſtinis vt eorū ſuꝑiores haberent a dn̄o papa latiſſimā abſoluēdi in foro penitētiali licētiā. ſic apparet mihi ꝙ cōfeſſores ordinati ꝑ ſingulos conuētꝰ habeāt magnā ꝛ amplam ꝑtātē abſoluēdi nedū de venialibꝰ ſolis qꝛ talis eſſet irratōnabilis ꝛ ītolerabilis reſtrictio. ſed etiā de mortalibꝫ ꝓſertim occultis. nō ꝙ abſoluerēt de q̄cūꝗ mortali. Qn̄ autē deberēt remittere ad ſuꝑiorē ꝛ q̄n̄ nō relinq̄ret̄ arbitrio cōfeſſoꝝ iuxta qualitatē cōfitētis. Attento primo ꝙ conſultiꝰ eſt penitētē mittere in purgatoriū cum ꝑua penitētia. q̄ꝫ cū magna nō implenda vel forte nō alias cōfitendo detrudere in infernū. Rurſus attento. ꝙ nō obſtantibꝫ tot decretis ſuꝑ penitētijs iniungēdis cōior eſt doctoꝝ ſentētia ꝙ oēs penitētie in foro ſacramētali ſunt arbitrarie intelligendo de pctīs occultis Ceteꝝ pro manifeſtis regule ꝛ diſcipline in religionibꝫ ordinate poſſunt rōnabilit̄ exigi ꝛ ab inuitis. Et hic habet locū ꝙ dicit̄ in terrorē alioꝝ. ꝛ ne facilitas venie incentiuū tribuat delinquēdi. ꝛ nullo modo de occultis que penitus non confiteret̄ niſi vellet. licet in hoc ſe dānaret. ſed tam horrendo diſcrimini nō occaſio p̄ſtāda. cum tam miſera ve ve ve ſit ꝛ totiens experta fragilitas humane conditionis. Finit.

## ¶ Diſtinctio magiſtral' ꝛ breuis. eiuſdē de modis excōicationū ꝛ irregularitatū ꝛ abſolutiōis ab eiſdē. f

Excōicatōnum tot ſunt genera quot cōicationū. ꝛ ꝯſiter indicant̄ irregularitates q̄ dicūt impedimēta ad cōicatōes legitīas exercēs. Cōicationū alia eſt naturalis.

alia ciuilis. Naturalis eſt hec vita corpa/
lis. cui mors oppoſita poteſt dici excõica
tio. Ciuilis eſt multiplex. Quedã ſm le/
ges ſpectãtes ad cõicatõnẽ tpalem pñtis
vite. de qua ſpectat ad dños legiſtas Alia
eſt eccl'iaſtica ſm canones ⁊ inſtituta. que
ſpectant ad aiam/in ordine ad vitã etnã.
¶ Eccl'iaſtica cõicatõ de qua magis ad ꝓ
poſitũ ſpectat/cõſideratᷣ dupl'r. Uno mõ
ad deũ. Alio modo ad ꝓximũ ¶ Cõicatõ
ad deũ. eſt ſtat⁹ ſeu vita grẽ grati facietis.
cui opponitᷣ general'r oĩs excõicatio q̃ cõ
trahitᷣ ex mortali pctõ. ſic ꝙ nequeat talis
excõicatus exercere legitimos act⁹/ p̄ſerti
ſacramẽtales ſine pctõ ¶ Cõicatõ ad ꝓxi
mũ ſeu publica: tractatᷣ ⁊ intenditᷣ p cano
niſtas: dũ loquũtᷣ de excõicatõe ⁊ irregl'a/
ritate. ¶ Eſt ãt excõicatio ſeu irregulari/
tas/ſub duplici dr̃na. Quedã eſt oĩno ſi/
ne peccato. quedã ex pctõ exñte vel p̄ſum/
pto Exẽplũ primi ſicut bigamia. ſicut iu
diciũ latũ in cauſa ſanguinis ex officio. ſi
cut ſeruit⁹. ſicut lepra. vel mutilatõ. vel of
ficiũ vile. ⁊ ſilia. que diſtrahũt ⁊ impedi/
unt ab exercitio diuinaꝝ miniſtrationũ.
necnõ ⁊ ab ordinũ ſuſceptione repellunt
Exemplũ ſecũdi ſicut excõicatio late ſen/
tentie ab hoĩe vel a iure. ꝓpter cõtumaciã
verã vel p̄ſumptã ¶ Et hec eſt acceptõ cõ
muniſſima. q̃ ſubdiuiditᷣ in varias ſpẽs
velut innũerabiles. Tñ in generali. Que
dã eſt reſeruata pape. ſicut etiã irregulari
tas que cõtrahitᷣ ex hmõi excõicatiõe. dũ
quis ſe miſcet in diuinis excõicat⁹. recipi
endo vel exercẽdo ſciẽter ⁊ a ꝓpoſito ¶ Al
tera eſt irregularitas que nõ ita reſeruatᷣ.
ſed eam tollere p̄t ſacerdos ſimplex. ſicut
in excõicatõe minori/que ſuſpẽdit hoĩeꝫ
a celebratõe. queãdmodũ fit ſiquis ꝑtici/
pauerit ſciẽter cũ excõicatis. nõ tñ in cri/
mine. ſed ex quadã verecũda pietate. ⁊ in
caſib⁹ nõ conceſſis ¶ Caſus ãt ꝑticl'ares
huiuſmodi ſuſpenſionũ ⁊ irregularitatũ
querẽdi ſunt a iuriſtis ⁊ ab inſtitutis reli
gionũ ſeu cõmunitatũ. qꝛ cõſurgũt ex ſo/
la conſtitutõe poſitiua. ⁊ aliqñ ſine crimi
ne. licet nõ ſine rõne. ꝓpterea condẽnabil'
eſt contẽptus ¶ Proinde q̃lis dꝫ eſſe for
B ma abſolutõis ſup excõicatõib⁹ ⁊ irregl'a
ritatibus in foro exteriori ⁊ publico. ſciatᷣ
a iuriſtis. qm̃ in foro conſcie/nõ reqritur
certa forma. nec de neceſſitate ſacramenti.
nec de neceſſitate p̄cepti. Sed ſufficit di

cere vt ſupra. Ego abſoluo te in noĩe pa/
tris ⁊ filij ⁊ ſpũſſcti Amen. cũ intentõe ab
ſoluẽdi. Expedit autẽ vt hec intẽtio ſit la
tiſſima. que feratᷣ ſuper omĩ caſu in q̃ po/
teſt ꝯfeſſor abſoluere tã de ſententijs quã
de pctis. Et ita ſufficit hec forma ꝓ oĩb⁹
ſine multiplicatõe verboꝝ. ¶ Adde ꝙ ab
ſolutus in foro exteriori de excõicatiõib⁹
tenetᷣ nihilomin⁹ cauſas excõicationũ ſa/
cramental'r cõfiteri vt ꝙ verberauerit cle/
ricũ. ⁊c. Non enĩ fit publice ſacramẽtalis
cõfeſſio ad quã obligat ius diuinũ ¶ Ex
quib⁹ oĩb⁹ colligi põt/ ꝙ multa a pleriſqꝫ
adduntᷣ fruſtra in abſolutõne ſacramẽta/
li. ad abſolutõnem penitus nihil facien/
tia. In hoc enĩ ꝙ confeſſor q̃libet cũ intẽ
tione actuali vel habituali dicit ego te ab
ſoluo In noĩe pa. ⁊ fi. ⁊ ſpũſſan. omĩa cõ/
prehendit ſcꝫ autoritate mihi cõmiſſa vel
qua fungor. hanc enĩ conditionẽ p̄ſuppo
nit ipſa abſolutio. Itẽ a pctis tuis mihi
confeſſis ſupflue additᷣ. quoniã de nõ cõ/
feſſis nõ abſoluit. Itẽ et reſtituo te vnita
ti ſancte eccl'ie ⁊ ſacramẽtis eius. Si enĩ
abſolutus eſt. ex ſe qꝛ fidelis eſt/iã reſtitu/
tus eſt. Cetere conditõnes patent ſupra.
¶ Uerꝝ vt ſupra tactũ eſt ſi q̃s fuerit a iu
re. vel ab hoĩe ſuſpẽſus aut maiori excõi/
catiõe innodat⁹ ſeu irregularitate irretit⁹
notoria aut cõtumaci aut certe illa q̃ ſedi
ap'lice eſt reſuata. ⁊c. in taliũ caſuũ abſo/
lutiõe p̄ſcript⁹ eſt modus videlꝫ in ſacris
canonib⁹ vt eo mõ nodũ religentᷣ q̃ quis
fuerat alligatus. Et hec abſolutio ſimpli
cis ſacerdotis tranſcẽdit ꝑtãtem ſaltẽ ex
iure poſitiuo. Sil'r eodẽ iure eius ꝑtãti
ablati ſunt caſus epãles aut alioꝝ ſupio/
rum. Sil'r ⁊ in inſtitutõib⁹ religionũ ꝓp/
ter artiorẽ ſui ſtatus cuſtodiam que pctã
ſeu caſus ſoli ꝑlato reſeruãtur q̃uis de
per ſe q̃libet ſacerdos ab eiſdem poſſet ab
ſoluere dũmodo vltra ſuam poteſtatẽ pn
cipalẽ non excederet. ¶ Patet quoqꝫ q̃
multa ⁊ in ipſa abſolutõe ſupioꝝ caſuũ
criminũ excõicationũ irregularitatũ. ⁊c.
ab ipſ ꝑlatis adijciãtᷣ ſupflua et nihil ad
abſolutõem ſpectantia. Nã etiã in talib⁹
ſufficit ad cõem formã addere ſolũmodo
clauſulã vel clauſulas a iure inſtitutas. q̃
bus irretit⁹ enodetᷣ ſeu a nodis abſoluatᷣ.
vt dicẽdo autoritate ſummi põtificis vel
grẽ aut priuilegij cõceſſi vel dati. ⁊c. Ego
te abſoluo a tali excõicatione irregl'arita/

te interdicto ſuſpenſione quā tali vel tali
ſentētia incidiſti. ꝛc. ſicut cōgruit ⁊ auto
ritas conceſſa aut virtus grē ap̄lice ſeu ꝑ
uilegij ſe extenderit. ¶ Qḋ autē addit͛ in
cōſpectu gratū in conſpectū diuie maieſtatꝫ fu
erit ꝛc. nihil facit ad rem.

# De iniunctione pe

Sed de iniūctione pe (nitētie.
nitētie diuerſe ſunt opiniones
ſuas rōes adducētes. an añ ab
ſolutōem vel poſt abſolutōem
iniūgēda ſit penitētia q̄ confeſſionis in
diuidua comes eſt ad hoc enī cōfeſſio fit
quo vuln⁹ inflictū detegat͛. ad hoc penitē
tia iniūgit͛ vt vulneri detecto ſalutare re
mediū adhibeat͛. Et licꝫ incerte ſint pui
dentie noſtre nec q̄ lance diuino iudicio
noſtre ponderet͛ offenſe. tñ abundāti mi
ſericordia ac pietate ipſi⁹ hoc conceſſum
eſt fidelibꝫ. vt ſacramēto confeſſionis ac re
medio penitētie etiā min⁹ ſufficiētis iam
ſaltē a mortꝫ eterne ſit ereptus ſupplicio
qui fuerat dānādus etiā ſi ob modiceꝫ pe
nitentie iniūctiōeꝫ longius ſit cruciādus
quibꝫ tamē cruciatibꝫ etiā m͛tiplex reme
diū ſue ſponſe aliunde ꝓuidit chriſt⁹ cui⁹
propriū eſt miſereri ⁊ cui⁹ miſericordie ñ
eſt numer⁹ ¶ De illo aūt an ante vel poſt
abſolutōeꝫ iniūgenda ſit penitētia nil vi
det͛ obeſſe homi ſimplici ⁊ cōtrito ſeu do
lenti corde ad confeſſionē venīeti ⁊ ad ſa
tiſfactōeꝫ ꝑato ¶ In ipa autē iniūctione
penitētie ſil͛r occurrit rephenſio ſuꝑ mul
tiplicatōe v̄boꝝ. penitētie in nullo ſuffra
gantiū. Sicut enī confitēs cauere dꝫ ne
aliq̄d immiſceat qḋ tantū ſacramēti excu
ſatōe indebita. v̄boſitate iportuna. oſtēta
tione falſa. ſil͛atione fraudulēta ac ceteris
q̄buſlibet malis violet fructūq; ei⁹ tollat
ita nō minus ipſe cōfeſſor locū dei tenēs
atq; eius gerens vices ſacramēto ꝯfeſſio
nis reuerētiā exhibeat. ⁊ eius v̄ba ſtatera
ſctā ſint pōderata ne ⁊ ipe in tali loco ad
ducat quicq̄ qḋ cū v̄boꝝ ſubtilitate nec
nō m͛tiplicatōe aut īſolita forma ꝓlatio
nis poſſit oſtētare mag͛ ceteris ꝯfeſſoribꝫ
idoneū intelligentē doctiorē ſanctiorēq;
bis ei ac ſil͛ibꝫ ꝯditionibꝫ pleriſq; ꝑ nefas
ꝯfeſſoribꝫ ñ ſolū fama ⁊ fauor a līgua ſed
etiam a manu creſcit pecunia. ⁊ cathedra
moiſi quam dñs laudauit. iſtis atq; alijs
modis vertit͛ in cathedras numulanoꝝ

et colūbas vendentiū. q̄s idē ipe euertit ⁊
de tēplo eiecit. P⁹ ſimplicē igit͛ confeſſio
nem ⁊ verā vt ꝓſupponit͛ ſimplex etiā fiat
abſolutio aut cū timore ⁊ magna cautela
ad ſupiores ſi oporter remiſſio iuxta ſu
pius dicta. demū p⁹ abſolutionē vel ante.
(qḋ ad pñs nolum⁹ deciare / eo ꝙ ñ obſtet
huic ſacro) ſimplex etiā fiat pñie iniūctio.

# ¶ Hoc notabile

qḋ ſeq̄t͛ multū ꝯcordat cū dictꝫ dñi Joh.
gerſon ita ꝙ videt͛ etiā ab ipſo poſitum

Nota forma abſolutionis a pec
catis ſufficiens ⁊ neceſſaria eſt.
Ego abſoluo te. Sꝫ ſatis ꝯue
niēter ꝑmittit͛ autoritate eccl'ie
a q̄ ꝯfeſſor accipit ꝑtātē abſoluēdi in ſu
ſceptione ordis. Sed quia illa ꝑtās eſt re
tenta in manu ſupioris niſi committat͛.
ideo dr̄ ⁊ ordis. Et ſi loco hui⁹ clauſule ꝑ
mittat͛ autoritate q̄ fungar / ñ eſt vis Idē
enī valet ¶ Deniq; nota ꝙ ſatis ꝯueniēt͛
apponit͛ in forma ſupra dicta / a pctīs tu
is. ad denotādū de q̄ fiat abſolutio vel de
q̄bꝫ ¶ Ex vero dicat͛ a pctīs tuis ⁊ a circū
ſtātijs eoꝝ hoc ſcd̄m / total͛r eſt ſuꝑfluum
Quia aut circūſtātia eſt pctm̄ aut ñ. Si
ſic iā dictū eſt a pctīs tuis. Si ñ. non ca
dit ſub abſolutione. Itē ꝙ dicat͛ de con
tritis. ꝑiculoſum eſt ⁊ ꝑt eſſe dānoſum. qꝛ
nedū contrita ſꝫ etiā attrita pctā pñie ꝑ ab
ſolutionē deleri / ꝑ grām poſt aduenientē
Vt melius poſt declarabit͛. Hoc autē qḋ
eſt contritū / oīno excluderet attrita. ſi
cut albū nigrum. ꝛc. Deniq; hoc eſt inij
cere ſcrupulū deſperationis preſertim in
mortis articulo exiſtētibus. Nulli enim
conſtare poteſt ſi vere de peccatis contera
tur Cum igit͛ audit ſe abſolui a contritis
incipiet dubitare ⁊ vacillare ſuper ſua ab
ſolutione. maxime cum inimicus in mor
tis articulo toto poſſe inſiſtat ad deijcien
dum hoīem a ſua ſpe ⁊ fiducia ⁊ ſepe do
lor corpis eſt vehemens. ita ꝙ homo nul
lam deuotionis gratiā ſeu contritionem
atteſtantem ſentire poſſit. ſicut et etiam
in ſanitate homis ſepe ſine culpa ſua pro
pter multas rationes aufertur gratia de
uotionis. Tollitur igitur per hoc / fidu
cia / vel minuitur. et datur occaſio ruine
ſeu deſperationi. Et ſi enim vere ita ſit ꝙ
abſq; contritione peccata / non delean
tur. tamē homo ſepe veraciter conteritur

vel in ipſa abſolutōne cōtritio virtute ſa/
cramenti infundit̄. ꝛ hoc hominē vt pre/
dixi latet. ꝛ cū audit a contritis/ capit oc/
caſionem muſitandi ꝛ dubitandi. ꝛ ꝑ cō/
ſequens ꝑiclitandi ꝛc̄. ¶ Et ſi dicat̄ de ob
litis. ſimiliter eſt ſuꝑfluū. quia nō poteſt
confitēs de pctis oblitis abſolute abſol/
ui. q̄n ēc teneat̄ cōfiteri ſi i futurū recordet̄
¶ Nec valet dicere q̄ libēter cōfitereris ſi
ue que velles cōfiteri ſi eoꝝ haberes mēo
riam. q꞉ ſtaret ꝙ cōfitens vellet q̄n cōfite
ret̄. ꝛ nō vellet q̄n recordabit̄. Aut forte vo
luntatē hꝫ bonā in generali de cōfitendo
oīa que occurrūt/ quā nō haberet de con/
fitendo ſi in ſpeāli aliq̄ occurrerent. ſicut
manifeſtū eſt et declarari poſſet ꝑ ſylogiſ/
mū incontinētis extra paſſionē exiſtētis.
Et hoc diffuſe declarari pōt tempe ſuo ꝛc̄
¶ Itē male exprimit̄ ſi ꝛ inq̄ntū poſſum
et debeo. q꞉ ſi non pt/ nō debet ſe ingerere
ad audiēdū Et ſi forte occurrit caſus ſibi
imptinens. dꝫ remittere ad ſupiorē Sꝫ ꝛ
ſufficit ꝙ intētio cōfeſſoris ſit bn̄ regl'ata
Nec eſt idē dicere. ſi ꝛ inq̄ntū poſſum ꝛ di
cere. Autoritate mihi ꝯmiſſa. q꞉ pm⁹ mo
dus loq̄ndi/ eſt dubitatiu⁹ ꝛ ꝑ ꝯn̄s ꝑiclo/
ſus. vt iā ſtati ſupra dictū ē. ſcd̄s aūt aſſer
tiu⁹ Et dꝫ intelligi autoritate. i. ꝑ autori/
tatē ¶ Nota illa ꝑticl'a In noīe pa. ꝛ fi. ꝛc̄
addit̄ ad denotādū ꝙ a deo ē qd̄ abſoluit.
Vel q꞉ oīa ſacrā fiūt in ꝟtute fidei trini/
tatis ꝛ paſſiōis Jeſu xpi dn̄i nr̄i Nec ē (vt
thomas dic̄ in tertia pte ſumme) de ſuba
abſolutōis. ſꝫ relinq̄t̄ arbitrio ſacerdotis.
q̄ cū ſit vt inſtr̄al'r ꝯcurrēs ꝛc̄. ſiue vt mini
ſter abſoluat. ꝯuenienter apponit illd̄ qd̄
ptinꝫ ad primā autoritatē dei ſcꝫ vt dicat̄
Ego te abſoluo in noīe pa. ꝛc̄. Quia tn̄ h̄
nō ē determiatū ex ꝟbis xpi Qd̄cūqꝫ liga
ueris ſuꝑ terrā ꝛc̄. ſicut in baptiſmo/ talis
appoſitio ibi. ꝛ non in baptiſmo relinq̄t̄
arbitrio ſacerdotis.

## Aliud notabile ei⁹/

D dē vt videt̄ de p̄mis motib⁹ ꝛ conſenſu

Notandū ꝙ ſunt mot⁹ p̄io pri/
mi. Et ſunt mot⁹ ſcd̄o p̄mi. Et
ſunt mot⁹ q̄ cōſiſtūt in cōſenſu
Mot⁹ p̄io primi ſunt tres i
quib⁹ nō eſt aliqd̄ pctm̄ mortale vl' venia
le. q꞉ nō attingūt volūtatē nec vt libera ē
nec vt natura. Prim⁹ ē titillatio in carne
ſiue ſuggeſtio facta. excitās ad libidinem

Scd̄s ē delectatō i appetitu ſenſitiuo tā
tū circa illd̄ qd̄ caro ſuggerit Terti⁹ ē deſi
deriū iprouiſum ꝓſeq̄ndi illd̄ in opus
Motus autē ſcd̄o primi ſunt illi q̄ attin
gūt voluntatē vt natura eſt nō vt eſt arbi/
trio libera ſeu libatiua. Et ſunt tres Pri/
m⁹ ē motus delectatōis in volūtate. ꝯdele
ctādo appetitui ſenſitiuo Scd̄s eſt ꝯſen
ſus ſubit⁹ volūtatis in delectatōꝫ. Terti⁹
eſt ꝯſenſus ſubit⁹ ſeu deſideriū ꝓſequēdi
in op⁹ In his eſt tm̄ pctm̄ veniale Ita ꝙ
in p̄io gradu eſt principiū pcti venialis
In ſcd̄o mediū In tertio limes ſeu termi
n⁹. ¶ Iſti ſunt cōſenſus i q̄b⁹ cadit pctm̄
mortale de pctō ſaltē qd̄ cadit ſub ꝓhibi/
tōe. Prim⁹ eſt cōſenſus interp̄tatiu⁹ in de
lectatōꝫ. q̄ fit. q̄n ex delectatiōe volūtatis/
intantū abſorbet̄ rō/ vt nō poſſit intēde/
re iudicio. ꝛ volūtas negligit mouere rōꝫ
ad iudicandū ꝛ ꝑmittit tp̄s trāſire q̄ poſ/
ſit deliberare. Scd̄s ē cōſenſus ver⁹ in de
lectatōꝫ. habito etiā iudicio rōis in oppo
ſitū certo. Terti⁹ ē cōſenſus in op⁹: ver⁹ et
deliberat⁹. etiā ſi op⁹ nunq̄ ſeq̄tur. qd̄ q̄/
dē ꝑ ſe eſt pctm̄ mortale. Jn̄ ait ſaluator:
Qui viderit mulierē ad cōcupiſcendū eā.
ſtatim mechatus eſt eam in corde ſuo.

## Opuſculū eiuſdeꝫ J

ſuꝑ abſolutōe confeſſionis ſacramētalis

Gratia tibi ꝛ pax. frat̄ chariſſi
me. Petiꝫ p̄io. ſi apd̄ aliquē
doctorē repiat̄ forma auten/
tica abſolutōis ſacramētalis
Rn̄deo ꝙ ſit. Et de hoc vi/
deat̄ ſumma cōfeſſoꝝ. vel bertelina ſuꝑ h̄
verbo abſolutio p̄ma q̄ſtiōe. Vtꝝ forma
abſolutōis debeat fieri ſub mō indicatio
Et ſ̄m illa q̄ repiunt̄ ibidē patebit ſatis
rn̄ſio Ad illd̄ quod ſcd̄o petis. ſcꝫ q̄ ſit for
ma ſufficiens: ¶ Deīn ad tertiū qd̄ q̄ris
vn̄ tot varietates in forma iſta abſolutio
nis: Reſpōdeo/ ꝙ ex ignorātia vel negli/
gētia ſufficiēter inq̄rendi q̄ agenda ſunt
circa ſacramēta Sꝫ cur plus inq̄s circam
iſtā formā q̄ꝫ circa alias: Ratio vna eſt q꞉
alie forme/ dicūtur publice ꝛ inueniūtur
ſcripte ſicqꝫ leguntur. Hic autē occulte ꝛ
abſqꝫ libris ꝛ arbitris fit negociū. Pōt et
alia rō dari q꞉ act⁹ cōfeſſionis ꝛ abſolutō
nis/ eſt quidā act⁹ iudicialis. vbi videtur
ſufficere ꝙ ſacerdos iudex/ explicet ſentē/
tiā ſuam q̄buſcunqꝫ verbis. dum tamen

intendat abſoluere. ſicut dicimꝰ in matri
monio ꝙ ꝯſenſus interioꝛ amboꝝ. ſigni
ficatꝰ exteriꝰ qualibuſcūqꝫ verbis. immo
⁊ ſignis. ſicut i muto. ſufficit ad matrimo
niū contrahendū. ¶ Deniqꝫ ꝑ ſolutione
alioꝝ q̄ſitoꝝ ⁊ declaratione p̄miſſoꝝ/ſcri
bā tibi modū q̄ vtoꝛ in hmōi abſolutioni
bꝰ ¶ Vñ ſi nihil dubitaꝛ de excōicatione
ꝯtracta/Dico p̄rio ꝑ modū imp̄cationis
q̄ de ꝯgruo p̄mittiꝛ. Dñs noſter Jh̄s xp̄s
te abſoluat. vel parcat tibi deꝰ. vel dū mo
ra maioꝛ eſt Miſereaꝛ tui omp̄s deus. ⁊c.
Deinde ſubiūgo cū intētione īteriori ab
ſoluēdi/q̄ntū poſſum ⁊ ſcḋm autoritatē mi
hi ꝯmiſſam Et dico Ego te abſoluo a pec
catiſ tuis Jn noīe pa. ⁊ fi. ⁊ ſ. ſ. Amē ¶ Nec
oportet aliō addere. nec iſtō ꝓ nomē alijs
nec iſtō adiectiuū oībus. nec iſtō oblitis
nec illō ꝯtritis Jmmo p̄t nocere ſi poniꝛ
hoc adiectiuū ꝯtritis. cū virtus ſacramē/
talis abſolutionis valeat ſuꝑ pctā ſolum
attrita. licꝫ nondū ꝯtrita Et ita ē additio
q̄dāmodo diſtrahēs q̄ p̄ſupponit contri
tionē p̄ceſſiſſe q̄ non ſꝑ p̄req̄riꝛ vt dictū ē
¶ Jtē nec oportet addere q̄ntū poſſum ⁊
adhuc minꝰ iſtō inq̄ntū debeo. q: ſepe ſa/
cerdos non teneꝛ aut dꝫ abſoluere. ⁊ ita ē
additio diſtrahēs. ¶ Jtē nec oportet ad/
dere autoritate mihi commiſſa ⁊c. oīa eni
talia ſufficienꝛ fiūt ⁊ valēt ꝑ intētionē in
teriorē quā hꝫ ſacerdos vel habuit in vo/
lēdo abſoluere Vñ ꝑ regula teneaꝛ ꝙ foꝛ/
me ſacramētoꝝ dēt eē abſolute ⁊ nō condi
tionales Et ſi opponaꝛ ꝙ in baptiſmo dr
q̄nqꝫ Si tu non es baptiſatꝰ e. t. b. ⁊c. Rñ
deo ꝙ illa conditio non ſe tenꝫ nec tenere
dꝫ ex ꝑte forme ſꝫ ſolū referēda ē ad expli/
cationē intētionis quā hꝫ ſacerdos. quā
intētionē ideo explicat ne puteꝛ velle ba/
ptiſare pueꝝ iā baptiſatū. ⁊ ita facere īiu/
riā ſacramēto. Vñ apō deū ſufficeret inten
tio interioꝛ ſine tali explicatione. niſi q:
ſic eccl'ia voluit fieri cā dicta. Sil'r eēt in
dubio qō aliqs hꝫret de hoſtia poſita añ
eū dū celebrat ⁊ neſcit plane ſi conſecrata
ſit iā vel non. vtputa q: neſcit ſi ꝓtulerit
ſufficienꝛ v̄ba ⁊c. Tūc ſi neceſſaria ſit ſecu
ritas āplioꝛ/ſufficiet ꝙ homo cū intētio/
ne iſta ꝙ non itēdit conſecrare iſtā hoſti/
am ſi ſit conſecrata. dicat v̄ba conſecratio
nis. q̄uis tal' repetitio non ſit paſſim fa/
ciēda. nec eēt in h̄ aſſueſcēdū ¶ Addaꝛ ꝙ
p̄dicta forma abſolutionis ſacramētal' ſuf
ficit in q̄cūqꝫ abſolutione ꝑ pctīs ſine fi
at confeſſio pꝰ vnā abſolutionē iā datā ſi
ue non Nec oportet dicere Abſoluo te ab
iſto peccato ⁊c. ſꝫ ſufficit ſicut p̄iꝰ Deniqꝫ
tutiꝰ obſuaꝛ breuis ⁊ ſuccincta forma ab
ſoluēdi p̄dicta. q̄ꝫ dū fiūt tot additiones
q̄ vel ſunt ſuꝑflue vel q̄nꝫ diſtrahētes aut
īpeditiue ¶ Ceteꝝ q̄ad abſolutōꝫ de excō
municatione Rñdeꝛ ꝙ in foro pb̄lico nō
ſacramētali/nulla certa forma req̄riꝛ ſuf/
ficit ꝙ ille q̄ hꝫ p̄tātē iudiciariā. ſignificet
intētionē ſuā q̄ vult talē abſolutū eſſe.
Porro q̄ ad ſacramētalē abſolutionē q̄ vl/
teriꝰ req̄riꝛ/⁊ circa cuiꝰ omiſſionē mlt̄i de/
ficiunt p̄ciſa forma non ita req̄riꝛ ſicut in
alijs ſacramētis Vñ iſta forma ſufficit cū
intētione interiori ſicut p̄iꝰ explicabaꝛ.
Ego abſoluo te ab excōicatione vel excōi
cationibꝫ ⁊c. Et p̄t addi. licꝫ non ſit neceſ
ſariū iſtō. Et reſtituo te ſacramētis eccl'ie
⁊ orōibꝫ diuinis Jn noīe pa. ⁊ fi. ⁊ ſ. ſ.
Ceteꝝ q̄ ad minorē excōicationē q̄ ꝯhiꝛ ex
ꝑticipatione cū excōicatis ſufficit eadem
forma Sꝫ q̄ad excōicationē largo noīe
dictā q̄ ꝯhiꝛ ex q̄libet peccato mortali qō
ſeꝑat hoīem a deo. puto ꝙ non req̄riꝛ ſpe
cial' formula ſꝫ ſufficit alia q̄ dicta eſt pro
pctīs ¶ Ampliꝰ v̄o q̄ad irreg'laritates cō
tractas celebrādo ī excōicatōe vel alio ta/
li modo/ſicut hēꝛ in ꝯſtitutionibꝫ decre/
taliū. forma ñ eſt certa ⁊ p̄ciſe req̄ſita. cum
ſit q̄dā actꝰ iudicial' magꝭ q̄dāmō q̄ꝫ ordi/
nis Nihilominꝰ p̄t ꝯgrue ſic dici ſicut etiā
pñiarioꝝ vſus hꝫ Ego abſoluo te ab irre
g'laritate vel irreg'laritatibꝫ ſi ſint plures:
⁊ reſtituo te ſacramētꝭ eccl'ie. ⁊ diſpēſo tecū
Et h̄ ponūt ꝑ futuro tp̄e vt hō legitie poſ
ſit celebrare vl' vti ſacramētꝭ Deniqꝫ addiꝛ
Jn noīe pa. ⁊ fi. ⁊ ſ. ſ. Amē. ¶ Tādē ad id
qō inquiris ſi ſit expediēs in iniūctione
penitentie dicere. Omnia bona q̄ facies/
ſint tibi ꝑ generali penitētia Rñdeo ꝙ ſic
q: ꝑ hūc modū/oīa talia bona. habent vī
ſatiſfactoriam. licet non tantundē ſicut ſi
ſpecialiter iniūgerenꝛ ⁊ fierent. ⁊ hoc pro
pter obligatōem maiorē ⁊ obedientiā in/
de ſequentē. Sed nō eſſet ſecuꝝ ſpeciali/
ter iniūgere talia ⁊ talia oīa ſic debere fi
eri. propter periculū tranſgreſſionis ⁊ cul
pe ſeu inobediētie inde cōſequētis.

## ¶ Tenoꝛ queſtionis

de q̄ fit ſuꝑius mētio in ſumma confeſſio/

rū libro.iiij.ti. xxxiiij.q.xci. ſm quottatōz
libri mei ſic ſe habet. quia poſt cōfeſſiōez
cōtriti pectoris.regulariter dꝫ ſubſeq̄ ab/
ſolutio ſacerdotis. q̄ro an forma abſolu
tionis in ſacramēto penitentie/debꝫ dici
ſub mō indicatiuo. Rn̄deo ſm albertū in
ſcriptis ſup.iiij. ſententiaꝝ.diſtin.xvij Di
cendū qd̄ ſic ꝓpter ſacri certitudinē. ſed ꝙ
p̄cedit dep̄catio hoc eſt de bn̄ eſſe ſacram
ti ⁊ nō de eſſe. Vn̄ conuenienter dr̄. dn̄s te
abſoluat ⁊ ego aucte q̄ fungor abſoluo te a
pctis tuis in nomie pa. ⁊ fi. ⁊ ſ.ſ.amen Et
hāc formā expoſuit magiſter iohānes de
verziaco in ſcolis in lectiōib9 ſuis. Tho/
mas etiā i vltia pte ſumme ſue .q.lxxxiiij.
ar.iij.ↄcordat cū hoc.dicit enim ꝙ de for
ma ſubſtātie eſt/ ego te abſoluo.ſed p̄mit
tit orō miſereat tui omps de9 ⁊c̄ ne effect9
ſacri impediat ex pte penitētis Itē qꝛ ſa/
cerdos nō ꝓpria autoritate abſoluit ſꝫ q̄i
miniſter ↄuenienter aliq̄d apponit .ego te
abſoluo in noīe pr̄is ⁊ fi. ⁊ ſ.ſ.amē Vel p
ꝟtutē paſſiōis xp̄i Vel aucte dei/ſicut dy
oniſi9 exponit.iij.ca.celeſtis hiera. Quia
tn̄ hoc nō eſt determinatū ex ꝟbis xp̄i ſic
in baptiſmo talis appoſitio relinq̄t in ar
bitrio ſacerdotis ¶ Seq̄t alia q̄ſtio/vtꝝ
req̄rit ipoſitio manuū ſacerdotꝭ in ſacra/
mēto penitētie Rn̄deo ſm tho.vbi ſupra
ar.iiij.dōm ꝙ nō qꝛ hoc ſacr̄m nō ordiat
ad ↄſeq̄ndū aliquā excellētiā grē/ ſꝫ ad re
miſſiōꝫ pctōꝝ Magꝭ etiā in hoc ſacr̄o cō
petere crucis ſig̃tio/ q̄ꝫ man9 ipoſitio In
ſignū ꝙ p ſignū crucis xp̄i/ remittūt pctā
⁊ tn̄ nō eſt de nccītate ſacri hec ibi.

k ## Queſiſti inſuper ſi

hō abſolut9 a pena ⁊ a culpa.ſm formā ſo
litā cōferri in articulo mortꝭ moriēs in il
lo ſtatu/euolet ſtati ad celū. Rn̄deo ꝙ a ra
dice vidēda eēt hic tota materia de indul
gētijs/ad plene reſpōdēdū. Pro q̄ videāt
doctores in.iiij.ſniaꝝ. ⁊ alie ſumme.dico
tn̄ q̄ꝫtū ſpectat ad pn̄s/ ꝙ abſolutō illa ſo
let dari de pctis cōtritꝭ ⁊ cōfeſſis Si ergo
pctā ſint q̄ nō ſunt ſacr̄alr̄ cōfeſſa.ſic̄ ſunt
pctā oblita nō oportet ꝙ de illis ſm for/
mā abſolutōis det indulgētia. Ex q̄ pꝫ q̄ꝫ
tū expedit nō dari obliuiōi pctm̄ ſꝫ illa ex
p̄ſſe cōfiteri hita copia ſacerdotꝭ.pꝫ vltra
ꝙ in abſolutōe ſacramētali nō oportet di
cere abſoluo te a pctis oblitis Vez eſt tn̄
ꝙ qꝛ de9 non obligat ad ipoſſibile ſi pctā
oblita nō veniāt i mēoriā. facta diligētia
ſufficiēti/ ⁊ hō cōterit in generali de illis
tūc hō ſaluabit.ſic tn̄ q̄ſi p ignē Sec9 aūt
eſt dicūt iuriſte/de abſolutōe de excōicatō
nib9/etiā de oblitis/ qꝛ nō oportꝫ ab illis
iteꝝ abſolui dū hn̄s ptātē generalē vt pa
pa vel legat9 ⁊c̄. abſoluit generalr̄ ab oib9
ſentētijs/qd̄ ē tutū petere ⁊ habere. ¶ Ad
datur ad p̄miſſa/ ꝙ ptās p̄latoꝝ in dādo
indulgētias nō eſt niſi quedā ptās diſpē
ſatōis q̄ dꝫ eē rōnalis ⁊ ad edificatōꝫ ⁊ iō
ſi dent ſine cā ratōnali has vel illas idul/
gētias vtpote p ſolo intuitu fauoris hūa
ni/vel alio tali mō nō oportet ꝙ indulgē
tie tm̄ valeāt q̄ꝫtū ſonāt Propterea fatue
ſunt ⁊ ſupſtitioſe q̄dā ītitulatōes de idul/
gētijs.xx.mille ānoꝝ vel tali mō q̄ dixerit
quiq̄ꝫ pater noſter/añ talē imaginē ⁊c̄. Et
eēt p p̄latos ꝓuidēdū.qꝛ cedit hoc in con
temptū ⁊ irriſionē indulgētiaꝝ nec conti
net veritatē. Vn̄ plena indulgētia vix ſo/
lebat dari/ p paſſagio terre ſctē. Conſtat
tn̄ ꝙ factū p q̄ ſunt indulgētie/magꝭ ꝓui/
legiatū eſt/ q̄ꝫ aliō ceterꝭ pib9. ¶ Addatur
p̄terea/ꝙ forma dādi indulgētias ſepe va
ria ē.qn̄ꝫ eni dat ſub certꝭ conditōib9 vt ſi
ſint confeſſi ⁊ contriti/ ⁊ ſi dederit man9
adiutrices.qn̄ꝫ dat extn̄tib9 in grā.vel ifra
mēſeꝫ hūerit grāꝫ/itaq̄ꝫ tūc dū habēt gra
tiā recipiūt grām ſine alio actu confeſſio
nis.vel ſacramētalis abſolutionis Unde
dare indulgētias non ē ꝓprie abſoluere a
pctis/ſꝫ ē de penitētia debita relaxare vel
in toto vel in pte. Et ita pꝫ ꝙ non req̄rit/
certa forma ꝟboꝝ/ſicut i ſacramēto ſꝫ ſuf
ficit explicare ſm intentionē pape dātis.
ꝙ dantur tali tales indulgentie.

## ¶ Queris vlterius

Vtꝝ abſolutio a pena ⁊ culpa p articulo
mortis ſemel in vita poſſit dari illi q̄ non
eſt tūc moritur9 Reſpondeo circa hoc ne/
ceſſariū eſt cognoſcere q̄d ⁊ q̄uo papa in/
tēdit dādo idulgētias iuxta illō ꝙ vltio ad
debat in ſolutōe alteri9 dubitatiōis. qꝛ ſi
intēdit ꝙ ſolūmodo valeāt indulgētie p
illo q̄ moritur9 eſt ⁊ pro hora q̄ eſt moritu
rus/ tunc quantūcumq̄ꝫ det indulgentia
a ſacerdote/ illa nō habet effectū niſi pro
hora mortis Unde ⁊ ſi ille poſtmodū mo
riat in peccato mortali effectus indulgē/
tie impedit. Si autē moriatur in gratia
forte tūc prima indulgētia ſortiet effectū

etiā ſi ſacerdos defuerit dans iſtas indul
gentias. Addit̄ forte quia neſcit̄ hic ſatis
intentio pape conferētis. Unde q̄uis ſa
cramentū extreme vnctōis. nō debeat da/
ri/niſi in articulo mortis tamē ſi ille ſuſci
piens nō moriat̄ pro tunc nihilominus
erit vere inunctus ſacramental̄r. ⁊ tamen
in altera vice articuli mortis poterit iun/
gi. nō enim dicit̄ articul⁹ mortis. q2 ꝑ illū
vel in illo hō moriatur ſed q2 ſm ꝓbabi/
lem coniecturā humanā/ nō eſt in dubio
mortis/ ⁊ ita nō oportȝ expectare horam
extremi ſuſpirij. Eſt igit̄ tutum cōſilium
in datōne hmōi indulgentiaꝝ a pena ⁊ a
culpa pro articulo mortis/ ꝙ in q̄libet ta
li articulo prout expreſſum eſt/ petat īfir/
mus ſibi dari indulgētiā talem ſm pape
intentōem ⁊ ꝙ conferēs ſic dirigat inten/
tionē ſuam. ⁊ dicat verbis quib9 valet p⁹
q̄ abſoluerit eū ſacramental̄r. modo debi
to tā ab excōicatōib9 q̄ a pctīs. do tibi ple
nā indulgentiā de pctīs tuis. habēdo vt
dictū eſt. intentōnem ad grām a papa ex/
preſſam/ ſiue explicet̄ ſiue nō illa intentō

2 **Ulterius ad illud**

ꝙ queſiſti ſi verſus ille: dirupiſti dn̄e vin
cula mea. ⁊c̄. dictus ſemel vel ter in morte
habeat efficaciā qualē quidā ponūt ⁊ im
ponūt Auguſ. dixiſſe Reſpōdeo ꝓ regula
circa talia que ſunt innūerabilia ꝙ nūq̄
attribuenda eſt aliqua virtus ſupnatura
lis/ talib⁹ rebus quibuſcūq̄. niſi hoc tra/
hi poſſit ex ſcriptura ſacra. vel reuelatōne
diuina ⁊ oppoſitū credere/ habet quādā
ſpeciē ſupſtitutōis/ plus vel min⁹. ſm na
turam opis vel aſſertiōis. Nō oportet tñ
ꝙ ſemꝑ ſit pctm̄ mortale/ imo habet ſepe
excuſatōem licet apud ſimplices ⁊ pios q̄
nō ponūt ſpem in talib9 niſi ex virtute di
uina/ quā reputāt deū talib9 reb9 īdidiſſe
ac ꝑinde ſubleuant ſpem ſuā. ⁊ ymagina
tionē habent fortiorem. q̄uis inſtruendi
eſſent crebrius. tam ꝑ ſermones q̄ aliūde
vt ſpem ſuā poti⁹ figerent in auxilio dei/
⁊ ſctōꝝ imediate. q̄ talia adinuēta q̄rerēt
Nihilomin⁹ ꝯdeſcēdēdū ē q̄nȝ fragilitati
⁊ debili deuotōi hoīm. ⁊ pauce fidei/ q̄ ne
queūt ſic ferri in deū imediate. Et ex hoc
pñt excuſari nouenarie q̄ fiūt cū certȝ obſ
uātijs q̄s credūt ſimplices eē neceſſarias
⁊ ꝙ alioq̄n nihil valeret q̄cq̄d agerēt. vt ſi
ſolū cēnt octo dies vel ſi xi. cēnt. ſil̄r ſi deſ

cādela longitudīs illi⁹ q̄ offert ꝙ pl⁹ ꝓdeſt
q̄ longior/ ⁊ ita de ſilib9 innūeris. Nō eſt
igit̄ q̄libet talis obſuātia condēnanda. ⁊
extrahēda tāq̄ impia/ ſȝ poti⁹ ſtudēdum
eſt vt illō ꝙ fit: fiat intentōe pia ad deū. ⁊
ſub ſpe auxilij ſui/ ab ipſo ⁊ nō altero q̄li/
bet ꝯſeq̄ndi. Sic pie pt dici. v̄ſus ꝑor et
ſilia nō de aſſertiōe certa/ ꝙ hēat vim hu/
iuſmodi. ſȝ q2 deuotio dicētis hoc meret̄
adiuuāte gratia dei. ⁊ ſpes interim ſua vi
goroſius eleuatur.

**Ad aliud cum que**

rit̄. ſi q̄s ſacerdos abſoluat aliquē bona
fide. credēs hr̄e ptātē abſoluēdi illū. q̄ tñ
in v̄itate nō hȝ ptātē debeat p⁹ modū face
re cōſciaȝ illi quē putauit abſoluere. Et ſi
ſic q̄d ageret ſi iā mortu⁹ extiterit. Rn̄deo
ꝙ tal' nō eſt abſolut⁹ ſacr̄alit̄. ſaluabit̄ tñ
ex q̄ bona fide ꝓceſſit ⁊ ꝯtrit⁹ eſt/ niſi poſt
modū dum venerit ad noticiā ſuā veritas
ꝯtēpſit cōfiteri Sacerdos āt tenet̄ ſibi fa
cere cōſciam dū reſciuerit ⁊ hoc ſi ꝯmode
poſſit fieri alias nō: nec oportȝ ꝙ ſi nō fe
cerit alteri conſciam de hoc q2 nō ꝯmode
pt aut potuit. ſit in ꝑiclo dānatōis/ ꝯfite
ri tñ de ignorātia aut negligētia tutū erit

**Aliud queſiſti ſi di**

cēdo officiū diuinū occurrat cogitatō de
uota circa aliō q̄ ſonāt v̄ba ſuicij/ ſit vti/
li⁹ iſeq̄ cogitatōȝ illā vel ꝯtinuare. q̄ redu
cere ſe infra terminos ⁊ limites ſuicij Rn̄
det̄ ꝙ talis. aut ē exercitat⁹ iā circa illā co/
gitatōȝ. ita ꝙ trāſit apō eū in ꝯtēplatōem
.i. ꝙ facil̄r ⁊ abſq̄ īpedimēto pt ſm illā ſe/
ipm eleuare. ⁊ ſm illā videre. velut in luie
claro ⁊ īpturbato. ⁊ ita poterit talis in cō
tēplatōe ſemet exercere etiā tēpe ſuicij. q2
cū oī facilitate ⁊ abſq̄ īpedimēto reuerſio
nis ad ea cogitāda q̄ dicūt̄ in ſuitio. trāſi
bit in hoc nūc in illō. Si v̄o cogitatio q̄
occurrit ſit inſolita ⁊ egeat grādi ⁊ forti at
tentiōe nec poſſit trahi ad fāiliarē cogita/
tōeȝ ⁊ facilē. niſi cū diutīna meditatōe tūc
in hoc caſu videt̄ tuti⁹ ⁊ ꝯſulti⁹ cogitatōȝ
illā differre. vſq̄ p⁹ tps ſuicij. q̄n ſuitiū ē
impoſitum ſub diffinito. Et ſm hoc vi/
det̄ itelligi illō dictū Bti bern̄. ī vna omel'
ſuꝑ cātica vbi vetat: ne q̄cq̄ aliō tēpe ſer/
uicij cogitet̄. etiā ſi ſalubre aliq̄d occurre
rit. ⁊c̄. Placuit imprecatio lr̄is tuis in
ſerta qua petis. vt oēs nos de⁹ in ſua pace

cuſtodiat/⁊ a turbatōe mundi ⁊ hominū
in abſcondito faciei ſue miſericordit̄ ab/
ſcōdat. Eſt accōmoda pn̄ti tempeſtati q̄
minat̄ ingentes horrendaſq̄ bellorū pl⁹
q̄ꝫ ciuiliū opiniones/a facie quoꝝ/ nō eſt
refugium tutius ⁊ melius/ q̄ꝫ ad deum re
currendo/ꝑ patientiā et humiliatōeꝫ ma
gnam. Nam in qualicūq̄ꝫ angulo mundi
qualis ſecuritas/qualis ve pax ſperabit̄.
diſpoſui manere ſtabiliter ī loco meo pa/
riſius. ⁊ illic preſtolari/que domini volū
tas de me fiat/nam locorū mutatio q̄d ꝓ/
ficeret nō ſatis inuenio. Expectam⁹ autē
prebendā ampliorē et faciliorē ac vberio
rem in eccleſia illa magna:non pariſieñ ſed
paradiſi/ad quē tendim⁹. diuerſ̄ vijs. ali/
us ſic/alius vero ſic. iuxta vocantis dei/
varios et impſcrutabiles modos. Faciat
igitur quilibet ꝑ bona opa/vocatōem ſu
am certā ne ab expectatōe noſtra/nos cō/
fundat deus. Tu noīatim frater cariſſime
hoc egeris/auxiliante gratia dei que iugi
ter tecum ſit/⁊ fructū afferre faciat in pa/
tientia/in qua ſola poſſidem⁹ animas no
ſtras. Lege. xlv. capi. hieremie prophete
de verbo dn̄i ad baruch. Et bn̄ vale me/
mor mei/in oratōibus tuis. Nec pacem q̄
ſieris extra/ſed aſſidue tecū habita ⁊ libe/
ro animi conteptu/rumores fuge. non ſo
lum ne incepias nouus autor haberi ſed
ne te gratis impleāt ⁊ verent Dn̄m inuo
ca/⁊ nō trepidabis timore. vbi nō erat ti
mor. Aut ſi timendū eſt/illū time qui po
teſt corpus ⁊ animā ꝑdere/in gehennā ig
nis. Ammodo dū dubitatōes huiuſmo/
di morales pulſauerit animū tuū/ vel tu
orum. recurre diligenter ad ſummā q̄ꝫ ha
bes ſcilꝫ bertelinā/quia illic repies rn̄ſio
nes fere de om̄ibus talibus. aut ſaltem in
quirendo ꝓficies/exercens ingeniū. ⁊ no
ua quottidie addiſcens/ vetera profundi
us in memoria radicabis. Eas vero ſolu
tōnes q̄s nō inueneris remanda ⁊ ſatis fa
cere curabimus ¶ Explicit epl̄a magiſtri
Johannis Gerſon. miſſa fr̄i ſuo celeſti/
no. ⁊c. ¶ Ex predictis apparet q̄ forma
ſufficiēs ⁊ ſecura abſoluēdi in cōfeſſiōibꝫ
vbi nō habet̄ ſcrupulus aliq̄s de excōmu
nicatōne aliqua vel irregularitate poſtea
q̄ꝫ premiſſa eſt cōgrua aliqua imprecatio
vt Parcat tibi deus. vel miſereat̄. ⁊c. vel
ſimilis/ē iſta. Ego abſoluo te a peccatis
tuis. Jn nomine patris ⁊ filij et ſpiritus/
ſancti. amen. Nec oportet alia addere. im
mo tuti⁹ eſt dimittere/quia talia vel ſunt
ſupuacua ⁊ nugatoria/vel diſtrahentia ⁊
plus nocumenti quā ſecuritatis ⁊ vtilita
tis afferentia. Ubi autē dubitat̄ veriſimi
liter aut certitudinal̄r ſcit̄ de excōmunica
tōne vel irregularitate/forma habet̄ in ſu
perioribus. nec fingat aliquis nimis leuit̄
ſcrupulos in materia conſciētie/ ſed exp/
torum ⁊ ſapientū conſilio vtat̄. alias nū/
q̄ꝫ ad ſolidā aliquā deuotōeꝫ ꝑueniet. ⁊c.
¶ Que ſequūtur in predicta littera non
habent̄/ſed cognoſcens ego q̄ ad capitu/
lum. xlv. hieremie de baruch me remitte/
ret legendū. manifeſtare neſciētibꝫ curaui
Sciēdū igitur q̄ baruch qui ſcriba erat:
preuidens nimiā calamitatē que oppreſ
ſura erat iudeos de hierl'm in qua ipe tūc
erat quando nabuchodonoſor rex babi/
lonis/oppugnauit eā/⁊ timens plurimū
inuolui ꝯmuni ceteroꝝ clade/cepit intra
ſeipm querulof̄ planctibꝫ cōtriſtari. quē
dn̄s pie ⁊ paternaliter redarguēs q̄ ī tāta
hominū multitudine in captiuitatē ad/
ducenda/ipſe ſibi requiē ⁊ gaudia quere
ret/predixit ipꝫ baruch/ multa cū ceteris
paſſurū corꝑaliter/ ſed nō ſine grandi et
dulciſſima cōſolatiōe. ſeruatuꝝ ſe animā
ei⁹/ quocūq̄ꝫ ꝑgeret cōpromiſit. q̄ quidē
illi ſufficere debuit. Unde ſic habet̄ in di
cto capitulo. xlv. hieremie. verbū q̄ locu/
tus eſt Jeremias propheta ad baruch/fi
liū nerie/ cū ſcripſiſſet verba hec in libro
ex ore Jeremie anno. x. Joachim/ filij io
ſie regꝫ Juda dicēs. hec dicit dn̄s de⁹ rex
iſrael ad te baruch/dixiſti ve miſero mihi
quoniā addidit dn̄s dolorē dolori meo/
laboraui cum gemitu meo ⁊ requiē non
inueni. Hec dicit domin⁹ ſic dices ad eū.
ecce quos ego edificaui deſtruo/⁊ q̄s plā/
taui ego euello/⁊ vniuerſam terrā hanc. ⁊
tu queris tibi gaudia. noli querere. q: ec/
ce ego adducā malū ſuꝑ omnē carnem. di
cit domin⁹ ⁊ dabo tibi animā tuam in ſa/
lutem/in omnibꝫ locis ad quēcunq̄ꝫ per/
rexeris. Hec ibi. Suꝑ quo verbo ait glo/
ſa ordinaria in hūc modū. Rudis adhuc
tolerantia paſſionū quas experturus erat
baruch expauit captiuitatis calamitatē/
que tp̄e ioachim imminebat. Unde con/
querit̄ dolorē additum dolori ſuo/ cui re
ſpōſum eſt a deo/ q̄ ſuꝑflue quereret ſibi
pacē cū totus ppl's ſub faſce tribulatōnū

laborarer. Signat autẽ eos qui preſſura
tribulationũ vel pſecutionũ. quibꝫ in pñ
ti eccleſia grauat᷑. puſillanimitate titubãt
querentes conſolatõem que ſolũ in futu/
ro plene promittit᷑. Vñ vos autẽ cõtriſta
bimi. ſed triſticia veſtra: vertet᷑ in gaudiũ
Hec ibi Igit᷑ hoc exẽplo eruditi / rogem⁹
in ſpiritu hũilitatis ⁊ animo contrito ob
nixius patrẽ miſericordiaꝝ / dñm noſtrũ
vt ſi propter delicta noſtra q̃ penas acer/
biſſimas demeruerũt flagellari nos decrẽ
uerit ſaltẽ miſericorditer corripiat / cõſer
uans animas noſtras / ab omĩ murmura
tionis ⁊ impatientie piculo. quaten⁹ in p̃
ſenti caſtigati ſalubriter ⁊ nõ mortificati
digni ſimus qui in eterna beatitudĩe cũ
ſanctis om̃ibus cõſolemur. Amen.

## De abſolutone de functi carthuſieñ.

Equit᷑ reſponſio ad interroga
tionẽ carthuſienſiũ aliquoꝝ
Ad videndũ ſi defunctus poſ/
ſit abſolui ſicut dicit᷑ fieri apõ
carthuſieñ / dũ inhumatio celebrat᷑ Nota
ri poteſt diſtinctio magiſtral᷑ ꝙ quadru/
plex poteſt intelligi abſolutio Quedã eſt
ſacramentalis in foro conſciẽtie. Quedã
iuridicialis in foro eccleſie. Quedã ſatiſ/
factoria. Quedã deprecatoria. ¶ Cõſtat
ꝙ defunctus nõ poteſt abſolui ſacramen
taliter ſicut nec poteſt confiteri quoniã a
mortuo perit confeſſio ⁊ ad hoc poteſt re/
duci illud dictũ petri quodcũqꝫ ligaueriſ
ſup terrã ⁊c. nõ dicit ſub terra. Rurſus q̃
ſi defunctus ſit in gloria / nõ indiget. Si
ſit damnatus nõ eſt capax / ſi ſit in purga
torio ipſe alr̃ ſaluabit᷑. ¶ Conſtat pterea
ꝙ defunctus ſi fuerit excõicatus in foro
eccleſie vel exteriori ⁊ penituerit poteſt ab
ſolui / ⁊ quo ad corpus ⁊ quo ad animam
ſicut frequẽter practicat᷑. Et in hoc caſu /
poteſt officians dicere abſolno te. non in
primo / nec in ſequẽtibus expedit ¶ Con
ſtat rurſus / ꝙ p modũ ſatiſfactõis / poteſt
defunctus exiſtẽs in purgatorio recipere
abſolutõem a pena ſua multiplicit᷑ Vno
modo dum pticłaris pſona applicat me/
ritum ſue ſatiſfactõis pro defuncto: Alio
modo dum hoc facit vna cõgregatio pti/
cularis vel caput congregatiõis. Tertio
modo ſi papa velit cõmunicare de theſau
ro eccleſie / p modũ indulgentie / quoniã
iſto modo poteſtas pape ⁊ claues eccleſie
poſſunt ſe extendere ad defunctos in pur
gatorio / ſaltem indirecte cuius declaratõ
poſſet longius extendi / ſed hic omittitur
Fundamentũ datur in articulo ſimboli
ſanctoꝝ ꝯmunionẽ In quo fundatur va
lor ſuffragiorũ pro defunctis factorũ per
viuos ¶ Conſtat deniqꝫ ꝙ p modũ dep/
cationis ⁊ impetratõis poteſt defunctus
exiſtens in purgatorio frequẽter abſolui
iuxta doctrinã cõem omniũ doctorum / ⁊
vniuerſalem ritũ eccleſie / que p defunctis
inſtituit oratões atqꝫ ſuffragia. Et in eſt
illa oratio cũ ſimilibꝫ / abſolue q̃ſum⁹ do/
mĩe Iuxta quẽ modũ abſolutõis / fiũt in
eccleſia quotidie abſolutiones generales
ante miſſam: ⁊ in cõpletorio. dum poſt cõ
fiteor dicit᷑: abſolutõem ⁊c. ¶ Et iſto mõ
nll'a eſt difficultas in predicta obſeruatõ
ne carthuſieñ. vel alioꝝ qui dicũtur ab/
ſoluere defunctos / ſi non vtãtur niſi ver/
bis deprecatorijs. Quia vel intendũt im
petrare abſolutõem defuncti p deprecatõ
nem vel etiã p ſatiſfactionũ ſuaꝝ applica
tionẽ iuxta tertiũ membrũ. ¶ Si vero fi
at abſolutio p verbũ pſentis tempis ⁊ in/
dicatiui modi / vt dicendo ego te abſol/
uo ⁊c. Poteſt hic loquẽdi modus / pie in/
telligi vel interptari / tanq̃ ſit deprecato/
rius. aut ꝙ fiat iuxta ſcðm membrũ diſti
ctiõis abſolutio quedã iuridicialis de ex
cõicationibus / ſi q̃ forſitan cõtracte ſunt
p tranſgreſſionẽ ſtatutorũ religionis vel
alio modo. Cui conſonat quod inq̃rit᷑ a
circunſtãtibus dũ corpus debꝫ inhuma/
ri / vultis ꝙ abſoluat᷑. Sicut etiam apud
ſeculares quãdoqꝫ nõ humaret᷑ corpus /
niſi epiſcopus vel curatus mãdaret ⁊ cre
ditores conſentirẽt. ¶ Rurſus poſſet ad/
di ꝙ ex indulto apoſtolico. intelligat᷑ fieri
largitio q̃dã indulgentiaꝝ. p quas abſol
uat᷑ defunctus a pena / qua ligatus eſt in
purgatorio. Sed hoc indiget maiori de/
claratõne / quia nec certũ eſt de tali priui/
legio vel indulto ſeu de forma eius. Et q̃
cauſa mouiſſet papã ad cõcedendũ tales
indulgentias carthuſienſibꝫ plusq̃ alijs
q̃uis auſteritas religionis videretur eſſe
cauſa rationabilis talis indulti. ¶ Et p⁹
ſcripturã premiſſorũ / datũ eſt intelligi ꝙ
prior magnus / ⁊ cõſequenter alij / fungũ/
tur autoritatẽ legati pape circa ſuos. Et
iſtã ꝯceſſionẽ iudico rõnalem / p tollẽdis

ſcrupulis/qui plures inſurgunt apud ti/
moratos in dei ſeruitio quā alias. Et vt
afflictis ꝑ timore dei ſua proſit afflictio.
Unde licet defuncti nō ſint habiles face/
re ea que cōmuniter inſtituūtur pro ꝑce/
ptione indulgentiarum/vt ꝙ cōtribuant
ieiunent orent. poteſt tamen papalis au/
toritas concedere vt ſi ꝑ earū ſuis viui ta
lia faciant pro quibus danť indulgentie
proſint ipſis. Finit

a ¶.Super abſoluen
di poteſtate ⁊ qualiter expediat fieri reſer
uatōnem peccatorum.

g Lorificate deū ꝙ dedit poteſta
tem talem hoīb᷒. Math.14.a
Quod verbū ꝗuis literaliť ſit
de poteſtate ſanatōis morboꝝ
in corꝑe/tamen principaliꝰ intelligitur ꝑ
miſteriū/de poteſtate clauium/ſoluentiū
peſtes peccatorū in mente. Hec autē po/
teſtas clauiū que circa corpus chriſti mi/
ſticū cum membris ſuis que ſunt fideles
exerceť: reſidet in ſua plenitudine et fonte
apud papā/de hinc ad prelatos maiores
vſqȝ ad minores ꝗs curatos appellamus
deriuať ordine Jerarchico/diuinitus nō
humanitus inſtituto ad edificatiōem ec/
cleſie/ ⁊ ſalutem populorū/ quā chriſtus
expediens iudicauit. Et quoniā expedit
viam penitētie ꝑ claues eccľiaſticas nec
nimis aperiri/pro cōtemptu/ nec impro/
be coartare ſine fructu. Uidendum eſt ꝑ/
cipue de poteſtate curatorū que quotidie
practicať qualiter ſit ⁊ qualiter nō limitā
da iuxta qualitates temporū ⁊ locorū et
multiplicatōnem tranſgreſſionū/⁊ poſſi
bilitatē remediorū. Qua ſuper re/placeat
attendere propoſitōes. nō declaratōnes/
ꝙ ſequūtur. ¶ Omīs caſus qui nō inue/
nitur a curatis remotꝰ/ cenſendus eſt eis
conceſſus in foro conſciētie reſpectu ſub/
ditorum ¶ Omīs caſus cuius reſeruatō
gratuita. ſed quodammodo debita vel ex
opibus vendita. nos autem hoc intelligi
mus de merito condigni ¶ Septima
¶ Solus papa chriſtus/ in iuſtificatio/
ne impij prius natura infundit gratiam
q̄ remittat culpam Prius inſuper dimit
tit reatū pene eterne ꝑ īfuſionē huiuſmo/
di gratie/q̄ homo mereat a peccato reſur
gere/vel ab hoc reatu liber eſſe Quo circa
nō ſatis aduertebant qui dicebāt primū
actum cōtritionis poſt peccatū/eſſe plus
incōpabiliter meritoriū/ q̄ aliquē poſte/
rius elicitū. Fundantes ſe in hoc ꝙ cōtri/
tio merebat liberatiōem a pena eterna. et
conſecutōem vite eterne. nō ita conſequē
tes merebant huiuſmodi remiſſionē. q̄
iam facta erat. ¶ Octaua. ¶ Solus pa/
pa chriſtus poteſt illam tot dieꝝ ⁊ anno/
rum mille miliū indulgentiā cōcedere/ q̄
lis poſita repitur in diuerſis conceſſioni
bus ſummoꝝ pontificū vel alioꝝ/ſub va
rijs temporibus locis et cauſis. Et forte
talis enormitas conceſſionis ab aliq̄bus
queſtuoſis aut aliter male motis/ cōficta
eſt. ¶ Nona ¶ Indulgentiarū conceſſio
ratōnalis/preſupponit in cōferente auto
ritatē a chriſto fundatā. ⁊ in euangelio vl'
ex ipſo explicatā. Preſupponit idoneita
tem ⁊ adimpletōem conditiōis appoſite
in indulgentijs. vt ꝙ ſit ver⁹ contritus et
confeſſus. ⁊ faciat hec aut iſta ⁊c̄. Preſup
ponit tertio cauſam conceſſionis ſeu di/
ſtributōnis huiuſmodi indulgentiaꝝ le
gitimā. claue ſcꝫ eccleſie nō errante. neq̄
chriſto reprobante. vbi nō certa ⁊ euidēs
noticia requirit. ſed eſtimatio bone fidei
et probabilis cōiectura. queadmodū in
diſtributōne theſauri materialis. de fiſco
regio vel eccleſiaſtico/papa vel rex vel ali
us diſtributor attenderet. ¶ Decima.
¶ Indulgentiaꝝ conceſſio per tot milia

nedum dierū ſed ⁊ annorū/ videtur diffi/
culter ſaluabilis poſt remiſſionem eterne
pene ⁊ cōmutatōnem in tempalem. Con
ſtat enim ꝙ nec homo ſingularis in hac
vita poteſt aut debꝫ ad tot annos obliga
ri penitentiam agere. cum non victurus
ſit per milleſimā partem tot annorū. ⁊ ne
mo ad impoſſibile obligatur. Conſtat ꝑ/
terea ꝙ dum mūdus finem habebit/ceſſa
bit purgatoriū. et ex conſequenti dies pe
narum ſuarum. ¶ Undecima ¶ Indul/
gentiarum cōceſſio non extendit ſe ad pe
nas ex corruptōne nature contractas per
peccatū originale. Certum eſt enim ꝙ pa
pa non abſoluit a ſiti. a fame. ab infirmi/
tatibus. et a morte. Extendit igitur ſe hu
iuſmodi abſolutio ad penas ſupradictas
et infligendas/iuſto penitentialis ſatiſfa
ctōnis iudicio pro peccatis actualibus/
vel hic vel in purgatorio. quoniam in in
ferno nulla eſt redemptio. ¶ Utrum ve/
ro claues eccleſie/ſe poſſint extendere nō
ſolum ſuper terrā ſed ſub terra in purga/
torio/maxime quo ad remiſſionem pene
aut venialis culpe aut excōmunicatōnis
prius late dum viueret reus nunc exiſtēs
in purgatorio: ſunt opiniones ad vtran/
q̄ partem probabiles. Et fauorabile eſt
dicere ꝙ ſic. ſaltem ꝑ indirectum. propter
communionē in charitate. ¶ Sed neqꝫ
debet aliquis ſic inniti indulgentijs con
ceſſis in toto vel in parte a pena ⁊ a culpa
quin ſtudioſius ſit ſatiſfacere per ſe et ali
os hic in vita. ¶ Duodecima ¶ Indul/
gentiarum conceſſio/non eſt ꝑuipenden
da ſeu contēnenda. ſed amplectenda de/
uote in fide ſpe ⁊ charitate domini noſtri
Ieſu chriſti qui poteſtatē talem clauium
eccleſiaſticarum dedit hominibus. Con
ſtat enim ꝙ fructuoſior eſt et acceptabili/
or deo et hominibus operatō. talibus in
nitens indulgentijs/q̄ altera: et hoc cete
ris paribus/non innitēs. ¶ Conſilium
eſt igitur ſolum ⁊ ſanum ꝙ abſq̄ curioſa
diſcuſſione de preciſa vel euidenti ⁊ certa
quātificatione ſeu menſuratōe huiuſmo
di indulgentiarum ſtudeat homo pius/
tales adquirere ſc̄m qualitatem ſue voca/
tionis. Pondus autem valoris illi relin
quere / qui omnia facit et fecit/ in nume/
ro. pondere et menſura.
¶ Poſtremo cōcedentes indulgentias/ ta
liter/ ⁊ ī intentōe ⁊ in verbis vel ī ſcriptis

ſuas conceſſiones moderentur. vt nec di
uine iuſticie cum miſericordia derogetur
nec ſcandalū maxime puſilloꝝ prebeatur
vel ne facilis conceſſio maioris indulgē/
tie pro minimis vel exiguis cauſis/ pari
at in arduis et legitimis pro eccleſia vel
B republica negotijs detrimentū. ¶ Deci/
ma tertia ¶ Si quis petit pro ſe ⁊ pſeue/
ranter et pie. hoc eſt ad ſalutem et ex cari/
tate efficax eſt eius oratio. Patet hoc ex re
gula magiſtrali que fundatur ſuper hoc
verbo chriſti Si quid petieritis patrem
in nomine meo dabit vobis. ¶ Decima
quarta. ¶ Si quis petit indulgentiam
peccatorum fieri ſibi in hac vita potius
ꝙ̄ in purgatorio/ rite petit et pie. quoni/
am pena purgatorij longe grauior eſt et
minus habens/ immo nihil habens de/
merito. Deducit̄ ad hoc/ petitio pſal. no/
tans de triplici foro iudiciali ſeu puniti/
uo. Domine ne in furore tuo arguas me.
quo ad infernū vbi regnat horrenda et q̄
dāmodo furioſa iuſticia propter effectū/
non ob iudicantis affectum. Neqꝫ in ira
tua corripias me. quo ad purgatoriū vbi
ſedet iuſticia quodāmodo rigoroſa ⁊ ira
ta Miſerere mei domine quoniā infirm⁹
ſum. quo ad pn̄tem vitam vbi ſceptrum
tenet ⁊ thronum gratie dulcis miſericor
dia. ¶ Decimaquinta ¶ Si quis
petit indulgentiam peccatorū ſuorum fi
eri in hac vita ex caritate et pſeueranter/
obtinebit vtiqꝫ et moriens ſtatim euola/
bit ad celum. Sequitur ex precedētibus
quia vel per martiriū vel alijs modis deo
cognitis/ purgabitur in hac vita et longe
mitius ꝙ̄ in altera puniretur. ſimul ⁊ pre
mium eſſentiale/ per patientiā merebitur
augmentari. ¶ Decimaſexta. ¶ Si q̄s
petit dilatiōem ſatiſfactiōis ſue fieri non
in hac vita ſed in purgatorio/ poteſt hoc
contingere culpabiliter propter debilita
tem fidei de penis purgatorij. aut quia ni
mis amat delicias et honores vite preſen
tis. vel aſperitates exhorret. Si vero ve/
niat hec petitio/ ex conſideratōne fragili/
tatis proprie/ et debilitate ſue patientie
in aduerſis/ ne ſuccumbat ⁊ peccet. tolera
bilis videtur eſſe timor iſte licet imperfe/
ctus ſit ⁊ non om̄ino excuſabilis qꝛ quo
dammodo diffidit de deo ꝙ nō tolerabi/
liter ſecum ageret neqꝫ ꝙ daret debitā pa/
tientiā. ¶ Colligitur autem ex hac conſi
deratione quadruplici/ ratio moralis et
theologica. Cur viri ſanctiſſimi/ tot fla/
gellis atterūtur in hac vita. quia confidē
tes in dei miſericordia/ ꝙ faciet eis cum
temptatione prouentū/ petūt hic puniri
et non in finem peccata ſcilꝫ etiam venia/
lia differri purganda. quorū deus petitō
nem exaudiens/ cōmutat ſententiā et pe/
nam purgatorij in penā temporalis hu/
ius exilij/ et in augmentū eſſentialis pre/
mij ſcilꝫ cum acceleratōne paradiſi Hinc
eſt illud Auguſtini Hic vre. hic ſeca vt in
eternū parcas. Notetur de mauricio im/
peratore. qui elegit hic puniri et prodito
rie occiſus eſt. Sic aliqui iuſti/ viuunt ⁊
moriūtur ignominioſe quo ad mūdum.
ſed mors iuſti ſubita/ quam preceſſit bo/
na vita. non minuit merita ſi morią̄t ita.
Propterea nil temere iudicandū. Certiſ
ſimum ſignum indulgentie ſalutaris eſt/
bona facere ⁊ mala pati. Lugduni anno
1427. Sexta die octobris.

## ¶ Subduntur alie C

conſiderationes eiuſdem pro amplifica/
tione materie ſuper indulgentia peccato
rum. ¶ Conſideratio prima

Eligibilius eſt orare pro viuis
ꝙ̄ pro mortuis. vt liberentur a
culpa et perſeuerent in gratia.
Accipitur autem oratio nomi
ne generali/ pro omni adiutorio ſpiritua
li quale intelligit̄ fieri tribus modis Per
amicabilem interceſſionem. per meritori
am actōnem. per recōpenſatoriam ſatiſſa
ctionem. Patet igitur conſideratio quia
mortui ſunt extra terminū vite. qui ſi ſint
in purgatorio vel in celo/ non indigent li
berari a culpa/ maxime a culpa mortali ⁊
ſunt in gratia confirmati. damnatis vero
non prodeſſent ¶ Conſideratio ſecūda
¶ Eligibilius eſt orare pro mortuis exi/
ſtētibus in purgatorio vt liberentur a pe
na/ ꝙ̄ pro viuis. Ratio eſt. quia plus in/
digent. quia minus ſe iuuare poſſunt Re
compenſabunt preterea cum eis bene fue
rit in gloria quando habebunt vocem in
celo. Deniqꝫ non poteſt pro ipſis eſſe ta/
lis oratio fruſtra cum ſint in gratia. cum
preterea fiat ex ſua iuſſione vel ordinatō
ne principali. Multi rurſus ita fieri me/
ruerūt dū erant in via. bona ſua largiēdo

Et ita de pluribꝰ cauſis ſeu motiuis. Por
ro amicabilis itercessio/ ſpectat maxime
ad ſnctos in gloria qui ſunt extra ſtatū
merendi et ſatiſfaciendi. Sed meritoria
actio ꝑtinet ad ſolos viatores. Recōpen
ſatio ſimiliter ſatiſfactoria ſpectat ad eos
tam pro viuis ꝙ̄ ꝓ mortuis qui partici/
pes eſſe poſſunt. Expedit demū/ vt oīs
oratio noſtra/ eccleſie cōmunioni ſe con/
iungat ¶ Tertia cōſideratō. ¶ Eligibili
us eſt homi viatori procurare ſibi iuua/
men ſpirituale in vita ſua vt liberet̄ a cul
pa ⁊ pena/ ꝙ̄ expectare ꝑ fundatōnes aut
alia pia teſtamentorū legata poſt mortē
ꝙ talia ſibi fiant. Sequitur ex conſidera
tione predicta. quia poſt mortē iſta nō ꝓ
derunt ſibi ad melius niſi ꝙ liberet̄ a pe/
na ſi ſit in purgatorio. Nunc autē dum vi
uit/ ſibi prodeſſe poſſunt ad liberatiōem
culpe ⁊ inuentōem gratie. necnō vt in gra
tia finaliter ꝑſeueret. Rurſus ex alio quia
liberalius ⁊ difficilius eſt dare in vita ꝙ̄
relinquere poſt mortē diſtribuendum
Quarta cōſideratō ¶ Eligibilꝰ eſt ceteris
paribus agere opus ſatiſfactōis ex chari/
tate pro viuis aut mortuis/ ꝙ̄ opus ſolū
meritorie actionis aut amicabilis inter/
ceſſionis. Patet quia ſatiſfactio includit
tria ſimul et nō econtra. Juncto ꝙ opus
meritoriū ſimul et ſatiſfactoriū/ nō minꝰ
meret̄ de premio eſſentiali vel augmento
gratie ex hoc ꝙ eſt ſatiſfactoriū pro certa
liberatione a pena/ ꝙ̄ ſi nō eſſet alicuius
pene deletiuū. alioq̄n nō expediret ſatiſfa
cere ſi in diminutōem glorie( que incom
ꝑabilit̄ melior eſt ꝙ̄ a pena liberatō) ver/
teret̄. Additū eſt ceteris paribꝫ. quoniam
opus meritoriū nō penale et ꝑ conſeq̄ns
nō ſatiſfactoriū. vt ſic poſſet fieri cū maio
ri caritate ⁊ circunſtātijs alijs melioranti
bus actōem/ ꝙ liberatio a pena nō equi/
ualeret augmento gratie in p̄n̄ti vel gl'ie
in futuro. ¶ Transferent̄ hec conſideratō
nes ad omne genus ſuffragiorꝫ etiā illorꝫ
que habēt efficaciā ex vi opis opati/ vt in
D ſacramēto miſſe ¶ Concludit̄ inſup ex ꝓ
miſſis ꝙ nō ſemꝑ eligibilius eſt adq̄rere
indulgentias ꝓ liberatōne a pena vel ſa/
tiſfactōe/ ꝙ̄ alijs opibus vacare/ dū p̄n̄t fi
eri cum maiori charitate Et ita diceret̄ de
opibꝰ vite actiue. vt de ieiunijs aut alijs
afflictōnibꝰ penalibus. ⁊ tamē ſatiſfacto/
rijs ¶ Patet iterū fatuitas illorū/ qui ſo/
lo intuitu laute ſuſtentatōis habende/ ſe
onerant opibus ſatiſfactorijs ꝓ alienis.
Secus ſi ex magna ⁊ ſola charitate ꝓxi/
morū/ hoc faciūt. Et dum ſentiūt ſe vtili
us ⁊ accommodatius iuxta vocatōem ſu
am occupari circa talia opera ꝙ̄ circa pu
ras ⁊ altas meditatōes ⁊ exceſſus menta/
les/ qui paucorū ſunt valde. Aut ſubinde
quia ſunt obligati propter receptōem ſu
ſtentationis corꝑalis per fundatores vel
alios/ taliter exerceri ¶ Collige ergo ꝙ in
dulgentie peccatorū/ prouen iunt multis
modis. Primo eſt ſatiſfactō propria vo/
luntarie facta. Secundo eſt ſatiſfactio ꝓ
pria in cōfeſſiōe ſuſcepta Tertō ſatiſfactō
per alium ꝓ ſe perſoluta in corꝑe vl' in do
nis p̄ſertim cum autoritate cōmutantis
Quarto ꝑ indulgentias eccleſie ſeu prela
torū. Quinto ꝑ cōmunicatiōem ſuffragi
orum cōmuniū ſicut in monaſterijs ⁊ ec/
cleſijs. Sexto ꝑ patientiam in aduerſis
cum obſecratōne ꝙ in partem ſue purga
tōnis cōuertantur. nam dn̄s in tribulatō
ne peccata dimittit. Septimo per omne
opus ex caritate factū/ quāuis ſpectet ad
ꝯtemplatōem. ſi iungatur intentō vel ora
tio/ ꝙ valeat ad indulgentiam peccatorū
Sic enim dictum eſt de maria magdale
na quia dimiſſa ſunt ei peccata multa. qꝛ
dilexit multum. Et ad ſeruum. Omne de
bitum dimiſi tibi quia rogaſti me. Valet
octauo vehementer omne opus miſeri/
corditer ꝓximis impēſum ſecūdum opa
miſericordie/ tam ſpiritualia ꝙ̄ corpora/
lia/ quorū quelibet ad ſeptenariū redigū/
tur. Sic enim dictū eſt date ⁊ dabitur vo
bis/ dimittite ⁊ dimittetur vobis Poſtre
mo pietas gratuita dei/ ſctōrumq̄ ſuorū
preuenit ⁊ cōfert ſepe indulgentiā qualē
nullis precedentibus meritis haberemꝰ
imitendo eis/ hoc ſemꝑ ſuppoſito ꝙ ſup
mus papa dn̄s noſter Jeſus chriſtꝰ has
indulgentias certificabit ⁊ confirmabit.
Qui nos ſemꝑ dirigat ⁊ cōſeruet in opi/
bus mandatorū ſuorū Qui cū deo patr̄.

Explicit opuſcu
lum de materia indulgentiarum:

## Verſiculi ſuper materia indulgentiarum.

Arbitrio papa proprio. ſi clauibus vti
poſſit. Cur finit vt pena pios cruciet?
Cur nō euacuat loca purgandis animabꝰ
tradita? Sed ſeruus eſſe fidelis amat
Deſerit ergo fidem male diſpēſans. Nec prudens
clauibus vſus ineſt. Dans capiensq̧ tremant
Profectus certe eſt magnus bū clauibus vti
Quando fit hoc ſempꝫ vnctio ſola docet
Carus in eccleſia theſaurus et vtilis aſſit
quē dat larga manus. prodiga crimen habet
Ciuibus angelicis neq̧ hic mandare viator
cōmendare poteſt orat vt eccleſia
Impie peniteas. tunc indulgentia fiet
Infinita tibi. pena breuis ſupereſt
Pena tamē grauis eſt cautus releuare ſtudebis
Diuicijs ſparſis muneribusq̧ pijs.
Dans aliquod munus vis indulgētia proſit:
Proderit. ⁊ nulla dona deo pereunt
Paucula ſunt dona. ſunt de rebus perituris
Accipies celis premia perpetua.

¶ Gloſula. Carus in eccleſia. Notaꝛ hic triplex conditio cōcurrere debēs in largitiōe indulgentiarū/ nō prodiga. Et nō veniant incōtemptū. ꝙ ſint ad publicū ꝓfectum. ꝙ nō ſonent turpem queſtū. Unde quo ad ſcḋam cauſam. paupꝫ ex eadē caritate dat ꝺ. ſicut diues dat talētū lꝫ meritū eſſentialis premij ſit equale in ambobus nō tamen oportet hoc de premio accidentali remiſſionis pene debite peccato. ⁊ in hoc poteſt eſſe cōditio diuitis melior iuxta illō: redemptio anime viri proprie diuitie. Fundaꝛ etiam poſitio ꝙ actus exteriores poſſunt addere ſupꝫ meritū interiꝰ ⁊ eſſentiale meritū accidētale multis modis ⁊ cauſis hic omiſſis. Uidetur modus loquendi in forma abſolutionis cautus eſſe licet nō multum clarus dū additur in fine q̄tum claues eccleſie ſe extendunt. et hoc iō forte dicitur propter tres cauſas modo dictas. ¶ Finit

## Reſponſa eiuſdem cancellarij pariſieñ. ad q̄ſtiones quatuor ſibi ꝑ quendā familiarem motas.

¶ Quarum prima eſt iſta. An male loqui de alijs in eorum abſentia/ ſit ſemper peccatū? Quaꝫ determinat per tres cōcluſiones ¶ Secunda queſtio ſi quis ficte cōfiteatur. An iteruꝫ teneatur de oīḃus confiteri? Hanc determinat per diſtinctōnem de quadruplici fictōne. ¶ Tertia. ſi habeatur ſuſpitio de illo qui cōfitetur et nō ſufficienter diſcuſſerit cōſcientiā ſuam. An talis poſſit abſolui nulla inquiſitōe ſibi facta de peccatis vnde ſuſpitio habetur? Quam ſoluit ſimiliter per diſtinctōnem. ¶ Quarta queſtio de altaribus fractis de cingulis ſacerdotum non benedictis et de caſulis reſarcitis ⁊ ſic de ſimilibus Utrum ſit peccatum cum talibus et in talibus miſſam celebrare? Ad quam reſpondet ꝑ auctoritates.

## ¶ Prima queſtio

Queritur an male loqui de alijs in eorum abſentia ſit ſempꝫ peccatum? Uidetur ꝙ ſic. qꝛ nullꝰ vellet ꝙ hoc de ſe aut ſibi fieret ergo nec debet hoc facere de alijs aut contra alios. conſeqūētia tenet per illam generalem regulam diuini iuris et humani Quod tibi nō vis fieri alteri non feceris. Sed in oppoſitum arguitur. quia ſi ſic tunc fere totus mundus eſſet in periculo damnatōis ꝑpetue etiā multi religioſoꝝ

Nam cōiter cum homines cōueniunt de
clinant facilime ad loquendū de abſenti/
bus/et vtinā tam cito de eorum bonis ſi/
cut prochdolor de eorū malis. Non nūq̄
tamen aliqui loquūtur de mala vita poli
ciam regētiū et aliorum ſecularū vt aiūt
intentiōe non mala. ¶ Pro reſponſione
itaq̄ Sciendū. q̄ actio moralis libera/
accipit vel vituperiū vel laudem ⁊ pecca/
tum/ex ſuis circunſtantijs. et ſpecialiť ex
circunſtātia finis. Inquirendū eſt igitur
ad quē finē dicił malum de abſentibꝰ. Et
occurrūt ſex fines generales. Quandoq̄
hoc fit ad deſtructōem preſentiū ⁊ id au/
dientiū. vt caueant ſimilia facere. Qñq̄
fit ad pñtium cautelā. ne ſcꝫ ex ignorātia
decipianť p malam alioꝝ ſocietatē quos
preſumūt bonos ¶ Qñq̄ etiā fit ad vtili
tatem abſentiū vt videlicet preſentes eis
referant pro ipſorū correctione ⁊ emenda
tione. Quandoq̄ fit ex quadā compaſſi/
one amicabili. vt ſcilicꝫ ſeipſum ⁊ audien
tes referens prouocet ad orandū inſtan/
tius pro aliorū peccatis ⁊ eorū cōuerſiōe
Quandoq̄ etiā fit ex ſola curioſitate ⁊ aſ
ſueta loquacitate ⁊ quadā libidine loq̄n
di de alijs Quādoq̄ autē fit ex odio vel in
uidia ac pro diminutione fame aliene et
ex animi indignatione.

## Sit erga prima cō

cluſio. ¶ Primis quatuor modis poteſt
eſſe non ſolum licitū/imo ⁊ meritoriū/re
ferre mala abſentiū. dummodo tñ non in
tendebať principaliter alius finis q̄ ali/
quis prenotatorū quatuor. Et ſi nō mi/
ſceať alia intentio fermētata et ſibiipi mē
tiens. Atq̄ dū bene ꝓuideať ne ſint falſa
que dicūť. Aut in malo vltra q̄ in ſe ſunt
per referentem ampliata. Aut forſan ſini
ſtre interpretata. Ac etiam q̄ nō plus no
ceat talis locutio abſentibus ⁊ eorū fame
q̄ proſit pñtibus et eorum edificationi.
Quoniā pro ꝑuo bono cōſequēdo nō eſt
magnū malum cōmittendū

## Subiungamꝰ etiā

ſecundā concluſione ¶ Scōa concluſio
Male loqui etiā de abſentibꝰ ad ſolū ſa/
tiſfaciēdū proprie loquacitati ⁊ libidini
loquendi de alijs/ qui eſt quintus modꝰ
ſeu finis inter predictos/etiam ſi ſit pro/
ſola deductōne tempis ⁊ quaſi pro ſolatō

vt ſic tempus ſine tedio tranſeat/ vix aut
nūq̄ excuſať a peccato ⁊ ſepius trāſit in
mortale peccatū. Tale eni verbū nō ſolū
ocioſum (de quo iuxta terribilē veritatis
cōminatōem ſumus reddituri ratiōꝫ) ſed
⁊ cōiter eſt ꝑnicioſum ⁊ multipliciter no
ciuū. Nam habemꝰ ex tali verbo occaſio/
nem ⁊ rationē magne damnificatōis alio
rum/in ſua fama. Etiā p hoc cadūt ſepiſ/
ſime tam loquētes q̄ audientes. vel in in
dignatiōem cōtra eos de quibꝰ fuit oblo/
cutio. vel in falſam teſtificatōem propriā
tam cordis q̄ oris. dum videlicꝫ cogita/
tio interior penſans corā ſe poſita aliena
mala. et ſua propria quādoq̄ ſimilia aut
maiora/palpans tumet ⁊ inflať dicendo.
Gratias tibi ago dñe deus q̄ nō ſum ego
talis qualis iſte de quo tāta mala referūť.
Et ſic miſer cadit in foueam quam fecit ⁊
cum illo euangelico phariſeo falſe iuſto/
fit peccatore quē ipſe iudicat ſi non dete/
rior. ei tamen ꝓpter ſuam ſupbiam ſimiľ.
quia etiā peccator vt alius. etſi alio mō.
Et hoc phariſaicū viciū tam in loquēdo
q̄ in audiendo cōcipiť facilime. ⁊ fit ſaltē
affectu. etiā ſi ratio videať iudicare aliter.
et id ore manifeſtare minime attemptet.
¶ Si quis autē quereť ſignū quō ſciet: f
quando ex bono fine loquať aut malo. de
malis primiꝰ. Reſpondeť q̄ dum loquiť
aliquis ad bonū iſtiꝰ cuiꝰ mala cōmemo
rat. vtputa vt in ſe ⁊ audientibꝰ prouocet
mentē ad orandū pro talis emendatōne/
neceſſariū eſt vt ſentiat tunc in ſe quandā
ad eundē de quo fit ſermo compaſſioneꝫ
piam dulcemq̄ miſericordē ⁊ caritatiuū
affectū. Et etiā requiriť vt nō nimis lon/
gum texat ſermonē de tam mala materia
⁊ deſpicabili Sicut pia mater nō delecta
tur in narrādo longe mala filij ſui. nec eti
am dicit illa niſi ex neceſſitate. vtputa ipi
medico aut illis qui eius ſaluti poterunt
prodeſſe ⁊ malū adiacens auertere. Sic
itaq̄ narrando ſuſpirat alte. triſtatur. do
let. ⁊ abbreuiat ſermonē quantū preualet
et quantū videtur ſufficere ad oſtenſionē
infirmitatis que ſibi tante triſticie cauſa
extitit. ¶ Sed dū quis loquiť malum de
alijs ex loquacitate/ ſunt ſigna oppoſita.
quoniā tunc ſentit indignatōnem animi
contra eos de quoꝝ malis loquitur. ⁊ cū
quadā amaritudine fellis corrodit ⁊ mor
det ipſos abſentes ⁊ verbis ſuis venenať

linguaq̃ʒ ſua ſicut gladius acutus acua/
ta/lacerat ſine miſericordia. ſine aliq̃ com
paſſione. nec ponit finẽ verbis ſuis. quia
ſatiari nequit eius vorax inuidia. q̃n licʒ
crudas om̄es carnes et totũ ſanguinẽ ei⁹
quẽ deuorat/quantũ in eo eſt/ abſumpſe
rit. Et q̃uis cõſciencia ſua ſibi clamet ꝙ
talia agendo/neminẽ edificet imo ⁊ non/
nunq̃ʒ audiẽtes ſcandaliſet/ nõ tamẽ ad/
huc ceſſat/quin q̃ntũ temp⁹ patiẜ venenũ
ſuũ totaliter effundat. ¶ Jtẽ ſignũ eſt nõ
fallax. cum ſic loquẽdo malum de abſenti
bus/eos corrigere minime curat. Hoc au
tem ſciri ex eo poteſt. quia p̄ñtibus nõ cõ
mittit vt abſentibus caritatiue ea que ip
ſe inuide refert denũcient. immo perſepe
poſtq̃ʒ ad cor reuertiẜ/timet ne id faciant
etſi factũ foret/nõ equo animo ſuſtineret
nõ quia doleat de alteri⁹ iniuria ⁊ ſua pro
pria culpa/ſed magis de ſua vilificatõne
et detractiõis nota. nollet enĩ detractor re
putari. q̃ʒq̃ʒ eſſe non vitet. ¶ Jtem ſignũ
efficax videtur. vt loquens malũ de alĳs
interroget cor ſuum corã cordium inſpe
ctore deo cui mẽtiri nõ poteſt. q̃uis poſ/
ſet mẽtiri iniquitas ſibiipſi. et querat an
vellet ꝙ ali⁹ ſic loquereẜ de ſe coram alĳs
ea intentõne ea forma ⁊ ſic de alĳs circũ/
ſtãtĳs qualiter ipſe loq̃tur de alĳs. Et ni
fallor vt frequẽter reſpõdebit ſibi cor ſuũ
ſi mendaciter veritatẽ tamen ſupprimere
noluerit/ſe hoc nequaq̃ʒ velle. Signum
ergo mali eſt. Hoc clauo retunditur non
nullorũ excuſatio falſa ⁊ friuola/qui cum
locuti fuerit ad libitũ ſuum de proximo/
rum ſuorũ malis/audent ſi ſuper hoc ob
iurgenẜ dicere/etiã quandoq̃ʒ cõſtanter li
cet mendaciter/ſe hoc feciſſe nõ mala intẽ
tione. neq̃ʒ animo cuiq̃ʒ nocendi. ⁊ nullo
modo ex inuidia. Etſi rurſum interrogã/
tur. An ergo ex ſingulari id egerint dile/
ctione ⁊ amicicia ⁊ ad magnũ ꝓfectũ aut
cõmodum abſentiũ ⁊ an ſimilia dilectio/
nis et amicicie ſigna velint erga ſe conſi/
militer fieri. laqueis perplexitatis ita ca/
pti ⁊ irretiti ſunt: vt vel manifeſtum con/
tra ſuam cõſcientiã proferre mendacium
vel verbum iniquũ ⁊ doloſum iniuſte di
xiſſe contra proximũ fateri cogantur. q̃ꝝ
vtrumq̃ʒ malum eſt. ¶ Malum igitur et
valde malum multũq̃ʒ ꝑiculoſum eſt ho/
mini eſſe promptũ ad loquendũ malũ de
abſentibus. Etiam ceteris malis que in/
de ſequũtur circũſcriptis mens tam loq̃n
tis q̃ʒ audientium impediẜa melioribus
et ſalutaribus poſtmodũ ex hoc. etiam in
uita. Cum enim poſt fuerit orandũ et deo
ſeruiendum/ad mentẽ redeunt placeat vł
diſpliceat. cum quadã quaſi violẽtia que
prius incaute commiſit vel admiſit cum
mala complacentia O quanto cõſultius
eſt itaq̃ʒ loqui de bonis aut de peccatis ⁊
malis proprĳs/ q̃ʒ ita rodere dente cani/
no alios. Vix deniq̃ʒ ſeruaẜ menſura q̃n
miſceaẜ mendaciũ. ⁊ malum augmentaẜ/
⁊ ad ꝑtem ſemper trahatur deteriorem. et
pene in nullo excuſetur aut alleuietur/ vt
ſic fiat ſupra modum peccans peccatum
quaſi vnũ aut ſimplex peccatũ non ſuffi/
ciat in ꝑniciem ipſius obloquẽtis.

## ¶ Concluſio tertia b

Loqui malum de alio ad finem ſextũ
ſcilʒ directe ex odio ⁊ inuidia ſemꝑ eſt pec
catum. Et quando notabiliter leditur ꝑ
hoc aliena fama. ⁊ dum loquens hoc ad/
uertit in ſua cõſcientia/aut aduertere poſ
ſet eſt grauius peccatũ ſepiſſime q̃ʒ furtũ.
aut q̃ʒ foret eſus carniũ in die veneris vel
ieiunĳ eccleſie magni cuiuſcũq̃ʒ ¶ Salu
bre itaq̃ʒ conſiliũ eſt ad vitandũ tam grã/
de ꝑiculuʒ anime. vt homo diſcat ⁊ aſſue
ſcat ita honeſte loqui de abſentib⁹. ſicut
loquendũ eſſet ſi ipſi preſentes eſſent ⁊ ꝑ
ſonaliter de ſe ſermonem prolatũ audirẽt
¶ Jtemq̃ʒ vt homo ſemꝑ timorẽ dei ha/
beat pre oculis cordis/qui vtiq̃ʒ vbiq̃ʒ eſt
preſens. et in cuius cõſpectu loquiẜ qui/
cunq̃ʒ loq̃tur. Non ſolum autẽ hoc ſed et
cor intueẜ. ⁊ reddet tempe ſuo vnicuiq̃ʒ iu
xta opera ſua. Oret ergo neceſſe eſt quili/
bet vt ponat domin⁹ cuſtodiam ori ſuo:
¶ Sed et audientes caueant ſibi ne ſint
prurientes auribus. vt delectet eos audi
re aliena mala. quia iuxta beati Hieroni.
ſententiã veriſſimam. Eque reus eſt qui
detrahentẽ libenter audit ſicut is qui de/
trahit. immo nõnunq̃ʒ ampliori reatu cõ
ſtringitur/propter preſtitã alteri occaſio
nem. Si enĩ ipſe non libenter audiſſet/
forſitan alter tacuiſſet. ¶ Et vt ampli⁹
ꝑtimeſcamus tam ꝑiculoſum lingue vici
um aduertendũ. Qꝫ cõmuniter ẜm docto
res comꝑatur nõ ſolum furto ſed ⁊ homi
cidio. immo ⁊ preferũt hac rõne Quia in
homicidio occiditur corpus vnum. Jn

detractionis vero vicio occidūtur anime
plures. quia anima detrahētis. anime de
tractorem libēter audientiū. ⁊ quandoqꝫ
etiā anima eius cui detrahit. ¶ Item nō/
nūqꝫ facilius ſatiſfit pro homicidio cor/
pali ⁊ furto/ qꝫ hmōi homicidio et furto
ſpirituali ſcꝫ detractōne. Ratō quia in il/
lis quantitas damni eſtimari poteſt. ⁊ ſic
correſpondēs emenda ſubſequi. In iſtis
autem neqt. cum nō ſatis conſtare poſſit
in quot hominū cordibus mediate ⁊ im/
mediate detrahēs bonā opinionē ⁊ famā
eius cui detraxit occiderit atqꝫ furtiue bo
num fame (quod inť omīa alia corpora/
lia ⁊ hui⁹ vite bona multū eſt precioſum)
ſubtraxerit. vnde et difficulter ſatiſfacere
ipſi leſo poteſt. Cum tamē iuxta beatum
Auguſt. peccatū non dimittiť niſi ablatū
reſtituatur. Quomodo autē reſtituet cuꝫ
ignoret quantū debet ¶ Itemqꝫ inter ce
tera peccata iſtud quodāmodo eſt inhu/
manius et beſtialius. quia lupinū. Dici/
tur nanqꝫ ꝙ niſus niſum non comedat.
nec canis canem. nec beſtia aliqua beſtiā
ſue ſpeciei. ſed bene alterius. Sola lupa
excepta. que (vt aiunt) cum fame premiť
lupum comedere nō veretur. Sic ⁊ detra
ctor homo hominē ſue nature cōſortem/
tanqꝫ lupa rapaciſſima dentibus detra/
ctiōis rodere comedere ⁊ occidere nō eru
beſcit. In hoc a lupa differens. ꝙ illa cōe
dit carnes recentes. ipſe autē quandoqꝫ
carnes fetentes ⁊ iam putrefactas. quādo
videlicet non tantū viuis ſed et dudū iā
mortuis / dentes mordaces / detractorie
iam infigit. ¶ O abominandū malum ⁊
valde odiendum. Bene ergo ſapiens vo
cat detractores deo odibiles. Cum tamē
ſcriptum ſit de deo: nihil odiſti eorū que
feciſti In ſignū magne deteſtatōis (haud
dubium) peccati detractionis diciť deus
odire detractores qui nihil odire ſolet eo
ruꝫ que fecit. Aut reſtat dicere ꝙ detracto
res nō ſunt ſua factura. nō quidē ſm eēn/
tiam ſed propter ſingularē eorū maliciā.
¶ Unde ⁊ hac de cauſa Beatus Auguſt.
vir ſcientia ⁊ vita vtriqꝫ preclariſſim⁹ / ad
tantū deteſtabať hoc viciū/ vt circa men/
ſam vbi cōmuniter de facili lingue pecca/
tum iuxta beati Grego. de diuite epulo/
ne ſententiā ſe immiſcet hec metra prout
in eius legenda repitur/ ſcripta haberet.
Quiſquis amat dictis abſentū rodere vi
tam. Hanc mēſam indignā nouerit eē ſi/
bi. Et vt facto cōprobaret quo ſcripto ſta
tuerat. Cum quidā epiſcopi (prout ibidē
legitur) ad eius menſam cepiſſent incau/
te laxare linguā in detractōnem abſentiū/
aiebat. Niſi ceſſarent/ ipſe illa metra dele/
re veller et de menſa recedere. ¶ Hinc eti/
am eſt ꝙ religionum fundatores/ cōſide
rantes multiplex in lingue vicio pendere
anime piculum/ ſanxerūt prouidiſſime p
ſummo remedio. iuge pro loco et tempo/
re ſuis ſequacibus ſilentiū. certas penas
in robur ſanxionū ſuarum cōtra trāſgreſ
ſores adiicientes Et clarum eſt expientia
docente ꝙ vbi cenſura hec ſilencij ſeruať
artius/ ibi religio viget laudabilius ⁊ p/
fectius ¶ Porro qꝫqꝫ cuſtodia oris cuiqꝫ
ſit neceſſaria propter cauenda mala pta/
cta/ ſpecialiter tamen hec oportuna eſt re
ligioſis ⁊ ſacerdotibus chriſti. quoꝝ ora
nō diabolicis ioculatiōibus ſed diuinis
die noctuqꝫ laudibus repleta eſſe debent
maxime etiam ꝓpter illa tremenda ſacro/
ſancta corporis ⁊ ſanguinis chriſti miſte
ria. que ipſorum ora quotidie quaſi tan/
gere habent. ¶ Demum male loqui vo/ D
lens loqui de alio/ debet primo conſide/
rare ſeipꝫ/ fragilitatem ſuā. ⁊ proprios de
fectus. ⁊ quomodo indiget etiā miſericor
dia dei ipſe ne cadat. ſicut ille cecidit de q̄
loqui intendit. immo iam ſimiliter ⁊ for/
te plus grauiter cecidiſſet/ niſi diuia gra
tia ſe pſeruaſſet. Nemo quippe ſanct⁹ aut
innocens/ viribus ſuis ¶ Penſet quoqꝫ
ſi ipſe eſſet in ſtatu aliorū vt alij faciūt fa/
ceret ⁊ quādoqꝫ peius. Occaſione peccā
di nanqꝫ que valde multiplex eſt data/ dif
ficile eſt non peccare. immo ſingulare dei
donum tūc peccatū poſſe vitare. Nam ſi
homo qui nō niſi ſe et linguā ſuam rege/
re habet/ ita ſepius deficit occaſione ſe of
ferente/ vt cadat tam facile in peccatū de/
tractionis et cetera mala. nec poteſt eē do
minus ſuiipius/ quid rogo hic eſtimare
pie debebit de ceteris qui nō ſoluꝫ ſe/ ſed
⁊ alios multos diuerſoꝝ ⁊ mirabiliū mo
rum habent regere: Nonne ſi qua viſcera
pietatis et fraterne charitatis in eo fuerit
pro his talibus ſi nō omīa punctualiter
ad rectum dirigunt magis deuote orabit
qꝫ detractorie lacerabit Regratiabiť itaqꝫ
deo. quia ſe in tuto locauit. et compatieť
fratrib⁹ (quia omēs vnū habem⁹ patrē in

celis)tam varijs ⁊ multis piculis etiã nõ
tantũ pro ſe.ſed pro cõi ſalute expoſitis.
¶ Deniq₃ timeat nihilominus ſibi vſur
pare diuinũ iudiciũ.cum nõ vereaꝛ iudica
re alienũ ſeruũ qui dño ſuo ſtat aut cadit.
Stabit autẽ potius qm̃ potens eſt dñs
ſtabilire eũ.hoc enĩ pie debet pꝛeſumi ma
gis q̃₃ ꝙ cõdẽneꝛ. ¶ Talia ĩnumera ſunt
in ſacris ſcripturis. Et ex dictamine etiã
plura ſunt ſilĩa iuris tam diuini q̃₃ hũa/
ni.quibꝫ homo ſe iuuare cõtra tã peſtifeꝝ
viciũ lingue poterit.pariter et munire.q₂
diligẽter debet aduertere.⁊ in effectum de
ducere ne forte alias fruſtra ſit q̃cq̃d boni
agit ¶ Aduertat etiã ꝙ licet totũ pene hu
manũ genꝰ pctõ lingue cõiter periclitetur
pauci tñ ſunt q̃ debite inde cõteranꝛ cõfi/
teanꝛ ⁊ ſatiſfaciãt.immo repiunꝛ nõnulli
adeo mẽtis oculo ceci/ꝙ detractiões adu/
latões calũnias ⁊ ceteras manifeſtas oris
damnãdas neq̃cias.nõ reputant apud ſe
pro peccatis.qui ſi forent de laicoꝝ nũe/
ro lrãs ignorãtiũ/viderenꝛ vtiq₃ excuſan
di.nũc ãt excuſatõe₃ nullã hñt de peccato
quia prochdolor ⁊ lrãti ⁊ clerici ⁊ qñ₃ ha
bitu religioſi ſunt. ¶ Timere q̃₃ deberẽt
merito hoĩes.ne ſi abutanꝛ lingue ſue bñ
ficio ad deũ laudandũ/⁊ ꝓpriã ſalutẽ ope/
randũ/ſibi cõceſſo/in extrema ſua neceſſi
tate videlicet in horrende mortis hora/
vſus debitus tam nobilis doni/iuſto dei
iudicio eis ſubtrahaꝛ/cum eo pmaxime
indigebũt/ad confitendũ peccata ſua/ et
ad exponendũ neceſſitates ſuas/⁊ ad cõ/
mendandũ aĩas ſuas deo ⁊ ſctis ſuis ⁊ eo
rũ amicis ⁊c. ¶ Longiꝰ q̃₃ intẽdebamꝰ et
forſan duriꝰ q̃₃ debueramꝰ/ de vicio ligue
diſſeruimꝰ Sed nemini diſpliceat/nullꝰ
ſiniſtre dijudicet.p cõi bono factũ eſt.co/
rã deo loq̃mur.nulli in ꝯtemptũ Finit

3 **Secunda queſtio**

Q(q)Uerit ſi q̃s ficte cõfiteaꝛ/an te/
neaꝛ de oĩbꝫ cõfiteri ? ¶ Reſpõ
ſio hic pſupponẽda eſt vna di/
ſtinctio magiſtralis de fictõne
Quia quedã fictio eſt pniciose mẽtiẽs.
Quedã doloſe dimidiãs. Quedã patẽter
inficiẽs. Quedã inſufficiẽter diſcutiens.
¶ Fictio triplex prior impedit ne ꝯfeſſio
vel ptenſa abſolutio valeat ipſi ſic fingen
ti:quin oporteat vel neceſſariũ ſit iteꝝ de
oĩbus ſacr̃aliter cõfiteri. Quarta ṽo fictõ
ẽt inueniri licet nõ bona/nõ tñ ſicut prio
res equalit̃ mala.vbi licet abſolutio non
cõferat grãm nec pctã deleat/ cõfert tamẽ
ceſſante fictõe.nec oportebit de ſic confeſ
ſis/iterũ confiteri. ¶ Cõueniũt in hoc ſa
tis doctores q₂ ꝯmuniter doctores dicũt
ꝙ vnũ peccatũ mortale nõ deleꝛ ſine alio
alias nãq₃ ſeq̃reꝛ ꝙ grã ſtaret ſimlꝛ cũ pec/
cato mortali. Mentiẽs autẽ in confeſſio
ne pniciose/peccat mortalr̃. Secꝰ autem
eſt de mendacõ qḋ ex genere ſuo alias eẽt
ſolũ veniale vt videlic₃ miſcẽdo q̃ndã le/
uem circũſtantiã falſam vel excuſatõe₃ fri
uolã ¶ Fictõ autẽ ſcḋa ſc₃ doloſe dimidi
ans.diciꝛ q̃ tacet ſolũ ad celandũ ſuũ pec/
catũ vni certo ſacerdoti.attamẽ ꝓponit ħ
certo alteri confiteri ⁊ hoc facit in fraudẽ
integritatis ipſius cõfeſſionis. videl₃ ne
vilis reputeꝛ ſi hoc peccatũ tali detegeret
cui iam forſan alia plura detexit grauia.
reſeruans hoc cuidã alteri qui priora ne/
ſcit.vt fallaciter repiatur apud humanu₃
iudiciũ peccator puus/ qui cora₃ deo eſt
peccator magnus ¶ Si autẽ hec dimidi
atio fiat abſq₃ dolo.vtputa iuſta rõne. cũ
videl₃ cõfitens h₃ aliq̃s caſus ꝓpter q̃s ex
cõicatus eſt.vel qui alias ſupiori ſunt re/
ſeruati ⁊ ille ſupior veriſilr̃ nõ audire vult
alia niſi ea ſola que ſue autoritati reſerua
ta ſunt ſpecialiter.vel etiam dũ confitens
quantũ in eo eſt patus eſſet oĩa confite
ri vni ſacerdoti/⁊ idem etiã patus eſt oĩa
audire/ſed nõ eadẽ hora. Aut etiã dũ con
fitens habet aliquod peccatũ de quo pſu
mit probabiliter ꝙ ſi tali ſacerdoti confi/
tereꝛ tale peccatũ/ipſe forſitan inde ſcãda
liſaretur ſc₃ ſacerdos.vel in fide.vel ĩ mo/
ribus.vel ideo quia forſan tangit perſo/
nã ſacerdotis put caſus poterit occurrere
poſſibilis.⁊ confitẽs pro tũc non h₃ aliũ
ad manũ cui confiteatur integraliter.aut
ſi haberet/ nõ tamen bñ auderet ꝓpter ſu/
ſpitõnes ſiniſtras cauẽdas/ aliũ pro tali
vice accedere. Hmõi fictio dimidians.q₂
non fit doloſe.immo nõnunq₃ religioſe ⁊
prudenti diſcretiõe/ nõ reprobaꝛ a docto
ribus cõiter. Licet enĩ confeſſor vices ge
rat dei in audiendo cõfeſſiones: nõ tñ ob
hoc eſt deus vel angelus. Sed hõ. vñ ni
mirũ vt homo põt ſcandalizari ¶ Fictio
tertia que eſt patenꝛ inficiens/fit dum cõ
fitens retinet adhuc propoſitũ actualiter
iterũ peccandi nec habet propoſitũ iuxta

cōfeſſoris voluntatē/ iniuſte ablata reſti/
tuendi ⁊ ſatiſfaciendi alijs prout foret ſa/
tiſfaciendū. Et hec fictio relabit̄ ⁊ coinci/
dit in duo mēbra fictōis priora. Ratō qꝛ
vel hic eſt celatio pcī mortalis. ſcꝫ ſi non
cōfitet̄ hoc propoſitū peccandi. vel eſt ꝑ/
niciosum mēdaciū ſcꝫ ſi dicit ſe penitere
⁊ dolere peccaſſe/ cū manifeſte oppoſitū
oſ̄dant ſigna ſua ex quo nō vult ſatiſface
re iuxta ſacerdotis iudicium Et ſic fictio
hmōi/ q̄ſi eadē eſt cū prima vel ſcd̄a ¶ Fi/
ctio quarta q̄ eſt inſufficiēter diſcutiens/
pōt ꝯtingere multiplr̄ Primo ignorādo
ſcilꝫ factū qꝛ nō fuit ſufficient̄ recogitatū
Scd̄o ignorādo ſi factū ſit pctm̄. ſaltem
mortale Tertō ignorādo ꝓſupposito pri
mo ꝙ ſit pctm̄ mortale/ ſi ſit taliter ⁊ expſ
ſe confitendū Quarto ignorādo ſi diſpli
centia peccati ſit principaliter in cōfitēte
nō ratōne culpe ſed ratōne pudoris ⁊ pe/
ne. Quinto ignorando ſi motus in dete/
ſtatiōeꝫ peccati/ ſit ſatis intenſus vel non
¶ Sexto ignorando ſi ponat̄ obex abſo
lutioni/ ꝓpoſitū nō abſtinendi a pecca/
to ¶ His p̄miſſis itaqꝫ ꝓſuppoſitis dicē
dum eſt ad queſtionē ꝙ cōfeſſio nō eſt ꝓp/
ter aliquā iſtaꝝ ſex fictionū: quartā fictō
nem q̄ inſufficiēter diſcutit reſpicientiū/
iteranda. Nec etiā eſt iterāda ꝓpter fictōeꝫ
ſcd̄am/ ꝓ ea pte cū addit̄ Si nō dimidiat
doloſe. Sꝫ ſub reſpectibꝫ dimidiat ibidē
ſupius expſſis Alias vero ⁊ ꝓpter primā ⁊
ꝓpter ſcd̄am ⁊ ꝓpter tertiā fictōeꝫ eſt de ne
ceſſitate ſalutis/ vt de oībus iterꝫ ſacralr̄
cōfiteat̄/ ipſe ſic ficte cōfeſſus. Qꝫ aūt non
ſit iteranda cōfeſſio ꝓpter ſcd̄am fictiōem
pro ea pte vbi nō doloſe dimidiat/ nec nō
ꝓpter quartā fictōem/ cū ſuis ſex ſpecieb⁹
hui⁹ ratio eſt iſta. qꝛ ipſa cōfeſſio/ obtinet
⁊ hēbit efficaciā vel in abſolutōe ſacramē
tali virtute clauiū eccleſie. vel poſtmodū
ceſſante fictione hmōi. ſicut fit etiā qn̄qꝫ
in baptiſmo. Et ita cōcordat ſatis ſanct⁹
thomas/ cū ceteris doctoribꝫ. Finit

## ¶ Tertia queſtio

Q Uerit̄ ſi habeat̄ ſuſpitō de illo
qui cōfitet̄/ ꝙ nō ſufficiēter di/
ſcuſſerit cōſciam ſuā. An talis
nihilomin⁹ debeat aut poſſit
abſolui: nulla inq̄ſitiōe facta vn̄ ſuſpitio
habet̄ ¶ Rn̄det̄ ſub diſtinctōe ¶ Aut eni
cōfeſſor nō eſt curatus. ita ꝙ cure officio
minime teneat̄ illum audire. Si ſic tunc
poteſt querere dilatōes vt ambo interim
melius deliberēt. vel ipm̄ ſimplr̄ remitte/
re ad aliū confeſſorē. ¶ Si autē cōfeſſor
ipſe ſit curatus/ ⁊ ꝑ cōſequēs debitor au/
diendi hmōi confeſſionē/ tunc adhuc eſt
diſtinguendū ſ̄m qualitatē ꝑſonaꝝ. Nā
ſi cōfitens ſit adultus ⁊ diſcretus/ pōt fie
ri vnū e duobꝫ. ſcꝫ vel vt petat̄ ab eo ſi ve/
lit moneri ꝑ inquiſitōes de ſtatu cōſcien/
tie ſue/ libenter ⁊ ſine ſcādalo etſi tūc appa
reat ex rn̄ſione ſua ꝙ nō fiat ſcōm. dicēdo
videlicꝫ ꝙ debet eſſe cert⁹/ cōfeſſionē ſuā
vel abſolutōem nil valere: ſi ſciēter aliqđ
peccatū celauerit. nec eſt intētio abſoluen
tis niſi ſub hac cōditōne tacita vel expſſa
ſcꝫ. Si tu cōfiteris. ⁊ aliqđ pctm̄ tuū ce/
laueris ſciēter/ ego non abſoluo te. Et tu
tius eſt vt hec cōditio teneat̄ mente tacite
q̄ꝫ exprimat̄ ore aperte/ in abſolutōis for/
ma. Si vero ꝑſona cōfitens ſit ſimplex ⁊
humilis. ita ꝙ ſatis appareat velle liben
ter informari ſine aliqua turbatōne ⁊ re/
calcitratiōe: tunc oīno pium eſt/ ſaluta
re ⁊ meritoriū/ vt cōfeſſor ipſe talem iſtru
at. Solū vt hoc fiat pedetenti prudēter ⁊
diſcrete nec dure ſed blande ⁊ dulcit̄. Nec
aduertat̄ etiamſi ſcādalū aliquādo fame
proprie etiā exterius inde videatur oriri
poſſe. Non eni poſſum⁹ immo nec dēm⁹
oībus ſcandalis vitādis occurrere ſemꝑ
ſaltem actiuis. put exempla ſufficiētia ha
bemus in ſaluatore noſtro cuius q̄uis ꝑ
fecta ſunt opa/ nihilominus tamē phari/
ſei nōnunq̄ꝫ in eis ſcandalizati ſunt.

## ¶ Quarta queſtio

Q Uerit̄ de altaribꝫ fractis. de cigu/
lis ſacerdotū nō bn̄dictis. ⁊ de ca
ſulis reſarcitis ⁊ ſic de ſilibꝫ. Utꝝ
ſit pctm̄ in ⁊ cū talibꝫ celebrare miſſam ¶
Rn̄ſio ſ̄m ſentētiā bti ambroſij ad Aug.
ꝙ in oībꝫ talibꝫ q̄ ſunt iuris pure poſitiui
pōt teneri conſuetudo patrie ſeu ꝓuincie
aut diocef̄ in qua hō cōuerſat̄: qn̄ ꝓlat⁹ i/
mediatus ⁊ alij cū q̄ꝝ ſcitā ꝓbabilr̄ talia
fiunt tolerāt hmōi. Eſt eni cōſuetudo cir
ca talia poſitiua/ interpres optia. etiā q̄cq̄d
in cōſtitutōibus/ etiā redactis in decreta/
libus vel decretis vel etiā ſynodalibꝫ aut
iuriſpitoꝝ deciſionibꝫ inueniat̄ Leges eñ
inſtituūt̄ cū ꝓmulgant̄. ⁊ vigorē hn̄t/ dū
moribꝫ vtētiū approbātur. Alioquin cō

ſtitutões poſitiue/ nõ eſſent niſi in laque um ⁊ offenſiones ⁊ ſcãdalū. nedū inſipiē tiū ſed ⁊ ſapientiū. Aduertendū tamē ꝙ nō facile eſt circa ſingularia ſemꝑ decernere ꝑ regula q̃ſi generali. que cõſuetudo debe at dici ſufficiēter cõprobata vel tolerata ē ſuꝑiores/ ꝑſertim vbi nõ habeť ſufficiēs ſcientia ſeu cognitio quid etiã ſit de iure pure poſitiuo. ¶ Facit ꝑ hac rñſione to/ tū illð qð dicūt doctores de obligatiõibꝫ religioſoꝝ in ſuis votis ⁊ regulis queād modū de hoc alibi latius tractatum eſt.

2 **Sequūtur queſtio**nes alie cum reſponſionibꝫ earū ab eodē cancellario datis.

Dubitabat nuꝑ aliq̃s/ an de/ lectatio cordialť/ q̃rēda ſit in fruitio dei/ tã practico q̃ȝ ſpe culatiuo. ¶ Videť eni talis delectatio eſſe fornicatio ſeu libido quedã ſpūalis. que nõ deū propť ſe ſolū querit/ zelo amicicie pure gratuite ſed propť ſe. Exēplū de officiantibꝫ cleri/ cis alicui eccleſie. propter diſtributiones horarias ſeu quotidianas. Exēplū aliud de ſponſa que nõ diligeret ſpõſum propť aliõ niſi propť delectatõem oſculoꝝ cum ſilibꝫ ¶ Sed videť ad oppoſitū. Primo illð pſal. delectare in dño. ⁊ dabit tibi pe/ titões cordis tui. Rurſum illð phi. delctã tio cõſeruat opantē hominē in opatõne Et iteꝝ ſignū adq̃ſiti hitus. eſt delectatõ in opatiõe. Ceteꝝ deus reddēs cãm pplo iſrlitico maledictõnū ſuaꝝ dicit ꝙ nõ ſer uierit deo in gaudio cordiſq̃ȝ leticia. Et alibi. Gaudiū dñi/ fortitudo veſtra Cuiꝰ ſentētie confirmator fuit antonius dicēs ꝙ vnica ratio cõuincēdi inimicū/ eſt leti/ cia ſpūalis Et hec ferť adeo in eo viguiſſe vt ab ignorãtibꝰ eū prius in vultu cerne/ reť ¶ Rñſio nihil eſt hoi tutū in hac vita. cū nec ipſa vel virtutū (ſicut dr in proſa) tuta ſit victoria Itaq̃ȝ nihil eſt q̃ nõ cõti/ gat abuti. Et ſi nõ formalr ſȝ obiectaliter Sūt hec verba theologicis nota Profe/ cto cõſtat ꝙ delectatio in deo ſincera ⁊ ca ſta laudabilis eſt ſicut allegatū eſt. tãtum modo iūgatur hūilitas ⁊ pietas ſine iſo/ lentia. Sȝ addebat inq̃rens ꝙ nullaȝ ꝑt ſenſualē vel ſpūalē delectationē admitte/ re. quin triſticias incompabilr maiores inueniat ſi non in delectatione diuine re cordationis ſe iugiter exerceat. ⁊ h̄ ſciens querit in dño ꝑ meditationē delectari Re ſpondeť ꝙ h̄ agēdo deꝰ ſepit vias iſtiꝰ ſpi/ nis ⁊ q̃ſi clauſtro concludit/ ne vagari li/ beat extra ſe. cui conſonū eſt illð de cãticȝ Sicut liliū inť ſpinas. q̃ ſunt ibi q̃ſi ſe/ pes ab extra ne diſſipator introeat. ⁊ ab ĩ tra ne exeat vaga. i. vane acta Itaq̃ȝ meliꝰ eſt ſibi facere deū delectationē forte minꝰ caſtã q̃ȝ honeſtū ſit/ q̃ȝ mūdi. carnis ⁊ dia/ boli delectationibꝫ inherere ¶ Rurſus in ferebat. ꝙ faſtidio ſibi ſunt oēs mūdi cir/ ca ꝑrios occupationes q̃ntūcūq̃ȝ videãť pie vel honeſte. queādmodū ſi ſponſa ni/ hil aliõ q̃rat niſi ꝙ impetret illð de cãticȝ initiū. Oſculeť me oſculo oris ſui Querit itaq̃ȝ ſolū amare ⁊ amari. Sȝ mirãdū eēt nimis ſi non has amorȝ delitias corripet aliq̃n pius ſponſus flagello nūc interius nūc exteriꝰ. exponēdo videlȝ eã aliq̃n peri culis. ſicut oporȝ ꝙ nicticorax q̃ntūcūq̃ȝ domiciliū qð eū ꝓtegat a contradictione aliaꝝ auiū cuſtodiat/ aliq̃n veniat in ap/ tū ꝑ neceſſitate cibi vel pulloꝝ Paſſer ita q̃ȝ ſolitariꝰ in tecto/ cogitur ad iferiora de ſcēdere/ ſicut moyſes de montȝ caligīe ad pplm rebellantē ¶ Quid igitur finalr cõ cludēdū ē. niſi ꝙ ſapia diuīꝰ inſpirata/ q̃ eſt vnctio docēs de oībꝫ ⁊ gr̃a dirigēs mo re ſeſſoris ⁊ eq̃tatꝰ dei ⁊ q̃drige aminadab . i. ſpontanei ⁊ currꝰ dei q̃ decē milibꝫ mul tiplex ē/ ſufficiēter hoīeȝ in deo ſpantē et de ſalute ſua ſolicitū/ edocebit. Etiãſi talť ſolꝰ ꝯcludatur in cella aut ſi ſolitudinē de ſertoꝝ exēplo marie egiptiace/ ⁊ pauli pri mi heremite/ ⁊ marie magdalene: cum ſi/ milibus ceteris/ ſolitarius inhabitet.

¶ Explicit hoc opuſculū de delectatione q̃renda in diuino officio ad inſtantiã fra tris ſymonis baſtardi de ſalinis pro tūc conuētualis celeſtinoꝝ lugduni

¶ Sequūtur alie queſtiones

¶ **Queritur quan**/ D do ꝯmittitur pctm̄ mortale ĩ voto obedīe Rñdetur ꝙ maiores ꝑcipiētes aliq̃d ſub ditȝ ſuis non intēdūt ligare aĩas eoꝝ nec debēt. Et iõ ſi q̃s aliq̃d ſibi iniūctū a ma iore/ ex negligētia aut incuria/ nõ ſic adi/ pleret aut differret/ non propť hoc pecca ret mortalr. Secꝰ ſi hoc ageret ex contem ptu Dicitur ãt q̃s proprie peccare ex con temptu/ quando facit aliquē actū motus

pricipaliter ex hoc q̄ iniunctū eſt ſibi op
poſitū. Ac ſi diceret. Quia precipit̄ mihi
hoc. ego in cōtemptū precepti faciā illud
quaſi ſcʒ vellet oſtendere ſuā falſam liber
tatem. ⁊ hr̄e illam velamen malicie.
¶ Itē querit̄ vtrū iunior ambulās ī via
aut equitās cū ſeniore/ debeat ſibi obtpa
re in oībus? Rn̄detur q̄ ſimplr̄ ſine aliq̄
interrogatōne iunior debet obtēpare ſuo
ſeniori in oībꝫ. niſi maīfeſte pcipiat cō/
tra precepta diuina. Supponit̄ q̄ iuni/
or reputet merito ſeniorē memorē ſalutꝭ
ſue. ⁊ ſufficiēter aduertat ad id qđ facit et
q̄ habeat recordatōem illoꝝ que habent̄
in ordine. Secus vbi deeſſet aliquid iſto
rum. quia poſſet humili verbo vel ſigno
reducere ad mēoriā vel aduertētiā ſeniorꝭ

## ¶ Queritur rurſus

vtrū ſit vtilius fratri in cella ſedenti/ va/
care lectioni. q̄ʒ orōni vel meditatōni. aut
ecōuerſo. Idem Rn̄detur q̄ nō ſolū atten
dendū eſt ad illud quod magꝭ proficit ꝑ
pn̄ti. q̄ʒ etiam ad illud qđ diſponit ad fu/
turos profectꝰ. Et quia aſſueſcere medi/
tationi forti ⁊ vehemēti/ plus ꝑficit in fu
turū/ ꝓpter habitū quē adq̄rit hō/ vt poſt
modū faciliter meditet̄. imo etiā cōtēplet̄
qn̄ voluerit etiā ſolus etiā in officio. etiā
ſine libris. ꝯſulendū eſt q̄ frater aſſueſcat
meditatōi. vt nō ſemꝑ oporteat eū habe/
re libros an̄ oculos ſuos. Sʒ ipſe cogita
tōnes ſolide/ ſint libri ſui.

## ¶ Item queritur

vtrū quis poſſet habere certitudinē q̄ de
us remiſerit ei peccata ſua. ſaltem quo ad
culpā. etſi nō habet certitudinē/ q̄nto tpe
oporteat ea deflere? Rn̄det̄ q̄ nullꝰ de hoc
certus eſſe pōt. niſi ꝑ reuelatōeʒ. q2 ſcp̄tū
eſt. Nemo ſcit an amore an odio dignꝰ ſit
Sed qn̄ quis cōfeſſus eſt ꝓ ſuo poſſe. et
dolet de pctīs ſuis. ⁊ ꝓponit deinceps nō
peccare. iſte credit̄ eſſe in ſtatu gratie. ⁊ de
bonitate diuina pie cōfidere pōt q̄ ei deꝰ
remiſerit pctā ſua. ſaltem q̄ad malū culpe
Et in tali ſtatu exn̄s/ pōt accedere ad cō/
munionē ⁊ miſſam celebrare. ¶ De ſcđo
rn̄det̄. q̄ quis in religione exiſtēs ex quo
ꝓ modulo ſuo ⁊ poſſe ꝯfeſſus eſt pctā ſua
que fecit quoꝝ recordabat̄. ⁊ cōtritus ſa/
tiſfecit ad voluntatē eccl'ie id eſt maioris
ſui. qui ſpēaliter eius curā habꝫ. ⁊ ꝓponit
amplꝰ nō peccare. tutius eſt vt de cetero
nō reflectat ocl'os ſuos ad peccata ſua ſin
gulariter cōſideranda/ ⁊ maxime carnis.
que ei poſſent plus obeſſe q̄ʒ ꝓdeſſe. ſʒ cō/
fidens de mīa dei ⁊ bonitate/ ſtudeat ꝓfi/
cere de die in diē/ aſcendēdo de virtute in
virtutem. vt tandē poſſit videre deū deo/
rū in ſyon. Cū vero ab elatione temptat̄/
tunc ad eius memoriā reducere pt̄ genera
liter peccata ſua/ nō diſcurrēdo ꝑ ſingula
vt inde humiliet̄. ⁊ gratias referat creato/
ri ſuo. q̄ eripuit eum de tot ac tantis ꝑicu
lis. in quibꝫ aliq̄n extitit. ⁊ ꝑmanſiſſʒ. ni/
ſi eum bonitas dei que neminē vult ꝑire.
ſubleuaſſet ⁊ liberaſſet. Apđ patꝝ narra/
tiones/ data eſt varia rn̄ſio ab vno patre.
mō vni. mō alteri. ſm̄ q̄ ꝓſpexit/ q̄ iſte ex
recordatōe p̄teritoꝝ/ humiliaret̄ ⁊ feruerꝫ
in amore. alter nō ſatis purificatus/ tēta/
ret̄. ⁊ rediret ad carnem

## ¶ Queritur ſi fratri

alicui ꝑturbato aut occupato in diuerſis
precepit aliq̄d ſenior. ⁊ ex ſurreptōe rn̄de
rit ei iunior. Sinite me. ego nihil faciaʒ
pro vobis. verūtamen ſtatim compūgit̄
dolens. ⁊ adimplet preceptū ſenioris qđ
paulo ante/ dura rn̄ſione renuerat. Que/
rit inq̄ʒ an ſic rn̄dēdo mortalr̄ peccet? Rn̄
det̄ ꝓ vna vice aut duabꝫ aut tribꝫ/ nō pec
cat mortalr̄. ſʒ ſi ex cōſuetudīe hēat ſic rn̄/
dere/ peccat mortalr̄. q2 dʒ reſiſtere cōſue/
tudini male. ſʒ ex q̄ freq̄nter recidiuat ſic.
ſignū eſt q̄ tali vicio eſt hituatus. ⁊ nō ca
dat ex ſurreptōe Rn̄dēt ī ſilī doctores the
ologi/ q̄ ſic̄ pria ebrietas nō ē pctm̄ mor
tale. ita nec ſcđa/ ſilr̄ nec t̄tia. nec cēteſima
niſi addat̄ circūſtātia in vna ebrietatū ſe/
q̄ntiū. q̄ cōuertat eā in pctm̄ mortale. pu/
ta q̄ nūc aduertit inebriās ſe ꝑiculū mor
tale qđ incidit ex ebrietate. ⁊ tn̄ deliberat
q̄ ſe iebriabit Applicet̄ ad propoſitū.

## ¶ Vtrum quis non A

habens ſpecialē miſſam dicendā/ debeat
celebrare pro toto populo indiſticte. aut
pro ſibi cōiunctis ſpecialiter. Qđ ſi pro
to populo/ quibus plus proficiat. aut ſi/
bi coniūctis aut ceteris? Reſpondetur q̄
debet ſufficere caritati celebrātis/ ⁊ inq̄ſi
tioni/ q̄ bene agat. ſine ſcrupuloſa tali ni
mia inquiſitōne/ quid plus proſit hoc vl'
illud Scit eni deus ponderare meritum

ſuum/⁊ oēm actōnem habeat pro regula ꝙ vbi celebrans magis eleuat intentōem ſuam caritatiuā in deū ⁊ proximū/illic ceteris ꝑibus plus proficit. Ac ſi diceret/domine miſerere omium ſicut ſcis et potes: ⁊ ſcis me ⁊ vis orare debere. Deniqȝ prefigi non poteſt regula generalis/ quin aliquando plus afficiat homo dum orat ꝓ vno. quandoqȝ plus dū orat pro pluribꝫ ¶ Item nulla eſt miſſa qui poſſit aut debeat celebrari qn oēs ꝯphēdat. q̄s eccl'ia ꝯphēdit. Ex ſi ꝯterit valorem ad aliq̄s ꝑticulares/hoc debȝ facere non ꝑiudicando huic eccleſie ſtatuto ¶ Demū ceteris paribus ſalubrius eſt conari ad oratione generalem ad deum cōuertendo ſe ad eum/ q̄ꝫ in particularibus fantaſijs/ circa homineso ccupari.

## Itē queritur vtrū

in memēto in miſſa/ſit tutum facere mēoriam ſpecialem pro pluribꝫ/propter cogitatōnes que poſſunt oriri ex ꝑſonaruȝ recordatōne? Reſpondet conſulendo ꝑ tutiori/ ꝙ melius eſſet anteq̄ꝫ quis accedat ad altare/ꝙ faceret ſuū memento ſpeciale hoc eſt ꝙ dicat in corde ſuo/ꝙ orare intēdit pro tali ⁊ pro tali. Et tūc quando erit in ſuo memēto in miſſa/cum his qui cōtinent in memento miſſalis ſufficit cordialiter dicere/memento domine horū pro quibus teneor et decreui orare/ ⁊ horum qui pro me orant. Niſi ſit aliquis frater mortuus pro quo oportet facere ſpeciale memento in ſpeciali. Et hoc eſt tutū conſilium/etiam vbi nō feciſſet homo pro illo die aliquod recenter memoriale ꝑ amicis/ſed haberet ſufficiēter in habitu/ preſertim vbi celebrans eſt in publico/⁊ vbi probabiliter eſtimat/ꝙ ꝑ tale memēto dearticulatū/nō inflāmaretur ad deuotiōeȝ ſpecialem/ſed potius inq̄etaretur/⁊ ad reliqua dicenda in miſſa / minus redderetur idoneus.

## ¶ Queritur vtrum

de cogitatōnibus vanis aut noxijs q̄ ſuperueniūt in canone aut in memento ibidem reſiſtēdum ſit illis? Reſpondetur ꝙ non debet tunc ſe occupare quis circa illas/ſed vltra procedere. Hoc eſt tutiſſimū et neceſſariū conſiliū/etiā vbi cogitatōes viderētur eſſe de cōmodis rebus ⁊ expedientibus/quia debet eis tunc dicere ſalteȝ facto/ venitis importune/ nō habeo nūc horam aut locum reſpondendi vobis/ expectate temp⁹ aliud dum vacabit. Porro quoad cogitatōnes fedas/noxias et blaſfemas/ſiue ſit homo in miſſa ſiue alibi. ille potius vincunt contēnendo nec reſpōdendo eis q̄ꝫ pugnando. Scio quendaȝ qui ad occurſum taliū/ ſolitus eſt in animo ſubridere/q̄ſi ſubſannans/nec curās imiſſiones iſtas fedas ꝑ angelos malos/ que inde protinus euaneſcūt.

## ¶ Utrum liceret ex

trahere muſcā vel araneā aut aliud huiuſmodi de ſanguine cū cocleari paruo. aut aliquo alio/non conſecrato? Reſpondeo ꝙ ſic/preſertim vbi nō poſſet aliquid tale extrahi cōmode/ cū digito conſecrato/ vel cū patena/aut aliquo tali. ¶ Utrū ſi caderȝ aut inueniret in ſanguine/ muſca aut feſtuca aut pil⁹ aut filū aut aliqͦd tale qͦ poſſet īpedimētū aut nocumētū ꝑſtare ſumēti ſanguinē dēret extrahi ⁊ q̄d inde fieret? Rn̄det ꝙ poſſet extrahi. ⁊ lauaret bn̄/ ⁊ lotio ſumeret ſi nō eēt venenoſa ⁊ muſca ⁊ feſtuca cōbureret aut ipa vel ciuis ei⁹ poneret in loco abdito vt in altari vel piſcina. ¶ Utrū grauit peccaret ille ꝑ cui⁹ neglectu talia inueniret in calice? Rn̄deo ꝙ tutū eſt facere cōſciaȝ ⁊ ꝯfiteri/ ⁊ eſt pctm̄ maius aut min⁹ ſcd̄ȝ ꝙ negligens debuit adhibere maiorē cautelā.

## Utrum quādo po

nitur vinū ⁊ aq̄ in calicē ſi (vt ſepe cōtingit)reſiliat gutta vna vel āpli⁹/⁊ remaneant ab int⁹ int labiū calic̄ ⁊ fundū dēant p⁹ ꝯſecratōȝ tales gutte dici ꝯſecrate? Rn̄deo ꝙ nō preſerti ſi ſacerdos nō intendit nec intēdat cōiter cōſecrare niſi illō vinū qͦ eſt īfundo calicis. Pōt tn̄ illa gutta ſumi an̄ ablutōȝ ſub intētōe generali/ ſi ꝯſecrata ē vt ꝯſecrata/ſi nō vt nō ꝯſecrata. Et cautū ē/vt ſacerdos ſit ſolicit⁹ ab initio vigilare circa talia/⁊ circa panē ne mice cadāt ab hoſtia ⁊ ne tales gutte remaneāt. ſi āt ſacerdos dū aduertit an̄ ꝯſecratōȝ tles guttas intēdit eas ꝯſecrare/ipſe ſunt ꝯſecrate. Silr ſi hēat in pncipio itentōȝ cōſecrādi q̄cq̄d eſt ꝯſecrabile/ tūc totū cōſecratū eſt. ¶ Utrū ſi q̄s omittat vl' dubitat omiſiſſe aliquid in conſecratōne an dēat

ſolum reincipe ad id ꝙ omiſit/vel omiſiſ
ſe ſe credit/aut ſi ab inicio debet reincipe
et quid de illis qui aſſueſcūt reiteratōem
Reſpondetᷣ ꝙ nō eſt leniter reiteratio faci
enda/⁊ malum eſt cōſueſcere preſertim in
verbis ſacramētalibus/nō debet iteratio
fieri/niſi cōſtet certitudi alr̄ ꝙ verba non
ſunt dicta. Si autē dubitatio ſit ꝓbabil̄
tunc fiat reiteratio ſub conditōe implici/
ta/ſicut fit dum dubitatᷣ de aliquo ſi fue/
rit baptiſatus vt dicatur ſic in corde Ego
non intēdo conſecrare hanc hoſtiam/ et
tunc dicat verba.⁊c̄.

¶ Utrum ſi quis ſine lumīe dicat miſſaꝫ
aut ſi deficeret lumen in media ꝑte miſſe
Et maxime a conſecratōne vſqꝫ in finem
incurreretᷣ excōmunicatio: Reſpondetur
ꝙ debet facere conſciētiam tam ſacerdos
ꝙꝫ miniſter. non tamē eſt ſentētia excōmu
nicatōnis ſuꝑ hoc lata.

heredibus ad non heredes. aut ne cõmu/
nitates/ perpetuis redditibus onerate/ tã
dem depeant ¶ Addita eſt preterea limi/
tatio precij/ ſicut potuit rationabiliter in
ſtitui. Data eſt inſuper licẽtia cõmunita/
ti vendenti de qua loquit̃ caſus/ ꝙ impo/
neret duos denarios pro libra ad euitan
dũ fortaſſis grauius inconueniens de di
minutione monetarũ. ſicut exprimur eſſe
grauiorẽ q̃ impoſitõnes ſeu vectigalia. q̄
ſunt nerui reipublice ſm ciceronẽ ¶ Am
plius non eſt leuiter pſumendum/ ꝙ vel
dominus patrie illius vel cõmunitates/
ſint immemores ſalutis ſue. qñ bona in/
tentõne ⁊ bono fine/ fecerunt ea que fece/
runt vel obſeruant. ex quo de ſe non ſunt

illicita.ſed poſſunt bene ⁊ ſalubriter fieri
q̄uis etiam poſſent abuſus cōmitti.ſ ſu
per illis non eſt habendū iudicium teme
rariū per alios. ſpecialiter per eccleſiaſti/
cos. Illud apoſtoli potiꝰ obſeruandū eſt
nihil inquirētes ꝓpter conſciam. Et illud
xp̄i. Nolite iudicare. Et illud iuris Quili
bet pſumēdus eſt bonꝰ. cū ſimilibꝫ multꝭ

¶ Eliciunt̄ ex p̄dictis circūſtantijs/ ꝓpo/
ſitiones que ſequūtur. Et cōſeq̄nter regu
le ſequūtur ꝑ modū concluſionū rectificā
tes emptionē.et diſtinguentes a mutuo.
pro deciſione materie.

## Sequūtur propo/ſitōes

¶ Prima propoſitio eſt
PRedictus ꝯtractus/ nō eſt mu
tuū/nec per modū mutui. Pa/
tet ex quarta circunſtātia prin/
cipaliter.iunctis alijs.

## Secūda propoſi.

¶ Predictus cōtractus/ nō habet ſpeciē
mutui vel fauoris vſurarij. Patet ex omi
bus circunſtantijs.preſertim.iij.et.vi.

## Tertia propoſitio.

¶ Predictus cōtractus nō eſt vſurarius
patet ex precedētibꝫ.⁊ ex vſure deſcriptōe
que ſm doctores nō niſi in mutuo inue/
nit̄. Unde ſi fiāt alij cōtractus illicitꝭ mo
dis etiā peioribus q̄ ſit vſura. nō tamen
vſurarij dicendi ſunt.

## Quarta propoſi.

¶ Predictus cōtractus/nō eſt illegitimꝰ
lege diuina vel naturali Et ita ſi debeat il
legitimꝰ dici/oportet legē oſtendere poſi/
tiuā:irritantē hmōi cōtractū.que nondū
palā oñſa eſt. Et ſi q̄s dixerit cōtractū eſſe
ꝓhibitū lege diuina vel naturali:oñdat il
lud ſibi enī incūbit ꝓbatio. ſed attendat
vbi reperiat ¶ Deinde ſequūt̄ ꝓpoſitōes
in caſibꝫ alijs ꝑticularibꝫ. vnde ſumi pñt
rōes vel ſimilitudines/ad iuſtificatōꝫ no
ſtri caſus Et ſit hec propoſitio quinta in
ordine.

## Quinta propoſitō

¶ Si quis bona intentōe velit vendere/
vel emere rem aliquā primo ſimplicit̄.de
inde dare gratiā q̄ res vendita vel empta
poſſit retrahi/ ad tempꝰ vel ad ſemp. hoc
poterit fieri nedū licite ſed meritorie. Pa/
tet ex terminis. Et ſi quis dixerit/ magnū
tempis lapſum requiri vt hec fiant. p̄io
venditio.deinde facultas redimendi.ani
aduertat quanta ſit celeritas voluntatis
humane.p̄ſertim in hominibꝫ ſpirituali/
bus et abſtractis ita vt coniūcta realiter/
poſſit intentionalr̄ diuidere ⁊ precioſum
a vili ſepare.ſicut in odio et amore peccā
tium/ peccatū ſeparat a peccāte. peccans
amatur.oditur peccatū.quanto magis h̄
fieri poterit in his quorū quodlibet ꝑ ſe
licitum eſſe poteſt:ſicut in ꝓpoſito ⁊ maxi
me quo ad forū conſcie ⁊ ad deum:

## Sexta propoſitio.

¶ Si quis preſtet pecuniā alicui ꝑ mu/
tuum vſq ad certum terminū cū adiectio
ne pene q̄ niſi ſoluat in illo termino/ ob
ligabit̄ ſoluere pecuniā vltra ſortem. hoc
in caſu poterit bona intentōne ⁊ caritati/
ue fieri ⁊ pena recipi. Patet in cenſibꝫ plu
ribus tali pacto ſoluendis. Eſt autem bo
na intentio ſi mutuans mallet habere pe
cuniaꝫ ſuam in termino q̄ alter incurrat
penam in differendo.quia forte tūc indi/
get pecunia ſua ⁊ remanere vult indēnis

## Septima propoſ.

¶ Si q̄s neceſſitate cōpellatur recipe ad
vſuram aliquā pecuniā.ne forte dānifice
tur in quadruplo vel in rebꝫ ſiue in vita/
talis p̄t ſine peccato recipe ad vſuram.
Doctores i hoc cōueniūt. ſaluātes q̄ mu
tuū recipiēs/nō ꝯmunicabit cū vſurario
in peccato ſuo. Et ita erit hic cōtractꝰ vſu
rarius. ⁊ vſure peccatū in vno tantū con
trahente. Notetur declaratio ꝑ ſimile/ ad
diuinā prouidētiā.que bñ vtit̄ malis ali/
enis Si autem ex hac radice ⁊ prioribus
poſſit iuſtificari caſus noſter ex ꝑte emen
tium.quicquid fuerit de vendentibꝫ pote
rit intelligens iudicare.

## Propoſitio .VIII

¶ Si quis vendat bladū vel vinum vel
aliquid huiuſmodi ad credentiā pro ma
iori precio q̄ eſſet venditurꝰ in prompta
pecunia/⁊ hoc faciat ex ſincera ⁊ pia intē
tione ſuccurrendi proximo:non vexandi
eum.quin mallet minorē promptam pe/

cuniam. nō videtur cōtractus illicit⁹ eſſe
vel vſurarius in foro conſciētie. Patet ex
lege caritatis ꝛ ex iure dominij. Niſi forte
diceret/ ꝙ ſupioꝛ lex/ inualidauit omnes
cōtractus tales/ propter ſpeciē mali vel ſe
quelā. ſicut non eſt in poteſtate cuiuſlibet
tranſferre pecuniam ſuam in alterū ꝑ ſoꝛ
tem taxilloꝛū propter hmōi inualidatōez
et ita diceret de multis contractib⁹ Quia
(ſicut dictum eſt) deciſio finalis. vnde ali
quid dicit meū vel tuū/ dependet ex legi/
bus/ nedum diuinis ſed poſitiuis. Pro/
pterea cōſiliū habendū eſt nedum a theo
logis ſed a canoniſtis qui ſi diſcoꝛdare vi
deant: lex euangelica ſeu theologica tan/
ꝗ̃ architectoꝛia/ iudex erit vl' epieikes ſeu
S gnomica vel interp̄tatiua. Rurſus ad/
dant propoſitōes duodecim. faciētes ad
elucidationē tam caſus propoſiti. ꝗ̃ alio
rum in materia contractuū. Si pri⁹ hāc
regulam ex p̄dictis elicuerimus. Con/
tractus qui de ſuo genere ꝛ ex circunſtan
tijs deb; eſſe gratuitus ſicut eſt mutuum
nō inficitur ſi recipiatur aliquid velut vl
tra ſoꝛtem/ altero quatuoꝛ modoꝛū. vide/
licet ſi fiat. aut pro ſaluatōne ſui intereſſe
aut pro negligentie punitōne/ aut gratia
beniuolentie/ aut pro ſola proprie vexatō
nis redemptione.

## Propoſitio .IX

Cenſualis cōtractus/ de ſe et de ſuo ge
nere/ licitus eſt in multis caſibus. Patet
in fundatiōib⁹ eccleſiarū. Patet in cōceſ/
ſione quā quis facit de re ſua. Patet cum
aliqua eccleſia eximit a iuriſdictōe epiſco
pi. Patet ex vſu quotidiano. Patet deni
ꝗ̃ per confeſſionē aduerſarioꝝ. qui leges
ſuas ꝛ iura ad hoc multipliciter introdu
cunt. Sed omittit allegatio. quia neſciē
tibus leges ꝛ canones/ vana eſſet. ſcienti
bus aūt ſupflua vel arrogans videret. ma/
xime cum non ſit preſens intentio aliena
dicta cape contētioſa argumētatōne. nec
poſitiuis iuribus p̄cipaliter inniti: ſed
diuinis.

## Decima propoſi.

Cenſualis contractus ſi fiat ad vitam
nō ex eo redditur de ſe et ex ſuo genere vi/
cioſus. Preſupponit autem ꝙ ꝛ intentio
ſit recta. ſicut eſſe poteſt/ cōfoꝛmiter ad le/
gem diuinā. ꝛ p̄cium cōueniens. iuxta pa
trie moꝛes ꝛ leges. Attento ꝙ ibi eſt pro/
babilis incertitudo lucri vel damni. quā
iuriſte multum notant. Concurrunt etiā
conditōnes venditōnis ꝛ emptiōis. quo
niam pecunia eſt preciū quod vendēs re/
cipit. Jus autem recipiendi annuati cer/
tum redditum in pecunia vel alia re. pe/
cunia menſurabili/ eſt ibi merx. Secus
foꝛte eſſet ſi cenſualis redditus annualis
futuroꝛum annoꝛū/ ſimul et ſtatim ſolue
retur. vbi fraus eſſe poteſt Concurrit hec
eadem ratio pro iuſtificatione redditu⁹z
perpetuoꝛum. quia non ſimul eueniunt.
Res autem minus valet dum expectatur
in longum/ ꝗ̃ dum preſens obtinet. Di/
cunt igitur concedētes hanc partem/ mi
rum videri ſi poſſunt licite emi redditus
in perpetuum et nequaꝗ̃ ad tempus vel
ad vitam. cum ibi poſſit eſſe verus vendi
tionis ꝛ emptionis contractus iuxta cō/
ſiderationes prime partis.

## Propoſitio .XI.

Cenſualis contractus/ propter ſpem
lucri maioꝛem vel probabilioꝛem in vno
cōtrahentium ꝗ̃ in altero/ non ideo red/
ditur vicioſus. Fertur hoc eſſe legis auto
ritas/ allegata etiam ꝑ canoniſtas/ ꝙ res
tantum valet quantum vendi poteſt. ꝛ ꝙ
licet in contractu ſe decipere. ſed theolo/
gi quibus ad certam regulam loqui fas
eſt: nomen deceptionis pro licito non li/
benter aſſumerent. conueniunt tamen in
hoc ꝙ non omnis exceſſus lucri vel dam/
ni/ reddit lucrantem ꝛ lucrari ſperantem
reum peccati preſertim moꝛtalis. alioqn
non ſalua eſſet omnis caro Attento ꝙ eq̄
litas iuſticie cōmutatiue de re ad rem ſi/
cut de pecunia ad pecuniam in cambio/
vel de precio ad precium/ non eſt punctu
alis vel indiuiſibilis. ſed multam habet
latitudinem. infra quam poteſt magis vl'
minus dari de precio/ ſine iuſticie leſio/
ne immo ꝛ ſepe ſine reſtitutionis obliga/
tione Quāuis de reſtitutōne varius apō
doctoꝛes ſit ſermo. dicentibus aliquib⁹/
ꝙ niſi ſit defraudatio vltra medium iu/
ſti precij. defraudans non tenetur ad re/
ſtitutionem. Et in hoc ſatis concoꝛdant
omnes dicentes verum eſſe in foro exteri
oꝛi propter irritationem legiſlatoꝛis. ſed
de foro conſcientie: nulli dubium quin
defraudans tenetur confiteri. Utrum

autem obligetur reſtituere nõ eſt ita clarꝝ
nec concordatũ apð omnes pſertim theo
logos. Non enĩ videt̃ neceſſariũ ꝙ vbi cõ
currunt mutue voluntates vendentis et
ementis vt res ſuas cõmutent in alteru/
trum: ꝙ furtum cõmittatur vel rapinã iu
ꝑta illud. Scienti et cõſentienti nõ fit in
iuria neqꝫ dolus. Precipue dum ſciens ⁊
volens/ eſt ſui iuris in ſua re. quod dicit̃
propter pupillos ⁊ ſimiles. Et dum con
ſenſus non eſt lege irritatus. ſicut in dece
ptione vltra mediũ iuſti precij. Si prete
rea conſenſus ſit abſolutus. nõ ſolum cõ
ditõnalis. aut ſcḋm quid. ſicut Areſtotiles
loquitur de proijciente merces in mare. ⁊
de conſenſu metu mortis extorto. aut per
errorem fraudulentum inducto. quoniã
ignorantia cauſat inuoluntariũ vel in to
to vel in parte.

## Propoſitio XII.

¶ Cenſualis cõtractus/ nõ videtur ex eo
reddi de ſuo genere vicioſus. quia reddit̃
de nouo. vel propter hoc ꝙ conſtituitur
in rebus vel perſonis alijs a perſona con
trahente. puta quia dicit emptor. tu con/
ſtitues tales redditus in tali poſſeſſione
vel ſeruo. Stante enĩ ſimili intentiõe. ni
hil videtur referre an cenſus ſit iam cõſti
tutus vel de nouo licite cõſtituitur. Ut ſi
nouiter/ redditus aliquis perpetuꝰ emit̃.
non refert ſi ſtatim cõſtituatur cenſus an
nuus decem florẽn. plusqꝫ ſi modo ſtatu
tus/ poſt decem annos alteri cõtrahenti
venderetur. Exemplũ aliud. ſi cõmunitas
aliqua/ autoritate ſui principis/ mota ra
tionabilibus cauſis/ cõſtituit certã impo
ſitionẽ ſuper rebus vendẽdis infra termi
nos ſuos: quid refert ſi ſtatim eodem con
textu conſtituant centũ florẽn. annualis
redditus ſuper huiuſmodi impoſitõnibꝫ
T vel ſi faciunt hoc lapſo decennio. ¶ Et q̃
niam in hac materia ⁊ ſimilibꝫ ſcḋm dictũ
Auguſt. Tene certum ⁊ dimitte incertũ.
conſciẽtias multoꝝ/ preſertim ſimpliciũ
⁊ timoratorum/ ſcrupulis varijs inqetat
moleſtat ⁊ in perplexitatẽ quandã trahit
additur ſequens propoſitio.

## Propoſitio XIII.

¶ Argumentũ ſumptũ ex cõſilio vel du/
bio vnius doctoris/ ꝙ in illo dubio con/
trahere ſit peccatũ mortale/ nõ eſt efficax.
ſed temerarium ⁊ negandum ¶ Oportet
enim incertitudinem eſſe non tantũmo/
do ſcrupuloſam leuẽ ⁊ formidoloſam. ſed
valde probabilem. priusqꝫ agere ea ſtan/
te/ peccatũ mortale iudicetur. Sic enim
dictũ ſapientis intelligitur Qui amat pe
riculum peribit in illo ¶ Itaqꝫ nõ quod
liber dubium facti/ ſufficit ad cauſandũ
peccatũ mortale ſi quid agat̃ illo dubio
ſtante. ergo nec quodliber dubium iuris.
Aſſumptũ patet in caſu cuiuſdam decre/
talis. Si mulier vxorata incipiat per no
uam informatõnem dubitare an attine/
at viro in gradu ꝓhibito. quo dubio ſtã/
te: querat vir debitũ. quid aget vxor: Si
neget. eſt in caſu trãſgreſſionis iniuſte ſi
non attineat viro ſuo. ſi ꝯcedat/ eſt in pec
cato mortali luxurie. Ponatur alius ca/
ſus qui eſt creberrimꝰ ꝙ dubium ſit apud
doctores aliquos ex vna parte ꝙ hoc de/
beat agi. dicentibus alijs in pari numero
ꝙ oppoſitum fieri debet. ſicut i facto ſciſ/
matis contendentiũ de papatu/ ſepe fuit
Rurſus in materia fidei cũ doctores diſ/
ſentiũt/ licitum eſt ante determinatiõem
eccleſie ſepe tenere vnam partem vel alte/
ram. Rurſus induci poteſt materia inſo/
lubilium. vt ſi ticius iuret ſe accepturum
bertam in vxorem. ſi primũ verbũ quod
dixerit/ fuerit verum. ⁊ nullo modo acci/
piet ſi fuerit falſum. Tunc dicat hanc ſo/
lam propoſitiõem. tu non accipies me in
vxorem. Querit̃ quid aget ticius. ſi acci/
piat. piurus eſt. quia berta dixit verũ:
Sed hec ⁊ ſimilia dimittimus exercitio
logicorum. dicentes ꝙ probabilis certi/
tudo ſufficit in moralibus: vt non expo/
nat ſe quis periculo. vt dicunt doctores
de celebrante miſſam. et ſimilibus. vbi re
quiritur ſtatus gratie. ꝙ ſufficit ad hoc ꝓ
babilis coniectura. Quia certitudo alia/
ſine reuelatione non habet̃. prout in mo
ralibus dicit Areſtotiles ſumendam eſſe
certitudinem/ groſſe ⁊ figuraliter. que cer
titudo non remouet in vna parte omnẽ
probabilitatem/ vel opinionem alterius
partis. licet magis declinet ad iſtam/ vel
ad aliam. quod ſufficit Immo ſcrupulo/
ſis et formiduloſis conſcientijs ſepe con
ſilium eſt in oppoſitum agere/ preſertim
ex imperio et conſilio doctorum.
¶ Propterea conſilium eſt/ ꝙ in materia
morali/ non ita leuiter aſſeratur aliquid

eſſe mortale peccatū. dum aliquis doctor
dat conſiliū ſuper aliquo actu/ꝙ non fiat
maxime dum plures alij poſſe fieri bñ di/
cunt. aut ꝙ cadit ſub dubio prout in ca/
ſu noſtro notatum eſt Ubi patet qualem
laborintum conſcientiarū timoratarū in
currimus ſi quelibet opinio vel conſiliū
doctorum/ſufficit ad incertitudinē faciē
dam/ cum frequenter opiniones nedum
varie ſed aduerſe ſint inter doctores. nūc
propter paſſiones animorū. nūc propter
varios aſpectus circunſtantiarꝫ. modo il
larum ſolum. modo aliarum. modo om/
niū. vnde ortum eſt illō comicum. Quot
capita tot ſententie ¶ Deniqꝫ conſilium
eſt ꝙ nō oſtendātur tales ſcripture varie/
cōſcientijs ſimpliciū. quoniā inde nihil
proficiunt/niſi ad maiorē inquietudinē
conſcientie. Sufficiat eis conſiliū ſuorū
ſupiorum. nec in talibus legendis aut di
ſcutiendis occupent ſe. ¶ Poſtremo iu/
xta predicta ſumēdus eſt intellectus Au/
guſtini dum ait Tene certum. dimitte in
certum. Superiores vero ſtudeant pro/
uidere pacifice ſecuritati ſubditorum. ne
dum per conſilium iuriſperitorū ſcriptis
aut verbis: ſed efficacius ꝑ autoritatem
ſummi pontificis. vt vel tollat vel mode
ret vel interpretetur dubias tot perplexi/
tates/ex poſitiuis conſtitutiōibus ortas
aut ſaltem det facultatē abſoluendi tranſ
greſſores/ſupioribus monaſteriorū ⁊ ec/
cleſiarum. vt quando dederit dominꝰ ſpi
ritum cōpunctōis/ inueniāt promptū re
mediū. et non in deſperatōis precipiciū
ruant/pro difficultate papam vel ſuā cu/
riam adeundi.

## Propoſitio XIIII

¶ Argumentū ſumptum ex illa regula ꝙ
vbi eſt eadē ratio/debet eſſe eadē iuris de
ciſio: nō concludit in cōſtitutionibus po
ſitiuis. niſi facta ſit vtrobiqꝫ ſimilis cōſti
tutio ¶ Pro cuius intellectu eſt rememo
randū/ꝙ in agibilibus aliqua ſunt quo/
rum ratio dependet immediate ⁊ clare/ex
primis principijs moralibus. Alia ſunt
ſic elongata/ꝙ non apparet ratio agibili
tatis plus in vno ꝙ̃ in altero. niſi ſupue/
niat autoritas conſtituētis ⁊ determinā/
tis iſtam partē plusꝙ̃ alteram. vbi tūc lo
cum habet illud ſatyrici. Sic volo ſic iu
beo. ſit pro ratōne voluntas. Queadmo/
dum reſpōdent grammatici interrogati.
Cur iſtud vocabulū ſic aut ſic ſignificat:
quia ſic placuit īpoſitori. Et profecto ta/
lem in opibus dei/ſepe nos oportet dare
reſponſionē. ¶ Nunc ad propoſitū/ſtat
ꝙ duo contractus videātur ſimiles et ad
ſimiles effectus bonos vel malos inducē
tes: et tamen vnus erit lege prohibitus ⁊
alter conceſſus vel permiſſus. Exemplū
in cōtractibus. conſtat ꝙ in venditōnibꝰ
perpetuorū redditiuū/poſſunt prouenire
plura damna et depauparōes per abuſuꝫ
vendentiū vel ementiū/ꝙ̃ ſepe veniant ꝑ
mutuū/ cum exactōne leui ſupra ſortem:
⁊ tamen primꝰ conceſſus eſt legibus alter
prohibitus. Et ita de plurimis ſine nu/
mero iuribus poſitiuis ¶ Quāuis poſſꝫ
aſſumpta regula concedi in forma. quia
iam non erit eadē ratio pro deciſione iu/
ris. ſi vnū ſit lege conſtitutū alterum nō.
facit enī diſparitatē autoritas

## Propoſitio. XV.

¶ Argumentū fundatū in illa regula. dū
aliquid vna via prohibet ⁊ altera/nō cō/
cludit/niſi dum probet ipm ſactū ⁊ nō ſo
la via ¶ Exemplū ponatur: tam in mate/
ria ſymoie. ꝙ̃ vſure. Martinus ſacerdos
vult lucrari decem francos. ⁊ petrus etiā
Martinus recipit illā ſummā pro ſuſten
tatōne vite ſue. Petrus recipit tanꝙ̃ pre/
ciū ſue miſſe: ſicut ſymon voluit emere po
teſtatē dandi ſpiritūſanctū vt inde lucra/
ret. Martinus iuſte habet decē francos.
Petrus iniuſte. Ubi manifeſtū eſt. quan
tum operur intentio ⁊ directio cordis. vt
aliquis euitare poſſit faciliter ſymoniam
cum pari ſeu maiori lucro tempali/ꝙ̃ per
damnatā ſymoniā ¶ Exemplū in contra
ctibus Petrus habꝫ centū libras piperis
vel alterius mercis. vendit conſueto pre/
cio ꝑ centū frācis. hec eſt pura vēditio nō
vſuraria. iohēs emptor volēs hr̄e ꝑmptā
pecuniā/petita dilatiōe ſolutōis a petro.
vēdit alti mercatori ſtati ſuū pip emptuꝫ
ꝑ minori ꝑcio ſtati hñdo vt ꝑ. lxxx. frācis
ſic ſibi licitū ē. Cōſtat ꝙ ꝑ iſtos duos cō
tractꝰ Johēs venit ad ſilem effectū: ſic fe/
ciſſet ꝑ imediatū ꝯtū vſurariū. qr hꝫ. lxxx
francos prōptos ꝑ centū ad credētiā. Cō
cedendū eſt tñ ꝙ in iſtis cōtractibꝰ/ꝗꝛ q/
libet eſt emptio ⁊ venditio vtrobiqꝫ de ſe
licita/ poteſt interuenire fraus in fauorē

vſurarum. peioꝛ ꝙ̃ ſit vſura de ſuo genere nõ vſura tamen ꝓprie dicta. ¶ Unde concluditur ſicut prius quantũ ſit in contractibus intentio ponderãda. preſertim in contractibꝰ non ꝓhibitis expreſſe ꝑ legeꝫ poſitiuã in ſe vel in ſuis circunſtãtijs. qꝛ tunc intẽtio bona nõ ſufficit ad rectificationẽ talis actus cũ ſuis circunſtantijs ꝓhibitis. vbi tamen poſſet rectificatõ fieri in aliquo ſimili cõtractu non pꝛohibito iure poſitiuo. in eadem vel alia patria vel circunſtantijs variatis.

## Pꝛopoſitio . XVI

¶ Argumentũ ſumptũ ex tolerãtia pape vel eccleſie/ vel ex cõſuetudĩe ⁊ pꝛeſcriptione ⁊ abolitõe locũ habet in cõſtitutiõibꝰ poſitiuis vt poſitiue ſunt. ⁊ non in pure naturalibꝫ ⁊ diuinis ¶ Ad habendũ vero plenã huius pꝛopoſitõnis intelligentiã/ neceſſaria eſt cognitio quid ſit de iure pure poſitiuo quid de iure diuino ⁊ naturali. Cuius rei ignoꝛantia vel inaduertẽtia conturbatõem inuolutã ⁊ ꝑniciosã/ in doctrina iuriũ ſepe facit ¶ Sed quantũ ſufficit ad pꝛeſens (quia alibi traditũ eſt) conſtat ꝙ ꝑ eaſdem cauſas. res ipſa diſſoluitur ꝑ quas oppoſito modo ſe habẽtes exoꝛta eſt. Conſtat preterea ꝙ leges poſitiue tunc ſolũ inſtituũtur cum ꝓmulgantur. ⁊ vim obligatõnis habent dũ moꝛibꝫ vtentiũ approbãtur. ¶ Dicamus igiť ꝙ vbi papa vel eccleſia vel legiſlatoꝛ/ ſciunt ꝙ conſtitutiones ſue/ vel nõ publicãtur. ſed dantur obliuioni. vel nõ approbanť moꝛibus vtentiũ. ſed paſſim fit in oppoſitum/ conſtitutiões ille deſinunt habere vim obligatõis tanꝙ̃ abolite ꝑ nõ vſum vel conſuetudinẽ oppoſitam. que eſt nõ legum omniũ ſed poſitiuarũ optima interpꝛes. Alioquin tolerantia pape/ vel legiſlatoꝛis/ eſſet ſibimet repugnans ⁊ populis noxia. ſi vellet ꝙ leges ſue haberent vim obligatõis. et tamen illas neqꝫ publicaret neqꝫ exequi mandaret. Fundãtur in hac radice abolitiões conſtitutionum quaſi ſine numero poſitaꝝ in decretis. q̃ etiã tradite ſunt in concilijs generalibus vt de ieiunando quinquageſimã. vel diẽ ſabbati. vel ꝙ ſacerdos celebꝛans/ habeat duos aſſiſtentes. immo plus/ ꝙ nullus ꝓſumat eligere cõfeſſoꝛem/ niſi cũ certa autoꝛitate. cũ tamen paſſim q̇libet ſacerdos ſecularis/ audiat in confeſſiõe alterum ſacerdotem. quia ſic eſt (vt dicũt) conſuetudo que ſi dicatur coꝛruptela/ vix apud ſacerdotes erit ſalutis ſtatus. Quid preterea de tot conſtitutõnibꝫ et regulis poſitiuis/ traditis pridẽ ⁊ non obſeruatis. nũc in religionibus. nũc in eccleſijs cathedralibus et collegiatis. nũc in vniuerſitatibꝫ et cõmunitatibus. nũc in ipſis etiam iuribus penalibus diceretť. Niſi velint aſſertoꝛes oppoſiti/ abſqꝫ vlla miſeratõne homines de omni ſtatu pꝛecipitare per laqueos tranſgreſſionũ/ in damnatõnis interitum/ cum ſuis pꝛelatis atqꝫ rectoꝛibus. ſi cum tanta auſteritate faciãt artam viam domini/ et pꝛegrauent intolerabili iugo ceruices ſubditoꝛum. verum de hoc alibi latius.

## Pꝛopoſitio Decimaſeptima

¶ Lex ciuilis tolerans vſuras aliquas/ non ideo ſemper dicenda eſt cõtraria legi diuine vel eccleſie ¶ Poſſet hic fieri declaratio quid ſpectet ad legem ciuilẽ. ⁊ quid ad canonicã. et quid ad theologicam. ſuper qua re alibi traditum inueniť. Quantum vero ſpectat ad pꝛeſens ſatis eſt dicere ꝙ legiſlatoꝛ ciuilis/ attendit conſiſtentiã reipublice ad conſecutõem pacifici cõuictus inter ciues. vt ꝙ nõ fiant furta. rapine. homicidia. ⁊ cetera humanũ conuictũ turbãtia Sꝫ qꝛ freq̃nť effrenata nequitia nõ p̃t ex toto cõpeſci/ agit moꝛe pꝛudẽtis medici tolerat minoꝛa mala/ vt peioꝛa vitenť. Datũ eſt iã exẽplũ de meretricibꝰ et in antiq̃ lege de libello repudij. et de vſuris dãdis alieno. ſicut eſt textꝰ Deute. xxiij. iã allegatꝰ. ⁊ xxviij Fenerabis gẽtibꝫ multis ⁊ ipſe a nullo fenꝰ accipies. Apparuit ãt minꝰ malũ/ ꝙ vſure leues fierent ꝓ ſuccurſu indigentiũ. ꝙ̃ vt inducerenť per indigẽtiã furari rapere aut paſſim diſtrahere ſua bona mobilia vel immobilia/ viliſſimo pꝛecio/ cum damno longe maioꝛi ꝙ̃ eſſet moderata receptio ſub vſuris. Nec inde iudei viuerent in ocio per oppꝛeſſionem incredibilem chꝛiſtianoꝛum quibꝰ feneranť Conſtat autẽ ꝙ hec tolerãtia/ conſona eſt dictamini naturalis ratõnis. immo ⁊ diuine legis/ ꝓſuppoſito peccato. Conſtat ꝑterea ꝙ papa ſicut nõ eſt immediatꝰ dñs bonoꝝ tpaliũ ꝑſertim laicoꝛum/ ſic nõ debet paſſim irritare leges

vtiles pro diſpenſatõe talium bonorum
conſtitutas. vtiles inquã ciuiliter/licet fi
ant cũ peccato qđ impedit quo ad finem
beatitudinis conſequẽde. Sufficit ꝙ pa
pa vel eccl'ia/ſignificent vel ꝑdicent tales
vel tales ꝯtract⁹ illicitos eſſe/de iure euã/
gelico ⁊ in foro conſciẽtie. Si autẽ vltra
voluerit papa procedere/ per irritatiõem
etiã ciuilem omniũ hmõi cõtractuũ/ꝑ pe
nam excõicationis ⁊ aliter. ſicut videt̃ fe/
ciſſe in quadã conſtitutiõe ⁊ cõcilio gene
rali/nõ eſt noſtrũ os ponere in celũ. Sup
ponimus bonis ratõibꝫ ⁊ circunſtantijs
motum eſſe/et nolle moderationibus vti
libus obuiare.

## Propoſitio XVIII

¶ Lex antiqua/ꝓhibens iudeis vſuras
ꝓximis ſuis. ſed de alienis cõcedens/ īue
nitur apud doctores habere mltiplicem
intellectũ. ¶ Dicentes eñi ſic vſuram eſſe
illicitã ꝙ nullo modo poteſt bene fieri. ſi/
cut nec mendaciũ/ ponũt conſequẽter iu
deos peccaſſe dando alienis ad vſurã. et
ꝙ deus ſufficienter edocuit eos ſuꝑ hoc ꝑ
viros eleuatos ⁊ ꝓpheticos. cõmendãtes
eos qui pecuniã ſuam non dant ad vſurã
ſicut in pſalmo. ⁊ in Ezechiel̃. xxviij. Nõ
plus loquendo de ꝓximo ꝙ̃ de alijs. quia
etiã oĩs homo cenſend⁹ eſt noſter proxi
mus. Exponunt vlterius ꝙ dñ permittĩ
iudeis Deuteronõ. xxviij. pro benedictiõe
ꝙ fenerabũtur extraneis/ fen⁹ hic accipit̃
pro ſuꝑabundantia nõ pro vſura Uel di
cunt ꝙ recipiẽdo vltra ſortem/ nõ recipie
bant niſi rem que aliũde erat ſua. propter
tyrannidẽ occupantiũ terrã ſuã. ſicut mu
tuati ſunt vaſa ab egyptijs. Pro quo di/
cũt facere verbũ Ambroſij. ꝙ licet eos op
primere vſuris/quos licet interficere. ¶
Sed ſuꝑ hoc quia iã aliqua notata ſunt
ꝑte prima. ⁊ nimia ſubtilitas nõ eſt ſemꝑ
expediens in moralibꝫ diſcutiẽdis/ ꝓpter
abuti volentes. Hec tetigiſſe ſuffecerit. et
dicere pro regula. Ꝙ oĩs cõtractus q̃ ex
ſuo genere vel ex circunſtantijs debet eſſe
gratuitus/ſi interueniat pactũ de recipiẽ
do vltra ſortem/efficit̃ vſurarius. ſicut eſt
in mutuo ⁊ cõmodatõne. Et proprie ſo/
lus talis vſura nominatur.

z

## Propoſitio. XIX.

¶ Lex humana ſtatuẽs nullos redditus
poſſe vendi/ niſi cum facultate redimen/
di/non facit ꝙ cõtractus aliunde licit⁹ ſit
vſurarius. aut ſolum pigneratici⁹. aut ꝙ
in redemptõne/debeat fieri fructuũ perce
ptoꝝ deductio ¶ Ponamus itaqꝫ reddi/
tum vel fundũ perpetuũ/ quẽ prius lice/
bat emere pro mille francis. Accedat lex
dans in cõtractu ſimili facultatẽ redimẽ/
di. qua nõ obſtante/ datur ſimile preciũ.
immo forte maius. qualis queſo poſſet ĩ
hoc caſu eſſe ratio cõtractus vſurarij. aut
ꝙ in redemptiõe/ꝑcepti fructus debeant
deduci plusqꝫ ſi in priori caſu fieret ven/
ditio redditiuũ perpetuorum poſt perce/
ptionẽ fructuũ decem aut viginti anno/
rum. ¶ Non eſt eſtimandũ ꝙ legiſlator
aliquis. ſit princeps. ſit cõmunitas. ſit ꝑ/
latus/vellet tali modo oĩes contractus
reddere vſurarios. ⁊ claudere viam homi
nib⁹ ꝑſertim eccleſiaſticis. ꝙ non poſſent
vti rebus ſuis. nec habere ſufficientẽ pro
dei ſeruitio celebrando ſuſtentatõẽ. Alio
quin lex eſſet nedum ſtulta. ſed impia ne/
ꝙ̃ et ſacrilega. ⁊ ex conſequẽti ꝑ papam et
eccl'iam cum oĩ ſeueritate tollẽda Sed
nõ eſt ita preſumendũ de legiſlatoribus ⁊
intentõne ſua. quin vellent etiã quãdoqꝫ
minus preciũ dari vel ſtatui/propter illã
facultatem redimendi. ¶ Quo circa pñt
tam ex precedẽtibus ꝙ̃ ex modo dict̃/no
tari vel elici/morales quedam regule.

Prima regula. ¶ Omnis cõtractus quo
licite vendũtur vel emũtur redditus per/
petui/poteſt ſimiliter eſſe licitus ſi eodẽ
contractu ſimiliter ſe habente/ detur fa/
cultas mutua redimendi. preſertim in fo
ro conſcientie.

Secunda regula: ¶ Oĩs cõtractus q̃
ex ſuo genere debet eſſe gratuitus/ poteſt
ex circunſtantijs quãdoqꝫ effici licite nec
debitus nec gratuitus. mutando ſpeciem
in genere moris. vt de commodatõne po
teſt fieri locatio. Super his autẽ vnctio
lex ⁊ ratio iudicabunt.

Tertia regula ¶ Oĩs ꝯtractus/ qui ex
ſuo genere vel circũſtantijs nõ recipit ꝙ
ſit venditio vel emptio ad perpetuũ. non
videtur ſecure fieri/ interueniente pacto
de facultate redimendi. ⁊ hoc maxime in
foro exteriori. ſecus eſt in locatõne ⁊ con/
ductõne. que fieri ſolent ad tempus.

Quarta regula ¶ Oĩs cõtract⁹ ſuſpectus
habet̃/ſi appareat ĩtẽtio ꝓbabilr̃ mala in

contrahentib⁹. vt quia negociatōem ſolā
mercenariā/aut queſtū lucri turpis intē/
dunt Iuxta quod ponit̄.xx. ⁊ vltima ꝓpo
ſitio principalis:

# Propoſitio xx.

¶ Ex carnis/contraria legi ¶ (in ordine
ſpiritus ac ꝑinde tyrānica/ infectum ha/
bens ⁊ tenebroſum cordis oculū ꝑ cupi/
ditatē ⁊ auariciā/faciliter inducit̄ in ten/
tationē ⁊ laqueos diaboli. quos ſibimet
multiplicat ⁊ inq̄rit/ꝑdeuia cōtractuum.
¶ Legimus hoc prochdolor in expiētie
libro. ⁊ in ſcriptis doctorū/ qui ꝑplexos
cupiditatis nodos /vix ſciūt euoluere. q̄/
bus ſe malignis adinuentionib⁹ circum
uoluit. iunctis maxime tot excōicationis
ſententijs Accipit inſuper de recte dictis
⁊ factis bonoꝝ/ ſcandalū ſibi ⁊ offenſio/
nē. q̄uis ſcandalū tale ſit a recte docenti/
bus ⁊ ambulantib⁹/cōtēnendū. quia nō
datum eſt. ſed neq̄ter acceptū. quale dice/
bat xp̄s ſcandalū eſſe phariſeoꝝ. Non enī
min⁹ agerēt que agūt/ſi ceteri quieſcerēt.
¶ Abijcienda eſt ergo auaricia. vt mun/
dus ſimplex/⁊ lucidus haberi poſſit intē
tionis oculus in cordis directōne/ ſꝫm re
gulas iuſticie. quas ſepe magis doceat vn
ctio q̄ʒ ratio Orandus eſt idcirco deus et
cum pſal. dicendū Inclina cor meū deus
in teſtimonia tua ⁊ nō in auariciā. Cui⁹
verbi latentē energiaʒ expertus eſt pridem
vnus. put eodem teſte cognitū eſt. qui cū
dominica quadā in ramiſpalmaꝝ/auari
cie morſum repente in corde ſentiret. ipſe
collecto in fide ⁊ ſpe deuotionis ſpū/defi
gens in imaginē crucifixi/velut in ſerpē/
tem moyſi miſticū/ratōnis oculū. profun
di⁹ ingemiſcens. ſilenti deſiderio clama/
uit. Inclina cor meū deus in teſtimonia
tua ⁊ nō in auariciā. Nec fruſtra. mox enī
ſenſit a corde. velut a quadā introrſuʒ ma
nu reuellēte/negociū auaricie ꝑambulās
in tenebris eijci. Eijciat ⁊ a nobis auari/
ciam de⁹. vt auertat (iuxta ꝓpheticū ſeq̄ns
votum) oculos noſtros ne videant vani/
tatē. ſed veritatē. que vanitatē exufflat. et
abſcōſas erroꝝ decipulas ꝑducit in lucē

Poſſum⁹ autē in hac luce veritatꝭ
ſupaddere moralia quedā cōſilia
ne ſubintret apꝺ eccl'iaſticos/ſpi/
ritus auaricie. tāto neq̄or quāto palliat⁹.
⁊ obūbratus accedit ſub ſpecie nō cōmo/
di proprij ſed cōis. ¶ Tutius eſſe videt̄
apud eccl'iaſticos viuētes ex dotatōib⁹ fi
deliū/ꝙ recipiant redditus iā aſſignatos
q̄ʒ pro nouiter emendis numeratā pecu/
niam ¶ Tutius inſuꝑ eſſe videt̄ apud ec/
cleſiaſticos viuentes ex dotatōib⁹/pauci
ores eſſe in numero monaſterioꝝ vel ꝑſo
narū vel eccl'iaꝝ collegiataꝝ /q̄ʒ ſubire ni
mias ſolicitudies ⁊ ꝑiculoſas anxietates
in corꝑe ⁊ anima: in redditib⁹ cōꝑandis ⁊
augendis/maxime ſi ſpeciē vſurarie vel ſi
moniace prauitatis apud ſimplices ha/
bere videātur. vt ſi fiant de pecunijs colla
tis/probabiliter venientibus ex rapinis
furtis. vſuris. ⁊ extorſionib⁹ publicis. ni/
ſi fieri conſtet hoc ꝓpter reſtitutiōes incer
tas ⁊ vagas ¶ Tutius eſt preterea apud
eccleſiaſticos recipientes vite neceſſaria/
vt obſequio diuino deſeruiāt in miſſis et
obitib⁹ celebrandis: ꝙ eoꝝ intentio non
ſit obligare ſe niſi quātū ⁊ quouſq̄ʒ obuē
tiones date/ſuffecerint ꝓ ſue vite ſuſtenta
tione cōpetenti. vt vnctio ⁊ ratio iudica/
bunt ¶ Tutius ad extremū eſſe videt̄ (et/
ſi non forte neceſſariū ſed iure ſupponen
dū) apud eccl'iaſticos viuentes vt dictū ē
ꝙ ſuam intentōem ita regulatā/ exponāt
ſuis benefactorib⁹ fundatorib⁹ ⁊ ſuſtē/
torib⁹. qui ſi ex ſincera caritate ⁊ nō pom/
poſa vanitate ꝓcedunt/ nō retrahentur a
propoſito ſuo ⁊ ꝑfectius apud deū mere/
būtur. Nihilominus cōpatiendū eſt hu/
mane fragilitati. que raro producit gra/
nū virtuoſe caritatis/ ſiue multiplici pa/
lea vanitatis. Quod ſub alia metaphora
notauit Hieremias dicens. Oēs iuſticie
noſtre/tanq̄ʒ pann⁹ menſtruate. Propte/
rea nō ex opibus iuſticie noſtre. ſed ex ſo/
la dei gratia ſalus noſtra.

## Tertia pars que

ſequit̄ poſtillat quendā tractatū conſcri/
ptum in materia ꝯtractuū in valentia ar
rogonie. per vnū doctorē canonicū ſuper
his caſibus q̄ incipit Contractus quidā
eo ꝙ idem videtur habere zelum reipubli
ce exceſſiue.

Potuerāt pauciora etiā ſuffi
cere quā ſcripta ſunt ſub du
plici ꝑtitiōe/ꝑ deciſione ca/
ſus traditi in materia cōtra/
ctuū. eoꝝ ꝑſertiʒ q̄b⁹ ⁊ ꝑ q̄b⁹
ſcript⁹ eſt ſtatu penſato. Vex ſuccreuit ex

agitatõne ſolius recordatõnis p̃cognito
rum in luminerationis feruor inſpectio/
nis noue. doctorũ nedum theologie ſed
iurium. Et venit in mentem dictum tri/
plex preclariſſime memorie preceptoris
mei domini. P. Cardinalis cameracẽ.
¶ Exptus ſum inquit. dum in allegatio/
nibꝫ iuriũ/mihi veritas impugnari vide
batur. Si dimiſſis gloſis ſup gloſas/re/
curſus mihi fiebat ad nudã textus litterã
mox aptior patebat intellectꝰ. fatentibus
hoc idẽ ꝛ miratibus allegãtibꝰ in aduer/
ſum ¶ Alterꝫ eius dictũ poſt determina/
tionẽ quã aduerſus ſymoniã celebrit̃ fe/
cit hoc fuit. Hoĩes inquit ſi dirigerẽt in/
tentionẽ ſuam in ſpũalium datiõe vel re/
ceptõne/multi ſunt ſymoniaci q̃ nõ eẽnt.
¶ Tertiũ eiꝰ dictũ ẽ illõ. Sup ꝯctibꝫ hu
manis qui p̃ſuppoſito peccato ſunt natu
rales atqꝫ neceſſarij/nõ debet leuit̃ repro
batio fieri ſeu reſtrictio. vel ad vſurariam
prauitatẽ reductio ¶ Mouit me pluries
dictũ ſecundũ/loqui ꝛ ſcribere/qualis eẽt
habenda directio cordis in actibꝫ tam dã
di q̃ꝫ recipiendi ſpiritualia. Quin etiã dũ
fieret in concilio Conſtantieñ. querela de
tollenda ſymoniã/ſimiliter ꝛ vſurã. tanq̃ꝫ
peſſimas in eccleſia peſtes. motus ex hoc
ſecũdo ꝛ ex tertio dicto/ exclamare nõnũ/
q̃ꝫ coactus ſum Deus eq̃ſſime. quis neſci
at ꝛ ſymoniã ꝛ vſuram modis oĩbus ex
tirpandas eſſe. Sed primitꝰ declarandũ
ſub q̃bus caſibus ꝛ q̃libus intẽtionibꝫ p/
prie dicta ſymonia vel vſura cõmittitur.
ne dãnetur iuſtus cũ impio. ne p̃terea do/
tationes eccleſie ꝛ obuentões oĩ iure de
bite/penitus eneruent̃. quaſi ſint (vt vul/
gus inſipiens ꝛ malignũ/ et prout hereti
ci criminãtur) ſymoniace aut ne ſimiliter
detur vſure titulus/iuſtis ꝛ neceſſarijs cõ
tractibus ¶ Nunc autẽ induxit ne dictũ
primũ: vt curioſius litterã quarundã alle
gationũ proprio conſiderarẽ intuitu. ne
ſine lege (vt aiũt) loqui videremur. vnde
factũ eſt. vt ex allegationibꝫ clariꝰ eniteret
pars prima. iuuantibꝫ ad hoc theologi/
corũ libris doctorũ. ¶ Redeat igit̃ ad di/
ſcuſſionẽ/tractatus vehemẽtur inuectiuꝰ
cõtra cenſualiſtas. Sic eñi noĩat vtẽtes
cõtractibus in caſu ꝓpoſito vel ſimili ꝛ in
cipit. Contractꝰ quidã. ꝛc. Ceterꝫ autor
nõ nominat̃ nec opus eſt.

Arguit primitꝰ pro p̃te/quã abſqꝫ
vlla dubitatõne dicit eſſe falſam
ꝛ peſſimã. nos vero verã ꝛ licitã ꝫ
Ita tamen ſi cõueniamꝰ in caſu cum cir/
cunſtantijs noſtris ¶ Cõtractus inq̃t vẽ
ditionis ꝛ emptõnis/ eſt de iure gentiũ et
vtroqꝫ iure/ canonico et ciuili/ pro licito
habitus. Sic eſt in iſto cõtractu. q2 ꝯſti/
tuit̃ certus redditus annuꝰ q̃ eſt merx. po
nit̃ etiam certũ preciũ ꝛ ſic ſunt ibi ſubſtã
tialia. que cõplent cõtractũ emptõis ꝛ vẽ
ditõis. Allegat ad maiorẽ ꝛ minorẽ ſicut
ibidẽ p̃t inſpici. ff. ꝛc. in legibꝫ ¶ Rurſus
ſecundo arguit in effectu/dimiſſa plixita
te verborũ. Predictꝰ cõtractus nõ eſt mu
tuũ. ergo nõ eſt vſurarius. Probat conſe
quentiã p diffinitõnes vſure/datas a do/
ctoribus. ꝙ eſt lucrũ prouenĩẽs ex mutui
cõtractu ¶ Rurſus tertio notat allegatio
nes plurimorũ doctorꝫ pro p̃te cẽſualiſte
ſed quia dicta nõ ponit. nihil hic elici po
teſt certũ: niſi libris inſpectis. et ex his q̃
dixit in ſolutõe iſtius rõnis. ꝛ ſunt gloſe
ſupra capitulũ. Conſtitutꝰ de reli. domi/
bus ¶ Rurſus quarto ſumit ꝙ p̃ſtatiões
ſunt approbate. nec reputant̃ vſurarie er
go (inquit) ita dicendũ erit de p̃ſtatiõe an
nua ꝓueniente ex dicto cõtractu cenſuali
antecedens ꝓbat p multiplicatas allega/
tiões. ſed conſeq̃ntiã vbi nodus iacet lin
quit vt clarã nec allegat. quod euidenter
pro nobis eſt. ¶ Rurſus quinto. annua
penſio poteſt imponi de nouo per titulũ
gratuitũ. puta per titulũ legati et eadẽ ra/
tione p titulũ donatõis inter viuos. ergo
mlt̃o fortius poteſt imponi p titulũ one/
roſum. puta per titulum emptiõis et ven
ditionis. Probat conſequentiã quã con
cedimus. p multa iura. ꝛ conſequẽs ſimi/
liter. ¶ Rurſus ſexto deſcẽdit ſpecialiter
ad contractũ. qui dicit̃ ad vitam. iuſtificã
do illum ex dubio ꝛ periculo quod immi
net circa vitam. p argumentũ de vſuris. c.
in ciuitate et. c. nauiganti ꝛ iſtud ſimiliter
concedimus viſo textu. ¶ Rurſus ſepti/
mo produxit ad idem ꝓbandum/gloſam
hoſtienſ. in ſumma. de vſuris. que ſenten
tialiter licitã dicit eſſe venditionẽ rerũ ad
vitam certe pſone vel pſonarũ. ratõne in/
certitudinis etiã ſi emptor inde lucraret̃.
¶ Rurſus octauo nõ p modũ rõnis ſꝫ in
uectiõis cõtra cenſualiſtã dicit eũ videlꝫ

innití tolerãtie vel diſſimulatiõi romane eccleſie/tanꝗ̃ valido fundamẽto.

A C Onſequẽter deſcendẽs ad ꝑtẽ oppoſitã/que ſm eũ indubie vera ẽ. ⁊ diuino iudicio/ cõſcientie ocio ⁊ rõnis dictamini/audacter cõcordãs/ et ita determiat idipm de quo facit q̃ſtionẽ

## Primũ fundamen

tũ ponit. quia vbi eſt eadẽ ratio. debꝫ eſſe eadẽ iuris deciſio. ſed eadẽ ratio ꝓhibitõnis q̄ eſt in vſura apta ⁊ manifeſta/occurrit etiã in dicto cenſuali cõtractu. igit̃. ⁊c̃. Deducit vtrãqꝫ ꝑtem/ꝑ rõnes exẽplar ⁊ dicta doctoꝝ. ſuper quibꝫ in reſpõſione aliqua tangemus.

## ¶ Secundũ funda

mentũ ſumit ex gloſa magna dñi Innocẽtij de vſuris. c. in ciuitate. quã inſerit ⁊ poſtillat. ⁊ ex ea cõcludit cõcluſionẽ vnã ſub hac forma In caſu quo ꝑtinaciter teneretur/ꝙ ideo innocentiꝰ vſus eſt verbis cõſilij. qꝛ dubiũ ſibi erat an cõtractꝰ eſſet illicitus vel nõ. Etiam in tali dubio fidelis xp̄ianus de neceſſitate ſalutis tenet̃ a tali cõtractu abſtinere. nã in tali dubio cõtractũ ipm iniens/diſcrimi ſe ſupponit ⁊ ſic mortaliter peccat ¶ Deinde nitit̃ iniuſtificare cõtractũ ad vitã. dicens nõ ſufficere dubiũ ſeu ꝑiculũ quod imminet/ad iuſtificationẽ. ¶ Deinde obijcit ꝯtra ſe/in q̃rta cõcluſione/ꝙ Innocẽtius locutꝰ eſt de facultate redimendi. Et rñdet ꝙ verũ eſt. ſed magis improbaſſet ſi hoc intellexiſſet ¶ Multis autem omiſſis placet inſerere gloſam Innocẽtij. ⁊ admittere diuiſionẽ illius quadrimẽbrẽ. ad quã diſcutiendã poſtmodũ reuertemur. qꝛ niſi fallat animus/multũ ꝓ nobis eſt. ¶ Gloſa Innocentij. Pria ps ¶ Ex hac decretali (inq̃t Innocẽtius) ſatis innuit̃/ꝙ ſi aliq̇s pro certa pecunie quãtitate/emerꝫ aliquẽ redditũ grani vel vini vel aliũ conſil'em redditũ/ꝑpetuo ſibi ⁊ ſuis heredibus dandũ a venditore ⁊ ſuis heredibus/vel etiã ad certũ tp̄s vel ad tẽpus vite alicuiꝰ/ ꝙ licitus eſt huiuſmodi cõtractꝰ/ dũmodo redditus annuꝰ cõmuni eſtimatõe non excedat redditũ quẽ hr̃et vel habere poſſet/ ſi terrã de tanta pecunia emiſſet. Quidã tñ dicũt. ꝙ qñ in ꝑpetuũ emit ꝙ nunqꝫ ꝑt eẽ illicitus cõtractus. quantũcunqꝫ ſit magnus redditus reſpectu precij. quia licet in cõtractibꝫ/ſe decipere. ff. de mio. in cãe. ij. ꝑa. ſi. ¶ Secũda ps ¶ Alijs videt̃ ⁊ forte melius/ꝙ ſi quis emit redditũ cõſtitutum ante cõtractũ vel actiõem venditam ſiue cõſtitutꝰ fuerit ĩ re/puta in domo vel poſſeſſione vel alijs hmõi ſiue in perſona puta ſerui vel liberti vel ruſtici vel actõ vel nomen. Item ſiue ſit certus redditus. puta qꝛ reddit decẽ. ſiue incertꝰ puta qꝛ reddit quartã ꝑtẽ fructuũ qui ꝑcipiũtur de aliqua domo vel de ope alicuiꝰ ꝑſone Itẽ ſiue ſit ꝑpetuus cõtractꝰ puta qꝛ extendit̃ ad heredes vtriuſqꝫ contrahentiũ. ſiue ſit ad vitã hoĩs. ſiue ſit ad certũ tempꝰ. puta vſqꝫ ad quinqꝫ ãnos. Itẽ nõ refert ſi redditus ſit in pecunia/ſiue in alijs rebꝫ ſiue in facto. Semꝑ in oĩbꝫ p̃miſſis/ reputãt cõtractus licitos. qꝛ eſt ibi purus ⁊ licitꝰ cõtractus venditõis. Nã eſt ibi p̃ciũ. ſcilꝫ certa pecunie q̃ntitas Itẽ ibi eſt merx. ſcꝫ certꝰ redditus vel canon vel ãnona. C. de ſacroſanc. ecc. iubemꝰ in pñcipio in auct. de re. ecc. nõ alie Itẽ actio. c. de heredibus vel ac. vendi ꝑ totũ. ¶ Sed his videtur eſſe cõtrariũ quod dicit hec decretalis. qꝛ nõ eſt dubiũ ꝙ vſqꝫ ad illõ tp̄s ſcꝫ lõgum/ plus ꝑcipiet de redditu q̃ʒ ſit p̃cium. ⁊ in actione conſtat/ꝙ plus eſt in noĩe q̃ʒ ſit p̃cium. Solutio. licꝫ certũ ſit/ꝙ vſqꝫ ad. xl annos. vel. l. vel vlteriores/ plus accipiet de redditu q̃ʒ ſit preciũ qḋ dat. tñ hec certitudo nõ facit illicitũ ꝯtractũ venditõis. Cũ hoc etiã ſit in venditõe alicuiꝰ poſſeſſionis. vbi certũ eſt ſm inferiores cauſas ꝙ plus accipiet̃ de fructibꝫ eius/q̃ʒ ſit preciũ qḋ pro ea dat̃. etiã ſine expenſis vel labore. dando eã ad vitũ certum vel emphitheoſim. Hic eni tm̃ reprehẽdit̃/ qñ cariꝰ vendit mercẽ propter terminũ quẽ dat ꝓlixũ emptori/ad ſoluendũ pecuniã. vl̃ qꝛ pro minori emit mercẽ/quia ſtati dat pecuniã. et ꝓlixiꝰ tẽpus expectat mercẽ. q̃ penitꝰ ſunt illicita. qꝛ hic ſolũ vendit tempus ꝓ ipſa pecunia. que venit ⁊ iuſtũ preciũ excedit Quod ex eo apparet. qꝛ ſi vltra qꝫ ꝑata eſſet preciũ ⁊ merces/ꝓ minori fierent Et in caſu noſtro oĩa ſunt p̃ñtia. nec vendit̃ tp̄s. qꝛ res ipſe de q̇bꝫ dicimꝰ. ſcilꝫ redditꝰ vel actio/tantũ valebit vel ad minus credit̃ valere ſubſeq̄ntibꝫ tp̄ibꝫ. q̃ʒtuꝫ

modo valet. vel ad minꝰ eſt dubiū Et hoc
ſufficit ad hoc vt cōtractus ſit licitꝰ vt hic
¶ Tertia pars ¶ Idē intelligūt q̇dā. ⁊ ſi
redditus vel nomē/ de nouo ꝓpter hoc cō
ſtituant in rebꝫ vel ꝑſonis alijs a cōtrahē/
te. puta qꝛ dicit emptor. Tu cōſtitues ta/
les redditꝰ/ in poſſeſſiōe tali vel ſeruo. vel
facies ꝙ talis cōfitebit ſe debere tibi mil/
le vſqꝫ ad annū. ⁊ ego de illis mille/ vl' ma
gis ꝑ actōe ꝑ illis mille cōpetēte/ dabo ti
bi q̇nq̇ginta. Nā dicūt oēs cōtractꝰ iſtos
licitos. qꝛ nō eſt mutuū ſed emptio Item
mlti caſus pñt euēire ꝙ iſte emptor amit
teret in hoc cōtractu. puta ſi inops fieret
nomē ¶ Sꝫ certe bene cōſulendū eſt oī/
bus fidelibꝫ ꝙ ab hmōi cōtractu abſtine/
ant. ſcꝫ ꝙ de nouo ꝓpter hoc cōſtitutū red
ditū vel actionē emāt ¶ Quarta ꝑs ¶ Il
lud autē videt penitus illicitū. ꝙ ipſe idē
q̇ dꝛ emptor/ in ſe cōſtituat redditū vel ac
tionē. q̄ ſe obligat ad plꝰ dādū. vel in pecu
nia vel in ſpe/ quā accepit Hec Innocen̄

B **Tertiū fundamen**

tū ſumit ex multis exēplis ⁊ allegatōnibꝫ
in hāc vnā ſententiā cadētibꝫ. Nō dubiū
ꝙ is cōmittit in legē/ q̇ legis verba cōple/
ctens/ cōtra legis nitit voluntatē Vel ſic.
Cōtra legē facit/ q̇ id facit qd̄ lex ꝓhibet.
In fraudē vero leg̃ facit/ q̇ ſaluis verbis
legis/ ſententiā eiꝰ circūuenit. Sꝫ ſic eſt ī
cōtractu cenſualiſte: ꝙ in vtroqꝫ cōtractu
um/ eſt idē effectꝰ/ excepta nōis mutatōe/
Sicut deducit diffuſe. cōparādo condi/
tōes vniꝰ cōtractꝰ ad alteꝝ/ ꝑſertim vbi da
tur facultas redimēdi. ⁊ maxime vbi con
ſtituit de nouo redditꝰ vel annua penſio.
Addito ꝙ leges veteris ⁊ noui teſtamēti
ꝓhibētes mutuū ſub annua pēſiōe/ eēnt
maximo ludibrio/ ſi hoc foramen vſura/
rijs ſupeſſet/ ꝙ nomē mutui mutaret ī no
mē venditōis ⁊ emptiōis/ ꝑmanētibꝫ eiſ/
dem effectibus Et allegat multa capitula
iuris ⁊ ſctm̄ Tho. ⁊ Joh. in ſumma cōfeſ/
ſoꝝ Jungēs illā regulā. Cū q̇d vna via ꝓ
hibet alicui/ ad id alia admitti nō debet.
Addit verūtm̄ ex gloſa regule. ꝙ reſpectus
principalr̄ habeat ad ꝓhibitū nō adviāt
hec eſt rōnabilis modificatio. ¶ Querit
conſeq̄nter a cenſualiſta. q̄lis reſultat vti/
litas ſi ex mutuo mille ſoliō. nō poſſit pē
ſio vnius denarij recipi. ⁊ ex contractu cē
ſuali ſumeret plus q̄ꝫ centum.

**Quartū fundame/**

tum aſſumit ex ꝑte cōtractꝰ querēdo. q̄n̄o
dum res aliqua vendit minori ꝑcio cū fa/
cultate redimēdi q̄ꝫ ſi perpetuo venderet.
talis cōtractꝰ nō cenſuat pigneraticius ⁊
ꝑ conſeq̄ns in fraudē vſuraꝝ exceptꝰ/ ſic
allegat gloſam ordinariā Hoſtien̄. Joh.
Andree. ꝙ talis cōtractus cōditional' eſt
vſurarius. qd̄ ſane inq̇t videt intelligēdū
cū ꝓpter pactū/ res vendit minori ꝑcio.
Et pꝰ oppoſitōem ſibimet factā/ declarat
ꝙ minoritas ꝑcij ſe referat ad id qd̄ ipſa
res valeret caſu q̇ ꝑpetuo alienaret ſine fa
cultate luendi vel redimendi. ¶ Deinde
allegat opiniōes quorūdā iuriſtaꝝ cū ſu
is allegatōibꝫ. ⁊ exponēs doctrinalr̄ et be
ne/ q̇d ſit inter ius canonicū ⁊ ius ciuile.
⁊ q̇d ſit de rōe legis. Cōcludit ꝙ mag̃ cre
dēdū eſt peritis in arte iuris canonici. q̄ꝫ
peritis in arte iuris ciuilis. Sꝫ hec omit
timus. dicētes illud bucolicū Non noſtꝝ
inter nos tantas componere lites.

¶ **Quintum funda**

mentū aſſumit ex vno caſu legis. ff. de an
nua le. l. iij. ꝑa. vlti. De quo videt mirādū
ꝙ leges cōcedētes vſuras/ dixerint cōtra/
ctū hic cōmemoratū eſſe vſurariū q̇ vel eiꝰ
ſimilis/ ſepiſſime fit apd̄ eccl'iaſticos. Eſt
autē caſus. ꝙ ſi ꝑ legatū vel donationē q̇
eſt titulꝰ/ imponit de nouo certa ānua pē
ſio ſoluēda ticio/ q̇ aduſqꝫ ipſe donās vel
legans/ dictā penſionē luerit vel redeme/
rit vel ab ea ſe liberauerit ꝑ ſolutiōem vel
traditōem certe ſortis pricipalis. Conſe
quenter inducit ( ⁊ ſicut videt colorate) ꝙ
minꝰ videret hic eſſe vſura/ q̄ꝫ in caſu cen/
ſualiſte. ꝑſertim ſi det minꝰ preciū ꝓpter fa
cultatē redimēdi ſiue hoc ſit in vno īſtru/
mento ſiue in pluribus. Nec hoc impu/
gnare contendimus.

**Sextū fundamen/**

tum arguit. ꝙ ſi dilatio traditōis mercis.
facit preciū diminui/ cōtractꝰ eſt vſurariꝰ
De vſuris. c. nauigāti. a contrario ſenſu.
Sed in ꝓpoſito diminuit ꝑciuꝫ. nec tota
merx eſt pñs. ſcꝫ penſio cuiuſlibꝫ āni Ve
ritas eſt/ ꝙ inſtādo cōtra ſe ⁊ rn̄dendo/ fa
tet ꝙ ius petēdi penſionē annuā/ ſit merx
in ipō cōtractu. ſicut in venditiōe ꝑpetui
redditꝰ. Sꝫ ſꝑ recidit in illō/ ꝙ dat minꝰ

preciū propter faculꝉ atē redimendi ⁊ ag/
grauat ſi de nouo merꝫ ipſa.i. ipm ius ꝑ/
cipiendi cōſtituiꝉ de nouo in ipſo cōtra/
ctu: vbi cōtrahentes aſſignant et differūt
tempus prout volunt.

Poſtmodū iſt᷑s totalꝉr interi ꝓpoſi
tis ⁊ fundatis nitiꝉ reſponſuꝫ da
re validū ad affirmatiuā cenſuali
ſte ptē. ¶ Cui⁹ rñſio duplex ad pmū ſtat
in hoc ſolo.ꝙ et ſi dictus cōtractus ex for
ma vocali/ſit emptio ⁊ venditio.tamen q̄
ad rem et effectum eſt mutuū vel reduciꝉ
ad mutuū ¶ Reſpōdet ſilꝉr ad ſcōꝫ ¶ Ad
tertiū vero fundamentū ꝑ gloſam de reli/
gi.domi.in c.cōſtitut⁹ rñdet/ dicēdo tres
eſſe cōtractus. Unus eſt.cū dñs alicuius
rei/dñium illi⁹ cōcedit alicui abdicās a ſe
ipm dñium/ nihil ſibi pter certū cenſum
annuū retinēdo. Et de iſto (vt dicit) loqꝉ
hic gloſa allegata cū doctoribꝫ Alter con/
tract⁹ eſt emphiteoſis cōcordans cū pdi/
cto in mō conſtituēdi. Sꝫ in hoc differt
ꝙ in prio ꝯcedēs nullū ſibi retinet rei do
minū vel ius emphitheoticū. ſꝫ in ſcdo
retinet vtrūqꝫ Et vterqꝫ eſt licitus Terti⁹
cōtractus de quo nūc inqriꝉ hꝫ (vt dicit)
contrariū modū ad pcedentē in hoc ꝙ il/
le q̄ eſt dñs ab initio ipe eſt q̄ pēſionē cen
ſualē/ſupra ſe ⁊ ſupra rem ſuā conſtituit.
ꝓpterea nō ſequiꝉ ſi pcedētes cōtract⁹ ſint
liciti ꝙ iſte. ¶ Proinde rñdendo ad q̄rtū
fundamentū.nō negamus (inquit) q̄n ex
alijs modis ⁊ cōtractibꝫ/annue pſtatiōes
cenſuū poſſint iponi licite.vt in fundatō
ne eccꝉie.vt in cōceſſiōe quā q̄s facit de re
ſua.vt dum aliqua eccꝉia eximiꝉ a iuriſdi
ctōe epi.et alijs modis ſparſis in iure.ſic
allegat.ſed ſufficit nobis cōceſſio funda/
menti. ¶ Rurſus.ꝯceſſo antecedēte q̄nti
fundamñti ꝙ ꝑ titulū gratuitū ſcꝫ legati vꝉ
donatōis/pt annua pēſio de nouo cōſti/
tui.negaꝉ conſeq̄ntia.vel ſilꝉitudo ad ca/
ſum noſtꝝ.qm̄ in titulo gratuito.nulla ē
ſuſpitio de vſura.nec ad mutuū vel ad ef/
fectū mutui reducibilꝉ ſecus hic ¶ Rñſio
pterea ad ſextū fundamentū ſtat in h᷑: ꝙ i
mutuo q̄ntūcunqꝫ pbabile dubiū vel peri
culū/nō pt concludere excuſatōem vſure.
de q̄ in ca.nauigāti. Sec⁹ eſt in cōtractu
venditōis ⁊ emptōis de quo loqꝉ illō ca/
pitulū.Cū igiꝉ in caſu cenſualiſte de quo
queriꝉ/ſit mutuū vel ad mutuū reducibi/
le/nō eſt ſilꝉitudo.attēto ꝙ pciū vt in plu/
ribus eſt valde paruū reſpectu magnitu/
dinis penſiōis.⁊ ad tpˢ eſt pbabilꝉr ſatis
duraturꝝ. Poſſet addi ſed nō tāgiꝉ hic: ꝙ
ꝯtractus talis/dat occaſionē machinādi
in mortē alteri⁹ vel eā optādi.ſcꝫ illi⁹ q̄ re/
cipit penſionē ad vitā. Alteri⁹ in rñſiōe
ad ſeptimū dicit eſſe duos caſus poſitos
ab Hoſtieñ. Un⁹ eſt ꝙ licet emere poſſeſ/
ſiones ad vitā ipſi⁹ emptoris.ſed hoc itel
ligiꝉ vbi nō conſtituiꝉ fructus de nouo: ⁊
merx iam creata emiꝉ.nec daꝉ facultas re/
dimēdi ⁊ ita nō eſt ſimilꝉ caſus ad noſtrū
Alter caſus eſt cū q̄s tradit vꝉ vēdit oues
alicui monaſterio ſub pacto ꝙ pro q̄libet
oue recipiat duos ſolidos.cū fruct⁹ cuiuſ
libet ouis valeat q̄tuor vel q̄nqꝫ ſolidos.
Sꝫ poſt mortē tradēt̄/ oēs oues ad mo
naſteriū ꝑtinebūt.⁊ hoc eſt licitū ꝓpter in
certitudinē mortꝭ vel mꝉtiplicatōis ouiū
Sed ſec⁹ eſt in caſu cēſualiſte qꝛ eſt mutu
um vel ad mutuū reduciꝉ ¶ Poſtremo re
ſpondet ad vltimū ꝑ illō dictū de pbēdis
multa ꝑ patientiā tolerāꝉ/que ſi deducta
fuiſſent in iudiciū/exigēte iuſticia nō de/
berent tolerari.

Hec ſummati collecta eſt ſentētia
tractat⁹/ quantū viſum eſt ſuffice
re ad intentōem noſtrā q̄ verſaꝉ/nō ad im
pugnatōꝫ tractat⁹ principalꝉr aut morda
citer ſed ad elucidatōem veritatis/tā in ca
ſu ꝓpoſito q̄ȝ in alijs nōnullis in materia
cōtractuū.que ad conſciētiarū ſerenatio/
nem ⁊ iurium faciūt intellectum.

## ¶ Attentio prima

Attendaꝉ in primis ꝙ octo rōnes facte ꝑ
cenſualiſta/militāt pro caſu noſtro. Hec
reſpōſiones date/ꝯtrariāꝉ.ſed cōfirmāt
propoſitū.dū cōcedūt cēſuales redditus
rōnabiliꝉ emi poſſe vel inſtitui/ ſi nō ap/
pareat de corrupta intētōe.vel ex modici
tate precij.vel ex mala fama contrahenti/
um.vt qꝛ cōſueuerūt vſuras exercere.

## ¶ Attentio ſecunda

Attendaꝉ ꝙ pria rō ſua cōtra cenſualiſtā/
fundās ſe in hoc ꝙ vbi eſt eadē rō.dꝫ eē ea
dē iuris deciſio/ ſoluta eſt ꝑ q̄rtādecimaꝫ
propoſitōem ſcdē ꝑtis. Et poſſꝫ rñdēdo
ad formā / concedi maior in termis ſi ſit
eadem ſilꝉitudo penitus.ſed minor nega/
biꝉ.qm̄ in vſura apta ꝓhibitio legis diui
ne ⁊ humane eſt manifeſta.nō ſic in caſu

cenſualiſte.etiã vbi peccaret.quia hoc eẽt
occultũ.aliud manifeſtũ. ¶ Addito ꝙ p̃/
cepta nõ obligãt vt fiant ad intẽtionẽ p̃/
cipientis niſi ſub conditõne.hoc eſt ſi de
beat finis aſſequi.alioquin honorãs pa/
rentes propter naturalẽ pietatẽ nõ referẽ
do ad deũ peccaret Silr̃ ⁊ ieiunans ſi nõ
efficeret deuotior.⁊ ita breuiter de quoli/
bet preceptoꝝ. ¶ Facit pro hac rñſione te
xtus expreſſus extra de vſuris.c.in ciuita
te vbi ſic dicit Alexander tertius/ſcribẽs
ianueñ.epo. In ciuitate tua dicis ſepe cõ
tingere ꝙ quidam pip̲ ſeu cinamomũ ſeu
alias merces cõparant. q̃ tunc vltra.x.li/
bras non valent. ⁊ pmittũt ſe illis a qui/
bus illas merces accipiũt.xi. libras ſtatu
to termino ſoluturos Licet autẽ cõtract⁹
huiuſmodi ex tali forma nõ poſſit cenſe/
ri noĩe vſuraꝝ.nihilomin⁹ tamẽ vendito
res pctm̃ incurrũt. niſi dubiũ ſit: merces
illas plus min⁹ ve ſolutõis tp̃e valituras
Et ideo ciues tui ſaluti ſue bñ cõſulerent
ſi a tali cõtractu ceſſarẽt.cum cogitatiões
hominũ/omĩpotenti deo nequeãt occul/
tari. ¶ Poſſet autẽ hoc in loco fieri p̲qui
ſitio/cur contractus hic cõmemoratꝰ ex q̃
nõ eſt vſurarius ſit illicitus? Si dicatur
ꝙ propter preciũ maius et exceſſiuũ. hoc
habet locũ in foro conſciẽtie/ ſicut etiam
videt̃ notare decretalis.ſed nõ in exterio/
ri iudicio vbi res tantũ valet ſc̃m legiſtas
quantũ vendi poteſt.qđ intelligit̃ niſi ſit
defraudatio plus medio iuſti pcij. q2 tũc
cõtractus reſcindit̃.vt inciuilis / licet nõ
vſurarius. Si vero dicat̃ illicitus eſſe q2
ſit in fraudẽ vſurarũ. Rñdebit venditor.
nequaꝗ̃.ſed in fauorẽ conſeruatõnis vel
augmẽtatiõis proprie ſubſtantie.⁊ ſuſtẽ
tatõnis domeſticoꝝ oneꝝ. Ecce quomõ
malignãtibus ⁊ volentibus/ iniuſte age/
re/nõ ſufficiunt leges poſitiue cõtra vſu/
rarios late. quin potius ſunt incidẽtalit̃
aliqñ in damnũ reipublice. in laqueũ cõ
ſcientie.in offenſiões ⁊ ſcandalũ. Si au/
tem ſentẽtie iuris/excõicationũ vel inter/
dictoꝝ/ ligent abutẽtes talib⁹ cõtractib⁹/
dum fiũt in fauorẽ vſuraꝝ.licet non in ſe
ſint vſurarij videãt domini iuriſte an pe
ne ſint vſqꝫ ad hoc ampliande. dum non
conſtat de intentione.

## ¶ Tertia attentio

Attendat̃ ſup̲ ſecundo fundamẽto cõtra
cenſualiſtã. vbi aſſumit gloſam magnam
Innocentij de vſuris.c.in ciuitate.ꝙ pri
ma pars/eſt euidẽter quo ad oẽs ſui clau
ſulas/pro cenſualiſta:⁊ pro dictis pri⁹ in
diuerſis conſideratõib⁹. Silr̃ ⁊ ſcđa ⁊ ter/
tia partes vſqꝫ ibi. Sed certe bene cõſu/
lendũ eſt. Attẽto ꝙ vbi dicit in ſecunda
parte. Alijs videt̃ ⁊ forte melius: non ne/
gat priores bene dixiſſe ſed ponit ſub du
bio ſi ſequẽtes meli⁹ dixerint q̃ loquũtur
amplius pro parte cenſualiſte. Et mod⁹
loquendi cõis/notat eũ ſentire ꝙ meli⁹ li/
cet alij bene. ¶ Deinde cũ dicit. Sed cer
te bene conſulendũ eſt. Patet ex modo lo
quẽdi ꝙ conformat ſe verbis decretalis.
In ciuitate / ꝙ nõ loquitur niſi ꝓpter du
biũ intentõis contrahentiũ. Et ex illo ꝙ
affirmat ſtatim in q̃rta p̃te dicens. Illud
autẽ penitus videt̃ illicitũ/ꝙ idem q̃ dici
tur emptor/in ſe conſtituat redditum. ⁊c
vbi notet lector/de correctõne quã tracta
tus facit.dicens p̲ viciũ ſcriptoris factũ
eſſe/vt dicatur/emptor pro vẽditor.quia
non poſſet(inquit)bene exemplificari ꝙ
emptor cõſtituat redditum in ſe. Sꝫ hic
cognoſcit̃ inaduertentia magna. qm̃ em/
ptor ⁊ venditor ſe habẽt correlatiuẽ.⁊ po
teſt ille q̃ emit/cõſtituere ſe venditorẽ per
redditũ vel actõnẽ qua ſe obligat ad plus
dandum/vel in pecunia vel in ſpe/ꝗ̃ accẽ
perit. Et hoc obſecro tu lector vigilanter
attende.⁊ cognoſces ꝙ affectio nimia im
pugnandi cenſualiſtas/fecit aliter ſonare
verba Innocẽtij ꝗ̃ ſua fuerit intentio.ſi/
cut de ſonitu cãpanarũ vulgarit̃ exp̲imur
¶ Proinde ſup̲ reliqs conclu̇ cõtra cen
ſualiſtas ad vitã.et de regula iſta. Qui du
bio ſtãte agit aliquid / mortaliter peccat
ant vos in eterna tabernacula
Cauſam vero materialē tāgit eſſe māmo/
nā iniquitatꝫ nō quin illa ſit potior q̄ de
materia venit eq̄tatis q̄lis eſt caritas gra/
tuita/ q̄lem vos honorādi patres ⁊ dn̄i/ cō
cedere placuit pridē mihi vilico inutili q̄
fodere nō valeo. ſed certe mendicare non
erubeſco cuꝫ illo qui dicit: ego autē mēdi
cus ſuum ⁊ paup. Eſt itaq̄ꝫ mihi ꝓcopia
ꝓ diuitiꝭs ⁊ opibus/ ſpūalis mendicitas
prout dudū ſororibꝰ ſcribens late ſatꝫ ex/
poſui Et quoniā poſuit in mendicitatis
mee ſacculo. Jmmo ſacco ꝑmaximo ⁊ in
ani/ largitionē liberalē ⁊ grandē de parti/
cipatōne bonoꝝ ſpūaliū precioſi p̄diui/
tiſq̄ꝫ ordinis veſtri/ beneuolentiſſima ca
ritas veſtra. venit in cor meū fiducia petē
di qualēcunq̄ꝫ acceleratōnem me viuente
ſuffragioꝝ illoꝝ/ que poſt obitū ſunt ob/
lata Mouet me ꝯſideratō p̄cipua q̄tinꝰ
impetrēt ſpiritales amici/ viuere et mori
me in gratia dei. Non q̄n oretur deus/ vt
tranſeat a me calix purgatorie penalitatꝫ.
ſi poſſibile eſt ſcḋm ordinē diuine volūtatꝫ
ſed q̄ꝛ plane mihi gratia dei ſi comitet꞉ vi/
tam ⁊ obitū meū q̄ deficiente/ nulla eſſꝫ vl
terius redēptio. ¶Mouet altera cōſide/
ratio/ quia videt꞉ facilior ꝑ patribꝰ ⁊ dn̄is
paulatiua quaſi ꝑ tempꝰ ⁊ tpa diſtributō
ſuffragioꝝ/ q̄ꝫ ſtatim poſt obitū cōtinua/
ta ſolutio ¶Deniq̄ꝫ iuſtoꝝ aſſidua dep/
catō ꝓderit ſpero mihi ad meritū ꝓpriū
cumulandū in via/ qual꞉ eſſe non poterit
extra viam/ que meriti nullius ſtatū habꝫ
¶Rogo igit꞉ patres ⁊ in xp̄o frēs cariſſi/
mi/ vt caritas veſtra me magis ac magis
abundet/ vt in eterna tabernacula/ vobi/
ſcum recipiar fiat fiat. Scriptū lug.
¶Ueſter alūnus in xp̄o Johā. de gerſon
theologie ꝓfeſſor indignus ⁊ pariſieū cā/
cellarius. Finit.

## ¶De anniuerſario

quod ſibi fieri ꝓcurauit in ecc̄lia ſcti pau
li lugduni gallie vbi ⁊ ſepultꝰ iacet. regū

eſt quod ſequitur in libello quodā manu
ſua ꝓpria conſcripto ſicut ꝛ precedentes
due epiſtole.

In Nomine patris ꝛ filij ꝛ ſpūſſcti
primitꝰ iuocato. Notū ſit oībꝰ
quoꝝ intereſſe poterit. ꝙ anno
dn̄i. m. cccc. xxviij. die. xxi. octo/
bris. Nos. p. camerariꝰ ꝛ capitulū eccleſie
ſancti glo͛ſiſſimi pauli lugd̄. cōceſſimus
ꝛ concedimꝰ p p̄ntes ex certis ꝛ legitimis
cauſis. venerabili magiſtro ꝛ dn̄o Johā.
de gerſon ſacre theologie ꝓfeſſori ꝛ cancel
lario pariſieñ ꝛ ſacerdoti remēſis dioceſ.
anniuerſariū panis ꝛ vini perpetuū mo/
re ſolito p nos annuati ī dicta eccl'ia faci/
endū ꝛ celebrandū die. xiiij. decēbris ī cra
ſtina videlicꝫ ſancte lucie q̄ die feſtū eſt ce
lebre ſancti nicaſij remēſis archiepiſcopi
ꝛ in tali natus eſt mūdo ꝛ renatꝰ chriſto p̄
dictus Johānes vt dic̄ anno dn̄i. m. cccc
lxv. Cōceſſimus p̄terea eidē Johi libera
liter locū ſepulture in noſtris locis ad h̄
deputatis nec iā occupatis eligēdi p ſe fa
cultatē In cuiꝰ rei teſtioniū ſigillū noſtrū
duximꝰ p̄ntibꝫ apponēdū. anno ꝛ die q̄bꝰ
ſupra. Benedictꝰ deus fiat fiat. Finit.

## Incipit teſtamen/tū q̄tidianū pegrini eiuſdē cācell. pariſieñ.

Diſpone domui tue qꝛ morierꝭ
tu ꝛ nō viues Iſa. xxxviij. Si
cut homo pegre ꝓfecturꝰ in lō/
ginquā regionē. ſolet cōdere te
ſtamentū ꝛ copiā ſecuꝫ ferre ſic agere nos
ꝯuenit/ q̄ nō habemꝰ hic ciuitatē manētē
ſed futurā inq̄rimꝰ Sit igit̄ ſub orōis ty
po quotidianū pegrini teſtamētū

Teſtamentum pegrini.

Pater. Ecce poſitꝰ ſum hic ꝛ nūc ve
lut in articulo mortis. qm̄ media
vita in morte ſumus Cōpario corā curia
mīe tue. cui me ſubmitto iugit̄/ ꝛ adeo cū
fiducia thronū grē tue/ vt miaꝫ ꝯſequar ꝛ
grām iueniā in auxilio oportuno dū tem
pus eſt miſerēdi ꝛ hora ꝯparādi ¶ Da cō
tinue mētē ſanā: da penitētiā verā da ſal
tem in affectu cōiōnē ſacram. da ſilr̄ extrē vn
ctionē ſctām. da remiſſionē plenā. da ſan
ctoꝝ ꝯ ꝑtātes ꝯrias ꝯſolatōꝫ. da in exitu
vitā eternā ¶ Et qm̄ nudus egreſſus ſuꝫ
de vtero matris mee ꝛ nudꝰ reuertā illuc.
Tpalia tpalibꝫ relinquo put ſpecificaue/
ro Et reuertat̄ puluis in terrā ſuā vn̄ erat
precor ad eccl'iaſticā ſepulturā Et ſpūs re
deat ad deū q̄ dedit illum. Domine Jeſu
ſuſcipe ſpiritū meū.

## Sequūtur modo

conſideratōes ſummarie p q̄tuor ꝑtes. ſu
p quotidiano pegrini teſtamento.

Pria ps principal. ¶ Conſideratio. i.

Teſtari ſuadet illud ad ezechiā. di
ſpono domui tue. qꝛ morieris tu
ꝛ nō viues. Illō p̄terea qō ait Ja
cob. Juſtū eſt ꝛc̄. Ut aliqn̄ diſponam do/
mui mee. Deniqꝫ ne p̄occupatꝰ hō Mori
atur inteſtatꝰ/ ꝛ vt vigilās inueniat̄. Nec
ꝓcraſtinet Quia q̄ nō eſt hodie cras minꝰ
aptus erit. Et q̄ policet̄ veniā penitēti nō
dat ſecuritatē cras viuēdi. ¶ Scd̄a teſtā
do curare ſolent hoīes de bonoꝝ exterio/
rū relictōne. De ſui corpis ſepelitiōe. De
ſue aīe cōmendatōe ¶ Tertia. tpalia vero
linquūt̄. Vel ad certos vſus ſigillatī deſi
gnando vel ad aliq̄s vſus ſummatiꝫ ſine
ſpecificādo. vel ad ea p derelictis ſaltē in
aī ꝑpatōe reputādo ¶ Quarta. ſepultu
ra āt qn̄qꝫ p̄cōſtituit̄. Preeligit̄ deo ꝛ ho/
minibꝫ relinq̄t̄ ¶ Quinta teſtari volenti/
bus obſtant. Spes ꝛ amor diu viuendi
ſicut ī diuite cui dictū eſt. Stulte hac no
cte aīam tuā repetēt a te Horror mortem
cogitādi. Juxta illō O mors q̄ꝫ amara ē
memoria tua. ꝛc̄ Zelus ſe ꝛ ſuos vel ſe vin
dicādi. Nec ablata reſtituēdi. Nec libidi/
nes ſuas deſerendi ¶ Sexta teſtādo pro
diſpoſitōe domꝰ conſcie. pꝰ domū corpis
ꝛ ſubſtātie corpalis pdeſt freq̄ns mortꝭ ī
ſtātis recogitatio. Prodeſt humil'a iuſti
cia ad miſericordiā appellatio ꝛ orō Pro
deſt diligēs coꝝ q̄ in morte fieri ſolēt p̄di
ſpoſitō ſeu p̄uiſio Pro q̄bꝫ attēdant̄ ſedu
la meditatōe. q̄ ſequūt̄ ¶ Septīa dat ita/
qꝫ viuax memoria mortis/ cōtemptū mū
di. vn̄ facile ꝯtēnit oīa/ q̄ ſe ſp cogitat mo
rituꝝ. Dat euitatiōꝫ pctī vn̄ ſapiēs. Me
morare nouiſſiā tua/ ꝛ in eternū nō pecca
bis. Dat ſciam ꝛ ſecuritatē bn̄ moriendi.
Nemo enī ſm̄ vegetiū id timet facere. ꝙ ſe
nouit bn̄ didiciſſe. Hinc Amb. nec mori
timeo/ cū bonū dn̄m habeamꝰ. Et aliꝰ. ſi
aliqn̄ moriendū eſt/ cur non mō: Rurſus
memoria mortꝭ ponit hoīeꝫ velut ad ho/
ſtiū tabernaculi/ exēplo abrae. Et filioꝝ
iſrl' in caſtris Et ſicut ad os ſpelūce/ vt vi
deat̄ dn̄s/ exēplo helie Et velut ī orizonte

mundi futuri/ad introitū ſuū/ꝛ ad exitū
carceris mūdi/ vt videat homo quo ten/
dere iugiter debeat. Hinc bñ iuſſuz eſt. vi
xeris hic ꝛ nūc velut hic ꝛ nūc moriturus

Secūda ps principalis

C Lamamus in ſpū ſctō/ alba pat.
Ex diuina inſtitutōe ꝛ dignatiōe
Ex creatione et recreatione et gu/
bernatōe. Ex amore ꝛ reuerētia ꝛ ꝑ neceſ/
ſaria ſubuentiōe. ¶ Scimus aūt pat mi.
Pater ex q̄dam appropriatōe exinamiſſi
bili. (Niſi ꝑ hoiem ſtet) poſſeſſiōe. Ut pte
rea ſtudeat homo deuz tanq̄ filiꝰ imitari
ne degener ſit/diligere ne ingratꝰ/ reuere/
ri ne ſuperbꝰ ſit. ¶ Ecce veniet hora dicit
xps. ꝛ nūc eſt quādo mortui audiēt vocē
filij dei/ ꝛ hoc fit i morte cuiuſlibet altero
triū modoꝝ/ ſm̄ triplex dei foꝝ vel iudici
um. Unū horrendū/ vbi ſedet iuſticia dā/
nans. Alterū duꝝ/ vbi ſedet iuſticia pur/
gās. Tertiū pium/ vbi ſedet miſericordia
indulgens. Conſiderabat dauid hoc tri/
plex iudiciū/ dū orabat. Domine ne in fu
rore tuo arguas me in primo/ neq̄ in ira
tua corripias/ in ſcdo. Miſerere mei dñe
quoniā infirmꝰ ſum/ in tertio. Conformi
ter ad hoc triplex iudiciuz/ audiet triplex
vox filij dei in morte. Una ad dānatōem
Diſcedite a me maledicti i ignē eternū q̄
preparatus eſt dyabolo ꝛ angelis eius. Alte
ri ad purgatiōez. Mittite eū in carcerē do
nec reddat vniuerſum debitū vſq̄ ad no/
uiſſimū quadrantē. Tertia ad ſaluatōem
Uenite benedicti patris mei percipite re
gnū qd̄ vobis paratū eſt ab origine mun
di. ¶ Ecce. Notat certitudinē ꝛ oſtenſiuā
pn̄tialitatē. Grandē in bono vel in malo
nouitatē. Aut ammiratōem ſtuporē ꝛ ter
ribilitatē. Et ſm̄ hoc bñ dicitꝰ. Ecce mors
Quia nihil eſt morte certiꝰ. Nihil pn̄tiali
us/ quo ad ineuitabilitatē ꝛ neceſſitatem
rei. Quia nihil in bono vel in malo plus
nouū aut ſubitaneū propter inchoatiōez
ſtatus immutabilis et eterni. Quia nihil
ammirabilius ꝛ terribiliꝰ propter incerti
tudinē finalis iudicij/ qm̄ vltimū terribi/
liū mors/ ꝑſertim eterna. ¶ Poſitꝰ eſt hō
in articulo mortis. Per ꝯſideratōem itel
lectualē. Per quendā ſenſum affectualem
Per pn̄tiā effectualē. Unde ꝛ ſi aliq̄ ſit di
latō pro nihilo ꝛ ꝑ puncto reputat. In re
ſpectu eternitatꝭ. In reſpectu ineuitabilita
bilitatꝭ. In reſpectu q̄tidiane defectibi/
litatis. Preſerti in ſenibꝰ. Qñ aduesꝑaſcit
ꝛ inclinata eſt iā dies huiꝰ tēpalis etatis.
aut qñ iā ſenij nox eſt in altera vigilia no
ctis ſero aut media nocte gallicantu/ aut
mane. Quando de primo/ dz ſol eternita
tis iuſtis oriri purgādis obnubilari. dā
nādis penitus eclipſari vbi cadet homo
a ſe ꝑ deſperatōem et ſub ſe ꝑ damnatiōez
ꝛ per abiſſialem abſorptōnem.

¶ Tertia pars principalis

P Reuenies igit faciē dñi/ego pau/
perculus ꝛ pctōr/ adeo cū fiducia
ad thronū grē dei vt miam ꝯſeq̄r
ꝛ grām inueniā/ in tempe oportuno. Dū
adhuc tēpus eſt miſerendi/ ꝛ tempꝰ acce/
ptabile. et annꝰ benignitatis. Dū inſup
adhuc hodie cognoiatur ꝛ dies eſt ſalutis
Dum rurſus eſt hora cōparendi in curia
miſericordie/ que ſuperexaltat iudiciū ſeue
ritatis. Ad quā ſic ad ſupiorē ꝓuoco ꝛ ap
pello cōfugio ꝛ cōpareo. Dū nōdum acce
pia te deus/ tempus iuſticias iudicādi. ſ3
hora eſt ſm̄ ezechielem ingemiſcēdi ſalu/
briter/ ſm̄ Jeremiā reuertendi ſuſceptibi
liter/ ſm̄ xp̄m in arbitros cōpromittendi
penitētialiter. ¶ Adeo inq̄ȝ cum fiducia.
Quia xps dixit/ eū qui venit ad me nō eij
ciā foras. Quia noſtra ſoror ꝛ aduocata/
mater eſt gratie/ et regina miſericordie/ q̄
defendit iura huiꝰ iuriſdictōis ꝛ curie. qꝛ
rurſus Hierl'm tota celeſtis/ q̄ eſt mat no
ſtra aſſiſtit nūc ꝛ itercedit ꝑ confugiētibꝰ
ad hanc curiā mie. Adeo rurſus hic ꝛ nūc
cū fiducia ad thronū grē. Qm̄ offero me
volūtariū ſtare iudicio ſuo/ ꝛ pere iudica/
to. Offero me ſubijci velle legibꝰ huiꝰ cu/
rie/ q̄ ſunt dimitte et dimittet vobis/ put
ꝯtinet in euāgelio ſcriptū. Offero me nol
le diſcedere contumacit ab hac curia ſm̄
voluntatē ſupioris rōis ꝛ vltro. q̄cq̄d in/
ferior ſenſualitas remurmurz. quā ſuppli
co violent etiā compelli ꝛ ligari atq̄ fla/
gellari ne diſcedat. ¶ Quarta ps princip.

P Oſtremo ſupplicatōnez formo ſe
ptuplicē ad te deū patrē noſtrum
Pria. Da pater mi cōtinue mentē
ſanā. Ne ſeducat fantaſijs iſanis ꝛ illuſio
nibꝰ. Ne abſorbeat curis aut cōcupiſcen/
cijs corpalibꝰ. Ne obſideat demoniacis op
preſſionibꝰ. ¶ Scōa. Da penitentiā ve/
rā. In cōtritōe ꝑ deteſtatiōez pcti ꝛ amorē
iuſticie. In cōfeſſione ꝑ apitōez pctōꝝ/ et
cuiuſlibet neceſſarie circunſtantie. In ſa/

tiſfactōne ꝑ exercitiū abſtinentie orōnis ꝛ elemoſine. ¶ Tertia. Da cōmunionē ſacram realiter ſacramentaliter. aut ſaltē ſpiritualr̄ ꝛ effectiue. ¶ Quarta. Da vnctōꝫ extremā In actuali ſacramēto In effectuali voto. Aut ſaltē ī effectuali dono ¶ Quinta. Da remiſſionē plenā Et tua immenſa liberalitate. Et clauiū eccl'iaſticaꝝ ptāte. Et ſancte matres eccl'ie vnitate ꝛ caritate ¶ Sexta. Da ſanctoꝝ cōtra ptātes ꝯtrarias conſolatōem ¶ Dum acrius inſidiabunt̄ nequiſſimi calcaneo meo. Dum tota malignitate accuſabunt in mortis porta vel oſtio Dum occurret forte vehemēs aut noua peccatorū recordatio ꝛ infeſtatio. Tunc aſſis virgo benedicta / in auxilio oportuno / ꝛ vltima neceſſitate iuuās. Vel interceſſiue ꝛ impetratiue. Vel commiſſiue ꝛ impatiue. Vel etiam vt potes ꝑ ſentialiter ꝛ cooꝑatiue / iuxta ꝙ orat eccleſia Maria mater gratie / mater miſericordie / tu nos ab hoſte protege ꝛ ī hora mortis ſuſcipe. Aſſis ꝛ tu angele meus adiutor precipuus. Aſſint et ceteri ſancti / q̄s ſepius ꝛ familiarius / viuens ꝛ ſanus inuocaui et inuoco. Ne queſo d̄ſerant pauꝑ veſter / ſi forte v̄tus ſua defecerit. ſi mens conturbata nihil cogitauerit / ſi corpꝰ velut mortuū languerit. Sed cōfortate virtutem / illuminate mētem / ſeruate ſenſualitatem. ¶ Septima. Da in exitu vitam eternam q̄ patria eſt / ad quā ſuſpiro Quā deſidero et deſiderare concupiſco Quam velut in caligine quadam aſpicio / ꝛ a longe ſaluto. Quam in lumine ratōnis ꝛ fides cōtemplor: quaſi celis apertis vidēs illic filium hominis et inde frater meꝰ eſt. et preſidiū / amor ꝛ deſiderium / ſuſceptor virtus ꝛ premium. Deniq̄ȝ redeat ſpiritꝰ ad deum qui dedit illum. Tanq̄ȝ ad domum eternitatis claritatis ꝛ felicitatꝫ Domine Jeſu ſuſcipe ſpiritum meū. qui vtiq̄ȝ tuus eſt / iure redemptōnis: adoptiōis gratuite deſponſatōnis. Ac perinde dat ſpem firmā / bonitas adoptantis. veritas promittentis. Poteſtas coronantis Ipſi gloria in ſecula. Amen. Finit.

## Teſtamentuꝫ peregrini metricum.

Gratia cui nomen confert inſigne iohānes
Aduena cognomen gerſon habere dedit.
Scire velit ſi poſteritas quo tempore natꝰ
Quoq̄ȝ renatus ſit / calculus iſte docet
Mille quater centū vigintiquatuor annos
Quatuor adiciens dinumera domini
Sicq̄ȝ decembris lux menſis biſſeptima. ſextus
Et ſexagenis inchoat annus ei.
Solus porro deus obitus ſcit tempus ꝛ horam
Propterea ſecum ruminat iſta freques
Tu diſpone tui domui moreris neq̄ȝ viues
Plenē teſtari et et vigilans morere
Viteris hic ꝛ nunc / velut hic ꝛ nunc moriturus
Orans dic redeat ſpiritus ad dominum
Ecce nouū grande ſtupidum videt exul et horret
Mortis ad aſpectum cor tremit / ecce venit.
Ecce pater mi nunc et hic articulus meus inſtat
Quo morior / pater et vt pater eſto pius
Eſto pius ſatis eſt dederis te / diues abundo.
Te ſine deficio pauperior nihilo.
Tempus adhuc venie / ſedes adeo pietatis /
Terret iuſticia / ſubueniat pietas.
Mens vigeat. cor peniteat / ſacra hoſtia paſcat
Crux olei liniat. plenaq̄ȝ ſit venia.
Sancti quos colui viuens / morior: meus ad vos

Spiritus aſpirat/ferte iuuamen ei.
Que mortalia ſunt mortalibꝫ vltro relinquo.
Corpus humum redeat/ſpiritus ad dominũ.
Spiritus iſte Jeſu meus a te ſuſcipiatur.
Spes mea/tu Jeſus es/gratia/non opera Finit

Aliud carmen ſuper eodem

Janua morte patet celeſtis/⁊ inde cupiui
Jugiter/ ad mortem poſſe venire piam.
Sors mortis prout ⁊ vite depẽdet ab illo
Cuius ſunt manibus om̃ia depoſita.
Diuite manſeolo datur his pulcroqꝫ recondi.
Abſqꝫ ſepultura depereunt alij
Plebeo recipit alios defoſſa parumper
Tellus inſutos paupere lintheolo
Sunt ⁊ qui dicunt facilis iactura ſepulcri.
Sunt quibus ⁊ pompa nulla placet tumuli
Veſtibus indutos ſacris deuotio quoſdam
Spectandos offert religioſa prius.
Preſbiteros ſanctus loculo deferre parato
Mos habet infodiens ſigna ſacerdotij.
Complacet iſte modus electio cara ſepulcri
Libera ſi data ſit ambitioneqꝫ procul.
Arbitror exẽplum pietatis obinde daturum
Vita fidelis erat/chriſticolus morior.
Erubuit nunqꝫ chriſtum mea vita fateri
Quanqꝫ peccator morte fatebor eum.
Jſte mihi titulus/hec ſpes mihi ſola ſalutis
Non cõfundat me ſpes mea chriſte Jeſu.
Baptiſmus genuit chriſto/nec erant meritorum
Veſtimenta mihi Gratia pulcra dedit.
Gaudens gaudebo qm̃ deus induit iſtam
Deſponſans animã clara monilia dans.
Taliter ornatam cupio tibi reddere ſponſam
Xp̄e benigne tuo ſemine progenitam.
Neu queras operum veſtes/confuſio vultus
Jlla mei /ſordent ſanguine cum ſanie.
Qualis et ex vtero genitricis ſpiritualis
Prodijt hanc recipe dum redit abba pater.
Nanqꝫ redit primo ſignata caractere ſacro
Regaliqꝫ ſuperuncta ſacerdotio.
Tradita ſigna fero fidei/ vexillaqꝫ belli
Mundi cum carne demonijsqꝫ feris.
Libera chriſticolũ reſonat vox/armaqꝫ toto
Spectanti mundo defero chriſte tua.
Te duce blaſphemos hereſum falſoſqꝫ ſuaſus
Credendo vici/pace fruens fidei.
Confiteor donum fructumqꝫ tuũ manifeſte
Gratis nõ meritis retribuiſſe meis.
Paule fidem/neu quis inſane magnificet ſe
Scripſiſti donum ſolius eſſe dei.
Neſcio ſi quod ſit inter miracula maius
Scandala per tanta pace frui fidei.
Jure beatus erit in me non ſcandala paſſus
Xp̄s ait/ſignum qui fuit obloquijs.

Ecce fremunt/ rident ſubſannāt/moꝛtibus vrgēt/
Demon philoſophi vis inimica potens
Talibus impulſum ꝑſtare fide requieta
Non hominis/ſed dic hoc opus eſſe dei.
Bella tot experti totienſqꝫ pericula paſſi
Felices quando nō abiere retro.
Gratus eris domino fidei petra ſtabilitus/
Petri vox tua ſit non alium petimus.
Coram patre ſuo chriſto vocitante/fideli
Seruo dicetur:tu meus euge veni.
Gaudia delitias euo benedicte perenni
Sedibus ethereis regna parata cape.
Concipe qui legeris tumuli cauſam faciendi
Edibus ⁊ ſacris cur monumenta paro.
Baſſa patet platea/baptiſmi proxima fonti
Riuus ibi/recolens funde preces domino.
Uiuere ſis monitus velut hic ⁊ nunc obiturus
Orans dic redeat ſpiritus ad dominū.
Perpetuo coniunge ieſu tibi federe mentem/
Celitus ad cenam dic benedicta veni.
Janua cui celi crudelibus ignibus vſto
Laurenti patuit hoſpes adeſto mens.
Jungat ſe ſocium ſtephanus /qui vidit apertos
Celos patronꝰ ſit mihi ꝑcipuus Et paulus ra
Angelicꝰ cuſtos comitet/vtqꝫ iohēs ptꝰ ad ethera
Uirgo Joſeph/tota celica turba faue.

Diem natiuitatis ⁊ baptiſmi canit

Pars anime gerarde mee doctiſſime ſalue
Finis ⁊ initij do monimenta mei
Fauſta dies rutilat tibi conſecrata nicaſi
Et tibi virgo ſoror martyr et eutropia.
Luce ſub hac mundo natū me/denuo natum
Fons ſacer ex vtero protulit eccleſie.
Annus erat domini milleſimꝰ adde trecentos
Sexaginta tres/tunc data vita triplex.
Jre vita prior fuit/iram gratia dempſit
Uiuificans animam conſocianſqꝫ deo
Tertia vita licet eſt in ſpe/vita perennis.
Eterne vite gratia principium eſt:
Uita peregrinus/vſu ratōnis ob orto
Quarta ſubeſt operū/que vehit ad patriam.
Hec operum vita non ꝑmanet abſqꝫ ſecunda/
Gratia viuificat nutrit et auget opus.
Quatuor hinc vitas totidem dicas et amores/
Uita quadruplex eſt/ergo quadruplus amor.
Omnes ille meos qui viuificauit amores
Uendicat/ille habeat/continuetqꝫ precor.
Gratus ego primos ſemper complectar amores
Qui ſi defuerint quid niſi mors ſupereſt:

Epiſtola conſolatoria Johannis Gerſon Cancellarij pariſieñ. ad Johannem Germanum ſuum monachum Jn cenobio ſancti Remigij remenſis ſup morte alterius germani ſui nicolai ordinis celeſtinoꝝ et ſoroꝝ ſuaꝝ Epigramma.

# Conſolatoria ſuper morte fratris

Monice. quem mihi dat frēz natura ſcqndū:
Noſtri ſint generis que monumēta vides
Arnulpho charlier cui nupſit belizabz oli
Berſon origo fuit/ aduena voce ſonans.
Dotauit deus hos bis ſena prole/ puelle
Septene numero/ quinqꝫ fuere mares.
Primus theologus/ monachi tres/ mortuꝰ alter
Infans/ et nupſit filia ſola viro.
Frater petre rapit te mors/ et te ſoror agnes
Infantes/ viuit purus vterqꝫ deo.
Egra iabina ſoror viuens mala ſuſtinuiſti
Jugiter hinc moriens reddita dona capis.
Cara ſoror raulina vale/ que commeruiſti
Conſors eſſe Jeſu/ cuius eras famula.
Hoſpita pauperibus et myſtica martha fuiſti.
Te vocat inde Jeſus/ tu benedicta veni.
Tempora compleſti cōſummatus cito multa
Frater cordis amor tu nicolae mei.
Celos credo equidem tu celeſtinus adiſti.
Celica ſemper amans dum peregrinus eras.
Sors lugenda manet nobis/ quos vita ſuperſtes
Septem ſeruat adhuc/ torquet et exilio.
Monice/ cur quereris frēm tibi morte periſſe
An tua ſit prudens iſta querūla vide.
Spūs aſtra petit linquēs miſerabile corpꝰ
Carcere ſeu tetro carne ſolutus abit.
Cuius erat regimen grandis labor/ aſper/ amarus:
Blandicijs fallens excrucians ſtimulis
Aſſiduus conflictus ineſt/ victoria rara.
Audi ꝙ linguam nemo domare poteſt.
Quid faciant aures/ oculi: quid membra pudoris
Quid ve manus/ gula/ cor/ vis quid adora petit:
Bruta ſub imperiū videas deſcendere freni.
Nauta gubernacli dirigit arte rates/
Et rigida ceruice caro ſua frena remordens/
Se rapit/ ꝛ dominū deijcit excutiens.
Opprime mille modis ſurget tamē vſqꝫ rebellis/
Nemoqꝫ perfecte ſuppeditabit eam.
Intro ſemp ineſt membrorū dira tyrannus
Fomentū ſceleris/ omnis origo mali.
Allicit illecebris/ acres exaggerat iras/
Miſcet triſticias/ gaudia ſpemqꝫ metum.
Plurima lis/ pax nulla diu/ ſecuraqꝫ nunqꝫ.
J. nunc ꝛ tale plangito mancipium.
Mancipium quod obeſt anime/ qđ ſarcina dura
Quam crebro ſtimulis exagitare ſtudet.
Congaude potius pregrandi faſce leuato:
Fratris ſpiritui monice ſi ſapias
Dices quis nouit ſi ſpiritus alta petiuit:
Vel baratri/ procul hoc/ corruit in puteum:
Aut medio poſitum ſi purgatorius ignis
Exurat/ ſcoriam purificans ſcelerum:
Certum te faciat vite reſpectus honeſte/

Inde ſalutis ſpem concipe/te recreans:
Collige vel firmum ſolamen in hac ratione
Lucenti ſpeculo qnam docet alma fides:
Omnis in hac vita peregrinans tendit ad illam
Celeſtis patrie perpetuam requiem/
Scis quam gaudendũ quanto plauſu iubilãduꝫ
Tali dum requie perfruitur morieris.
Si purgandus adhuc retinetur letificeris/
Premia celorum ꝙ ſibi certa manent
Nil vltra peccare poteſt/nullo diſcrimine vitam
Perdere celeſtem/fine ſuo ſtabilis/
Iudicio domini iuſto ſi forte/quod abſit
Perditus eſt/cur fles fletus / ianiter eſt.
Cor tenerum forſan/pietas/natura ve pungit
Rumpi conſuete fedus amicicie
Bos ⁊ iumentum iuga ſe ſocialia plangunt
Perdere/nonne magis eſt ſocialis homo.
Te minus hinc miror raulinam flere ſororem
Aſſiduis que te fouit in obſequijs
Eijce triſticiam ſeculi cauſat quia mortem
Pro ſolo ſapiens crimine rite gemit.
Aſpera ſit ſors/ſit vel proſpera/nil nocet vlli
Si per peccatũ deſit abuſus ei.
Adde voluntati tua ſit conformis oportet
Diuine/quid aget murmur in oppoſitum:
An bona mors fratris/carnalia vincla reſoluens
Quo caperet celum liber et emeritus.
Fraternalis amor dedit hanc mortẽ/quia peſte
Dum fouet infectos/contagione perit.
Hac de valle deus eduxit eum properanter/
Ulterius ne fraus hoſtica deciperet.
At varijs noſtra verſatur vita periclis/
Omne repletur iter retibus et laqueis/
Tendimus ad patriam ſuſpiramusqꝫ gementes
Quam raulina ſoror quam nicolaus habet.
Hactenus hec volui tibi frater ſcribere/ quo mens
Fortis et equa ſuam noſtra petat patriam.
Illic cernere nos/dare viuas reddere voces
Fas erit/et quicquid cor petit/illud habet.
Oremus tandem pro defunctis/vt et ipſi
Sint memores noſtri cum bene fiet eis. Finis

## ¶ Tractat⁹ eiuſdem

de preparatione ad miſſam et pollutõne nocturna.

Dubitatum eſt apud me frequẽter et diu preſertim poſt ſuſceptum ſacerdotium/ ſi quis nocturno pollutus ſomnio a celebrando miſſam ceſſare deberet. Exptus ſum ſimiliter multos preſerti religioſos ⁊ nouiſſime quendã pre ceteris tali dubitatõnis ſcrupulo non parũ turbatos. dum ex vna parte eos ad celebrandũ trahit deuotio ex altera timor offenſe reprimit Tãdem effectus ſuper hac re certior/ tum ex doctorum ſacrorũ lectõne/tum exptoꝝ et virtuoſoꝝ cõſultatõe et exẽplo. tũ poſtre-

mo ex ipã rõis ⁊ experimẽtalis cognitõis at
teſtatõe/inductus ſum vt ↄſideratões ali
quas breues ⁊ nõ prorſus inutiles ſuper
hac celebratõis materia cõponerẽ. eas iu
dicio melius ⁊ ſinceriꝰ ſapientium ſuppo
nendo. Conſiderationũ hmõi q̃dã erunt
acceſſorie. quedã p directũ r̃ñſiue. Precor
autẽ dari veniã ſi forſan ĩpurius loq̃ndũ
erit. q̃m̃ morbꝰ talis ẽ q̃ vix aliť detegi vix
pulcrioribꝰ medicamẽtis ſanari poteſt.

## Conſidera. pꝛima.

Nullus hꝫ certitudinẽ euidentem
abſq̃ dei reuelatõne ſpeciali ꝙ ſit
ſufficiẽter diſpoſitꝰ ⁊ dignꝰ ad ce
lebranda miſſe miſteria. Pꝫ q꞉ tũc poſſet
aliquis euidẽter cognoſcere ſe eſſe in gra
tia gratũ faciẽte. ⁊ ꝙ ſufficiẽter fecit q̃cq̃d
req̃rit ad hoc ꝙ deꝰ ſibi grãm hãc infude
rit. ꝙ inſup nullũ ponit obicẽ ex pte aliq̃
ad hmõi gratie ſuſceptõem. Deniq̃ ſciret
euidenter ꝙ rite conſtitutus eſt ſacerdos.
ad habendũ ptãtem nullatenꝰ impeditus
⁊ ſimilia multa q̃ ſunt pure ↄtingentia. ⁊
que ſciri nõ pñt infallibiliť/abſq̃ dei reue
latõe ſpeciali. Preterea q̃s neſciat poſſe fi
eri/vt homo deť in reprobũ ſenſum/ex de
meritis p̃cedentibꝰ vt nõ videat pctã ſua.
⁊ ita nihil ſibi conſciꝰ ſit. nõ tñ in hoc eſt
iuſtificatus/put apľs formidando teſtať
Forſan eſt talis cõparꝰ ipi Aman ſupbo.
q̃ ad cõuiuiũ heſter venit/reputãs hoc ſi
bi ad honorẽ eſſe p̃cipuũ/ qđ ſibi erat ad
ſuſpendiũ. Quis ſcit ſi auditurꝰ eſt Ami
ce q̃uo huc intraſti nõ hñs veſtẽ nuptialẽ
Forſan deniq̃ talis annumeratꝰ eſt inter
illos de q̃bus ꝓpheta/nõ tã imp̃catiue q̃
prenũciatiue dixit. Fiat mẽſa eoꝝ coram
ipſis in laqueũ ⁊ in retributões ⁊ in ſcan
dalũ. Obſcurenť oculi eoꝝ ne videant. et
dorſum eoꝝ ſemp incurua. Effunde ſup
eos irã tuã ⁊ furor ire tue cõp̃hẽdat eos
Fiat habitatio eoꝝ deſerta. ⁊ ĩ tabernacu
lis eoꝝ nõ ſit q̃ inhabitet. Videtis q̃ ex
timeſcenda ſententia/ſi miſtico ſenſu vti
mur/ↄtra quoſdã ad ſacrã euchariſtie mẽ
ſam accedẽtes indicať. p̃ſertim cũ dicitur.
Obſcurenť oculi eoꝝ ne videãt. Et cõfor
miter ad illõ/apľs intonat ⁊ minať. Qui
indigne inq̇t mãducat ⁊ bibit/ iudicium
ſibi mãducat ⁊ bibit. Et rurſus ꝓpter hoc
inter vos multi imbecilles ⁊c. Hec ibecil
les. ⁊ cetera. Hec imbecillitas et hec dor/
mitio/ magis ad animam q̃ ad corpus/
referẽde ſunt puto. Conſtat autem ꝙ hec
oĩa certitudinẽ euidẽtie tollũt ab aliquo
ſup ſua ad celebrandũ dignitate.

## Conſideratio. II

Ad digne celebrandum/ ⁊ abſq̃ te
meraria p̃ſumptõe ⁊ imputabili
tate ad nouũ peccatũ/ non req̃riť
talis euidẽtie certitudo ſup celebrãtis di
gnitate Pꝫ. q꞉ nullꝰ tũc q̃ſtũcũq̃ iuſtꝰ et
purꝰ/ deberꝫ celebrare. nec hoc poſſꝫ abſq̃
diſcrimie. ſi nõ fieret ei reuelatio ſpecialis
Sufficit ergo certitudo talis q̃lem ĩ ma
teria morali cõſueuimꝰ expetere ⁊ capere.
Que certitudo poteſt appellari certitu
do moralis aut ciuilis. ſicut prudẽter lo
quebať phs primo Eth. dicens. iij. c. Di
ſciplinari eni eſt/intantũ certitudinẽ inq̇
rere ſcḋm vnũq̇dq̃ genus/inquãtũ natura
recipit. Ad hanc certitudinẽ moralẽ ſuffi
cit vt plimũ/ꝙ homo accedẽs ad miſſam
diſcuſſerit conſciãꝫ ſuã ſicut feciſſet p ma
gna re lucranda aut incõmodo graui eui
tando. ⁊ ꝙ nõ ſit ſibi cõſcius poſt hanc di
ſcuſſionẽ de pctõ mortali/ aut de ꝓpoſito
peccãdi mortaliter/ꝙ inſup nõ ↄgnoſcat
ſe aliud impedimentũ legitimũ p excõica
tionem aut irregularitatem habere. Con
ſentio itaq̃ in hoc cum Durando quar
to ſententiaꝝ diſti. ix. q. iiij. ꝙ talis etiam
ſi eſſet in peccato mortali neſciẽter nec de
eo expſſam ageret cõfeſſionem/reportaret
vnum e duobus. Aut ſibi remitteretť tale
peccatũ virtute ſacramẽti q꞉ videť facere
qđ in ſe eſt ad eiꝰ deletionẽ. nõ eni deꝰ req̇
rit vltra poſſe. Aut fieret ſibi diuinitꝰ illu
ſtratio ⁊ recognitio ſui peccati. q̃tinꝰ p pe
nitentiã illõ dilueret. queadmodũ multꝫ
ↄtingere pbatiſſimũ eſt/q̃ in initio ſui ſa
cerdotij dũ celebratõꝫ cõtinuãt/in remẽo
ratõꝫ redeũt plimoꝝ ⁊ occultiſſimoꝝ pec
catoꝝ. Siľem iueniũt grãꝫ/illi q̃ nouiter
ad frugẽ melioris vite/toto corde ſe p̃pa
rant. Porro talia pctã in recordatõꝫ veni
entia ex irradiatõe ſupioris luĩs in pfun
da abiſſo aĩe/nõ ideo tales ↄfiteri teneť ꝙ
nõ prius deleta eſſe potuerũt modo pre
dicto. ſed fit hoc ad obediendũ p̃cepto de
cõfitendo ſemel qđlibet pctm̃ noſtꝝ. qđ r
dũ diſtincte cognoſcimus.

## Conſideratio .III.

S Non om̃is ſcrupulus aut dubita/
tio de peccato mortali/ neq3 om/
nis indeuotõ aut deordinatõ aut
nõ attentio/ impediunt de neceſſitate ce/
lebrantis dignitatẽ. Patet quia certitudo
moralis qualem p̃diximus ſufficere/ cõ/
patiť ſecum vacillatiõem quandã animi
aut heſitatõem quandã vel ſuſpitões3 ſeu
ſcrupl'os/ ꝙ homo nõ ſit ſufficiẽter diſpo
ſitus/ aut ꝙ impedimẽto aliquo ligatᵘ eſt
Compatiť etiã deordinatõem aliquã pre
ſertim viriu3 inferiorũ. et legis tyrannice
membrorũ. que nõ eſt ſepe ſubdita noſtre
poteſtati. Ex q̃ cauſať indeuotio quedam
quã nõ plena ⁊ actualis ſemp attentio. cõ
ſequũtur. nec ob inde peccato maclari ne
ceſſe ẽ nec peccať. ¶ Et ſiqs oppoſuerit ꝙ
dubitãs de aliquo an ſit illicitum ⁊ ſtãte
dubio/ illud agẽs peccat q2 ſe diſcrimini
ſciẽter obijcit. Rñdeo cũ dño Guilhelmo
antiſiodoreñ. regulã hãc magiſtralẽ in/
telligendam eſſe de dubio tali qđ eſt vehe
mens. ⁊ magis aut ſaltẽ eque inducit mẽ
tem credere ꝙ eſt mortalr̃ illicitũ/ ſicut ꝙ
eſt licitũ. Secus eſt vbi mens plus incli
nať ⁊ iudicat ꝙ eſt licitũ q̃ illicitũ. quãuis
nõ habeat vſq3quaq3 certitudinẽ euiden
tem aut fixã. q2 nec hoc ipm req̃ritur. ¶
Sũt itaq3 nonnulli ⁊ pl'es/ q̃ fortis ſunt
fantaſie. q̃ p̃terea ſepe trepidãt timore vbi
iudicãt etiã nõ eſſe timendũ. Tales dñt i/
niti cõſilio ſupiorꝝ ⁊ prudentũ. ⁊ ꝯtra ta/
lem ipoꝝ vacillatões3 audacter opari. Sic
eni plerunq3 vinceť. ab ibitq3. ¶ Qui vo
renuũt credere ſupiorũ ⁊ prudentũ ꝯſilio
ad tales ſcrupulos deponendũ. ⁊ agendũ
cõtra eos errãt multiplr̃. Primo p ſuper/
biã ⁊ arrogantiã/ preponẽdo iudiciũ ſuũ
⁊ prudentiã/ alioꝝ iudicio. Rurſus talis
vix aut nunq̃ deuotõem habebit ſolidã:
nec pacẽ conſcie a talibꝫ/ ac pinde carebit
locᵘ aĩe ſue/ hoſpite illo de q̃ ꝓpheta dixit
ꝙ In pace factᵘ eſt locᵘ eius. ¶ Dicũt do/
ctores aliq̃ quibꝫ aſſentio: ꝙ aliqñ nõ eſt
tã meritoriũ credere/ ſicᷣ velle credere. nec
dolere ſenſualr̃ de pctĩs/ ſicut velle dolere
⁊ nõ poſſe. Deſideriũ paupeꝝ exaudiuit
dñs inq̃t ꝓpha. preparatõem cordis coꝝ au
diuit auris tua ¶ Deᵘ itaq3 iudicat nos ⁊
noſtra/ ſm̃ ſupioris rõis arbitriũ volũta/
tẽ ⁊ iudiciũ ⁊ nõ ſm̃ ea que nobis inuitis
atq3 ꝯdicẽtibꝫ/ portio ſenſualitatꝭ īferior
adducit ⁊ pducit qualia ſunt volubilitas
imaginatõnũ ⁊ fantaſiaꝝ. ſtimulᵘ inſup
carnis illecebroſus ⁊ vindicatiuᵘ Vacil/
latões p̃terea timide ⁊ incerte ſup agẽdis
aut ſup eis credendis q̃ noſtris nequaq̃
ſenſibꝫ attingimᵘ ⁊ ſimilia ¶ Decipiũtur
in hoc multi ex ſimplicibꝫ/ diſtinguere ne
ſciẽtes inter ea que portio aĩe ſupior agit
p cõſenſum ⁊ ea que portio inferior pati/
tur abſq3 ſupioris aſſenſu. Darẽt idcirco
ſepe alijs ſalubre cõſiliũ/ qui neſciũt illõ
p̃ſtare ſibi. Quare ſic: certe ob turbã hãc
paſſionũ ſimul irruentiũ tumultuantẽ ⁊
rixantẽ ¶ Quocirca memorandũ eſt bea
ti Berñ. ſup hac re conſiliũ. Erat ex diſci
pulis eius quidã/ tãtis inq̃etatᵘ ſcrupul'/
vt ad celebrandũ nullo pacto auderet ac/
cedere Dixit ei deuotus ⁊ circũſpectᵘ Ber
nar. poſtq̃ hoc accepit. Vade frater. et in
fide mea celebres. Obediuit diſcipulᵘ. et
ſcrupulus ois ille/ ppetuo diſceſſit. Lau/
danda prorſus ⁊ imitanda/ tam illius pa
tris induſtrioſa fiducia/ q̃ iſtius fratris
fidelis obediẽtia ¶ Dicet aliqs ex ſimpli
cioribꝫ. vtina3 talis mihi eſſet abbas aut
prior/ qualis erat btũs Berñ. credere faci
liter impetrãt. Nũc vero dũ ſupioris mei
paruã ſapiam inſpicio/ nõ audeo meã cõ
ſciam ⁊ ſalutẽ/ ſue fidei tali pacto cõmitte
re: Quiſquis ita dicis ⁊ ſapis/ erras ⁊ de/
ſipis. Non eni cõmiſiſti te ⁊ ſalutẽ tuã/ in
manᵘ hois/ q2 prudẽs eſt ⁊ plĩmũ littera/
tus aut deuotᵘ. ſ3 q2 tibi eſt ſm̃ regulare3
inſtitutõne3 prepoſitᵘ ⁊ platus Quãobrẽ
obedias ſibi nõ vt hoi. ſ3 vt deo iubẽti. ſi
tñ nõ ꝯtra deum. Et ſepe tãto erit obedia
tua placẽtior deo/ tibiq3 fructuoſior/ q̃n/
to eſt indignior ille cui ꝓpter deũ ſubijci ñ
refugis. Caueas ad extremũ: nedũ q̃ris ſe
curitatẽ nec illã adipiſcaris/ in grauẽ ru/
as dijudicatõis ⁊ pſumptõis foueam.

## Conſideratio .IIII z

Contigit vt poſſit aliqs eodẽ tẽpe
ad celebratõ3 laudabilť accedere
poſſ3 nihilominᵘ ab eadẽ laudabi
liť abſtinere Quo caſu. p̃mũ de ſe laudabi
liᵘ ẽ q̃ ſcđ3. ¶ P3 p̃ria ps. qñ aliqs ẽ ſine
ꝯſcia peccati mortal' aut alio ĩpedimẽto. ⁊
nõ eſt obligatᵘ ex officio vel alr̃ celebrare.
Tunc habet vtrũq3 in ſua ptãte facere li/
cenť atq3 laudabilr̃. vt vel cũ centuriõe di
cat. Dñe nõ ſum dignus ⁊c̃. vel cũ zacheo
dñm fidẽter inuitet ¶ Scđa3 ptem pbo

cum durando. iiij. ſententiaꝝ di. xij. q. vi.
Celebratio quippe eſt de ꝑ ſe opus bonū
abſtinere autē ab ea ſi ſit bonū magis eſt
in ordine ad indeuotōnem ſuſcipiētis ꝙ̄
de ꝑ ſe. Rurſus celebratio hꝫ efficaciā ma
gnam ex virtute opis opati. propter quā
non tantundē valet volūtas ſola celebrā
di/ſicut par voluntas actu celebrās. Ad/
dit itaqꝫ opus hoc exterius/aliq̄d bonita
tis ad bonitatē voluntatis/propter meri
tum paſſiōis chriſti. propterea dici ſolet
opus priuilegiatū. Ampliꝰ ille q̄ celebrat
in opis executōe magnā adipiſcit̄ deuotō
nis pinguedinē ⁊ diuiniꝰ ſolet occupari.
Ducit̄ inſuꝑ a virtute nobiliori ſic agen/
do/videlicꝫ a caritate ⁊ dilectōne huiꝰ ſa/
cramenti/ꝙ̄ nō celebrans/q̄ timore poti/
us ſe contrahit. ¶ Ex ſiquis dixerit/vaca
tionē a celebratōne ideo fieri/vt ipſa poſt
modū reuerētius ⁊ deuotiꝰ quāto rarius
impleat̄. Fatemur poſſe ſic euenire. Sed
ex aduerſo ꝯtingere poteſt/ꝙ talis ſubtra
ctio/remouebit habituatōem ad bonum
cuius effectꝰ eſt ſ̄m pħm delectabilis Si
gnū inq̄t adquiſiti habitꝰ eſt delectatō in
ope. Euenit inſuꝑ plerūqꝫ illō dictū Na/
ſonis Qui nō eſt hodie/cras minꝰ aptus
erit ¶ Diſtraheris hodie/paꝝ deuotꝰ es.
parum recollectus. plurimū tentatꝰ a car
ne. mūdo. vel demone. Credo equidē Sꝫ
agnoueris ꝙ nō dormiūt qui te ꝑſequūt̄.
⁊ cras iidē erunt aduerſantes tibi hoſtes⁊
tueqꝫ deuotiōi inſidiātes. quales ſunt ho
die. Quo circa nō irrōnabiliter cōſulit ſa
piens. Quodcūqꝫ p̄t inq̄t manꝰ tua/inſtā
ter opare. Neſcis enī qn̄ tale tp̄s ad lauda
biliter celebrandū tibi cōcedet̄ quale mō
habes. Et ſi vtrūqꝫ habeas/ vtrūqꝫ meliꝰ
eſt. Eſto/fueris in hac vel illa re defectuo/
ſus: cur nouū defectū in nō celebrādo ſu/
ꝑinducis: ¶ Sꝫ frigidꝰ ſum dicis aut te
pidus. Sepe ſuſcipit initiū celebratiōis
hoiem parū deuotū ⁊ frigidū/ quē in fine
caleſcentē dimittit ⁊ feruidū. Corpus xp̄i
ignis ē ſpiritual'. accede fiducial'r ad hūc
ignē caleſces facilius. Audiamꝰ orantem
Ambro. ⁊ deū alloquentē Graue eſt ꝙ ad
mēſam tuā mūdo corde ⁊ innocētibꝫ ma/
nibꝫ nō venimꝰ ſed grauiꝰ eſt ſi q̄ peccata
metuimꝰ/ſacrificiū nō reddimꝰ ¶ Refert
narratio ſctōꝝ patꝝ de quodā euagrio/q̄
nō niſi ſemel in anno cōicandū eſſe cenſe
bat. cōtra quē ſancti patres repugnabāt/

argumentātes ꝙ aut dignū ſe putabat et
diſpoſitū qui ſemel in anno cōicaret. ⁊ ita
p̄ſumptuoſus erat. aut indignū ſe tūc fa/
tebat̄ ⁊ nihilominꝰ accedebat. Cur nō ita
poterat alius ſil'r pluries ſacra hec cōfice
re: quanqꝫ de ſe/ſe ſciret indignū: Si fas
eſt itaqꝫ ſemel in anno cū timore dei cele/
brare. cum eodē timore poterit ſepiꝰ ſi ſit
eē ad celebrandū licētia ¶ Fuerūt nec ig/
noro ſctōꝝ aliq̄/ quos certa rō cōpeſcuit
ne celebrarēt in eternū Sꝫ ꝑticularia hec
facta quorūdā/venerāda magis ſunt pia
interp̄tatōe/ꝙ̄ in exēplū agēdi trahenda.
¶ Poſtremo nō ſum neſciꝰ diuerſa eē do
na ⁊ vocatōes in diuerſis/put ſp̄ūſanctꝰ
voluerit. ⁊ aliꝰ indiſponit̄ ꝑ interruptōeꝫ
celebratōis. ⁊ ſeſe vix poſtmodū recolligit
alius ex eadē frequētatōne redditur inde/
uotior. et ex tali familiaritate promptior
ad contēptum. Quāobrem ſuam interro
get vnuſquiſqꝫ conſcientiā ⁊ tūc ꝑ expien
tiam ⁊ prudentioris alicuiꝰ conſilium. id
quod oportuniꝰ cōpererit exequat̄. Hinc
dicebat egregius doctor Auguſti. quoti/
die celebrare/nec laudo nec vitupero Ip̄e
tamen et aliꝫ/conſulūt ſic viuere vt quoti
die digni ſimus accedere

## Conſideratio .V. a

NUlla pollutio inchoata et ꝑfecta
in ſomno/pctm̄ ē mortale. Pꝫ
ex famoſa Aug. regula ꝙ peccatū
adeo volūtariū eſt/ꝙ ſi nō eſſet volūtariū
nō eſſet pctm̄. ⁊ intelligit̄ de actuali. Rur/
ſus iſta eſt exp̄ſſa determiatō eiuſdē. p̄io
de ci. dei. c. xxv. loq̄ntis de violēta corru/
ptōne virgīs alicuiꝰ. Quātomagis inquit
abſqꝫ culpa eſt in corꝑe nō cōſentiētis/ſi
abſqꝫ culpa ē in corꝑe dormiētis: Dicē
tes oppoſitū/ꝯtradicūt n̄ ſolū theologice
ſed etiā pħice determiatōi. nec hn̄t q̄d re/
ſpondeant ſi fiat eis argumentū de furio
ſis ⁊ infantibus ⁊ aliis nō vtentibꝫ ratio/
ne q̄s pro tūc nō peccare noua tranſgreſ/
ſione. concors eſt omniū ſapientiū recte/
ſentētia ¶ Notāt̄ dicimꝰ ſi pollutō ichoa
ta ſit ⁊ ꝑfecta in ſomno/qm̄ poſſꝫ aliq̄s vi
gilās/impuꝝ hr̄e deſideriū ſe polluendi
quo vigente/ caderet in ſomnū/ in q̄ ſua
pollutio cōpleret̄. Poſſet ſimil'r pollutio
nē in ſomno ceptā/ expgiſcēs male ꝯſum
mare. Conſtat in his caſibꝫ/radicem pol
lutōnis eſſe liberā atqꝫ flagicioſam/ ꝓpter

quā illud opus obſcenū imputabitur ad
culpā. Atuero ſi vtrobiqꝫ fuerit in princi
pio ⁊ fine/carētia vſus rōnis/et cōſenſus
liberi ar. erit vtiqꝫ talis actus(etiā ſi vigi
lando cōpleret)abſqꝫ culpa mortali. Pa
lam eſt ratō. q2 libertate carebit. ¶ Pote
rit forſan aliqs peccare poſtmodū. cōpla
cendo ſibi in tali voluptate pbroſa quam
habuit. Nō obinde tñ redderet prior act⁹
pollutionis culpabiliter vitioſus. Poſſet
etiā aliquo mō placere ſm ſanctuꝫ Tho.
nō q2 voluptas eſt. ſed q2 ſanitatē ⁊ natu
re affert exonerationē/abſqꝫ ſui q patit p
curatione vel aſſenſu. ¶ Deniqꝫ nō cōſu
lunt ſancti/ꝙ debeat violenter fluxus ille
dū euigilādo ſentit iam effluens/coerceri
q2 vel eſſet fruſtra conatus ille. vel nature
ſupra modū grauatiuus. ¶ Confirmatō
oīm/iſta eſt. ꝙ actus exterior/nullū pecca
tū eſt niſi denoīatōne extrinſeca. pl⁹ qꝫ vri
na que nō dicit ꝓprie ſana. Si nullum ſit
igit in animo ꝓprie dictū peccatū dū liber
tate nō vtit/nullus erit ꝓtūc actus exteri
or vitioſus. Neqꝫ tñ negabim⁹/qn p cra
pulā aut dānabilē illecebrā vigilie/poſſit
aliquis in hāc illabi ſordiciē. ſed culpam
tūc vigilia nō ſomn⁹ habet. qnqꝫ ⁊ crapu
la ⁊ cogitatio voluptuoſa/letali crimīe ſe
pe caret. ⁊ pñt añ ſomnū dilui penitendo.

## Sexta cōſideratio

POllutio corpalis in ſomno cō
tingere pōt/nō ſolū abſqꝫ pecca
to mortali pcedēte. imo ⁊ ex me
rito. ¶ Patet ex diſtinctōne fa
moſa data p Greg. ⁊ alios tam theologos
qꝫ naturales. Euenit itaqꝫ nōnunqꝫ h im
mūdicia ex infirmitate aut debilitate na
ture. exonerare ſe volētis. aut retinere non
valētis. Nāqꝫ eſt pterea aliqs fluxus fere
talis in viris aliqbꝫ/qualē femine patiūt
in mēſtruis. et fit cū nulla aut tenuiſſima
voluptate etiā vigilādo. Fit aliqñ inſup
aliqs fluxus tāta lubricitate ⁊ facilitate in
quibuſdā viris aut femis/ꝙ ſolo aſpectu
aut alloquio aut leui cogitatōe prouocat.
Quis ergo dixerit apud tales inuitos et
renitētes/aut nullo modo cōſentiētes ab
initio vſqꝫ ad finē/peccatū mortale cōmit
ti. ¶ Non oīm vna eſt cōplexionis armo
nia. Quoſdā videm⁹ e naſo leuiſſima aut
nulla occaſione defluere ſanguineꝫ. alios
cū violētia multa id ñ pati ſcim⁹. Cogno
ui hoīem ſeptuagenariū ſecularē et valde
crapuloſum/q nunqꝫ ſe pollutū fuiſſe dor
miendo teſtabat ⁊ hoc in alijs mirabatur
Aliū vidi religioſum ⁊ ſobriū/qui p decē
nū ⁊ amplius/fere quotidiana hac paſſio
ne vexabat. Quidā vix ſomniāt dormien
tes/alios ſomnia iugiter exagitant. Sed
omittam⁹ hec ⁊ ſimilia. quoꝝ determina
tio/medicos plus aſpicit ⁊ ſimiliter reme
dia. qnqꝫ mihi faſſus fuerit vnus ex medi
cis famatiſſim⁹. ſe pridē ad medendū tali
nocturno fluxu ī alijs ſtuduiſſe diligēter
ſed fruſtra laboraſſe. Nos aūt moralia ſeu
theologica loquētes declarem⁹ quo pacto
poſſit ex merito pcedēte pollutio noctur
na cōtingere. ¶ Primo quidē ex arta ab
ſtinentia in pane ⁊ aqua. hoc euenire pſpi
cuū fecit experientia. Ampli⁹ volēs aliquis
hoc vitiū carnis/pdicādo deteſtari. nōne
ſup illo cogitare poſſet. aut ſimiliter cōfeſ
ſiones audiēdo. poſſet vtiqꝫ ⁊ cum merito
magno. Nihilomin⁹ occurrere videbit in
ſomno nōnunqꝫ pcogitatoꝝ impudicicia
rū ſimulacra. ⁊ ipm ex illis ſicut ī alijs ad
pollutionē ꝯcitari poſſe qs negauerit. Ad
dūt ſancti pr̄es qꝫ fuerit ocul⁹ mētis ap
tus ⁊ terſus/ad fallaces inſidias demonis
intuēdas/nōnūqꝫ has ſordes fieri illuſio
ne ſua. vel ad terrendū ⁊ inqetandū timo
roſē cōſcie puritatē. vel p boni opis(vt ce
lebrationis)impedimēto. vel vt vigilanti
placeat/qđ ſomniās ptulit. vel vt abſtinē
tiā piculoſam ⁊ indiſcretū vite rigorē ſua
deat. ⁊ in inſaniā pcipitet. vel vt deo ꝓpi
cio ⁊ pmittēte/deuotā mentē ſic exerceat:
et ex tali feditate ſtimulatā/in humilitate
cuſtodiat. ¶ Hoc in loco duo ſunt dicta
Greg. mēoranda. Primū eſt ꝙ ſepe tales
illuſiones ſeu pollutiones/anim⁹ neſciēs
ptuliſſe magis dolēdus eſt qꝫ feciſſe. Se
cundū ꝙ bonaꝝ mētiū eſt ibi culpā agno
ſcere vbi culpa nō eſt. ſic tñ agnoſcat cul
pa/vt nō indiſcrete impediat opatio iuſta
neqꝫ corpis debita ſuſtentatio deſerat. Ne
pterea aliquis cōſciam ſibi fabricet et nu
triat erroneas. ne cadat in ſcillā/cupiēs vi
tare caribdim. ¶ Patiet fortaſſis aliquis
heſitationes varias/dū ad comedendū vt
dormiendū acceſſerit. dicetqꝫ ſic. pollueris
ſi hoc ⁊ hoc nō omiſeris. ſi nō tibi pcaue
bis. cōtēnat talia neceſſe ē q diſcrimē ma
gis imminere circūſpicit/ſi nō parē cum
alijs viuendi formā prudēter inſequitur.

Scrupuloſis ergo cõtra ſcrupulos agen
dũ eſt. ꝛ fixo opis pede certãdũ. ¶ Hac ar
te prudẽter vſus eſt ille q̇ turbato cuidam
iugiter ſup repetitione horaꝝ ſuaꝝ ſi non
aſſidue ꝛ actualiter attẽderet ad eas. Iniũ
xit pniãz hãc/ad temp⁹/ne qũolibꝫ horas
ſemel dictas iteraret. Neqꝫ ei reqrit actua/
lis ſp attẽtio. ſufficit habitualis ſeu virtua
lis nõ interrupta ſciẽter ꝛ a ꝓpoſito p deli/
beratã attẽtionẽ circa aliud penit⁹ incõpa
tibile. Mille ſurgũt apud aliqs tales ſcru
puli/more canũ oblatrãtes ꝛ lacerare mi/
nãtes/ipos ambulãtes p viam mãdatoꝝ
dei. quos euincere ꝛ cõpeſcere meli⁹ q̃ per
cõtemptũ neq̇m⁹. Tantũmodo ſit cõtem/
ptus iſte timorat⁹. et regulariter nõ abſqꝫ
puio alterius preſertim ſupioris conſilio:
alioquin/timor immoderat⁹/facit caſum
aut pcipitat inconſulta pſumptio.

## Septima cõſide.

Nulla corpalis immũdicia/de p
ſe impeditiua eſt celebrationis
ſed bñ de p accidẽs. rõe cõcomi
tantie alicui⁹ vel ſequele in aĩa.
Hãc cõſideratiõnẽ deducit Bonauẽt.
iiij. ſniaꝝ. di. xij. q. iij. Et patet ſatis prima
ps ex verbis xpi ſi bñ ppendat̃ dicẽdi rõ.
Math. xv. Non lotis manibꝫ mãducare/
nõ coinq̇nat hoiez. ꝛ rõ eſt. qꝛ nulla paſſio
talis aut immũdicia exterior/de p ſe pecca
tũ eſt. aut de neceſſitate peccato ꝯiũcta/vel
inducẽs ad peccatũ. Preterea q̃lis eſt im/
mũdicia ſordidior ꝛ abomĩabilior corpa/
lis vt corpalis ẽ/q̃ ſanies leproſoꝝ. hec tñ
nõ impedit celebrationẽ. pſertim ſi fiat in
occulto. Idẽ ſentiũt doctores de mẽſtruis
mulieꝝ. ꝛ de fluxu ppetuo viroꝝ aliquoꝝ.
Scda ps declarat̃. diſtinguẽdo. qꝛ quedã
immũdicia corpalis/cõiuncta ẽ immũdi/
cie ſpũali/ſm veritatẽ. ſicut in vigilia hñt
fornicãtes. Alia eſt ꝯiũcta tali immũdicie
ſpũali/tantũmodo ſm quãdã ſimilitudi/
nem aut ꝯformitatẽ. put eſt i ſomnijs ſor/
didis ꝛ impuris. qñ nõ peccatũ eſt. ſed ſili
tudo peccati. Aliã videmuſ imũdiciã que
horrorem ꝛ abominatiõem quandã/viſa
vel recogitata generat. vt in leproſo ꝛ alijſ
plurimis. q̃uis nullam ſciam⁹ leſſe pecca
ti veritatẽ aut effigiem. Poſtremo alia in
differens. ſicut in pedibus lutoſis aut fa/
cie puluerulenta ꝛ ſudante. Prima ꝛ ſe
cũda/generant vt frequẽter in aĩa/hebetu

dinem quandam/diſcraſiatiõem ꝛ deordi
natiõem atqꝫ indeuotiõem. qñ ſicut gu/
ſtato ſpũ deſipit oĩs caro. ſic ecõtra. ꝛ am/
plius guſtata carne/deſipit ſpũs. et fit car
nalis ad tempus. longi⁹ aut breui⁹ ſm di/
uerſas habituatiões atqꝫ cõplexiões. De
his in figura dictũ eſt antiquis. vt taliter
immũdi/ſepentur ab alijs vſqꝫ ad veſpaꝫ
et veſtimẽtoꝝ lotiõem. Hoc Greg. ſic expo
nit. vt niſi prius ignis tentationis receſſe
rit/reũ ſe quaſi vſqꝫ ad veſpeꝝ cognoſcat
Conſtat eni nullas tales inſtitutiõeſ que
cerimonionialee erant atqꝫ figurales vlla
tenus ad obligatiões nr̃as trahendas eẽ:
niſi iudaiſare velimus. Propterea veſpe/
ra in hocloco/ꝛ lotio materialis/nõ ad lit
teram accipiẽde ſunt. ſed tamdiu reputet
ſe homo immundũ vt extra caſtra ſancto
rum miſterioꝝ ſecedat/q̃diu tales i eo vi
gent peccati reliquie. hebetudo. ſ. mentis.
carnalitas ꝛ deordinatio atqꝫ indeuotio.
Purgant̃ alij tardius. alij cõfeſtim lugẽt.
humiliati et pmptis. lacrimis diluũt ꝛ ex/
terminant quicquid carnalitatis cõtraxe
erat. et omne eius veſtigiũ/breui lamento
delent ꝛ abolent. ¶ Sordes tertie ꝓpter
ſcandalũ vel horrorem. q̄ꝝ vtrũqꝫ de p ac
cidens nocere põt deuotioni anime. Poſ
ſunt de p accidens celebratiõem impedi/
re dum vicꝫ ſcandalũ vel horror/et ex con
ſequenti indeuotio celebrantis aut aſſiſtẽ
tium/vehemẽter pſumũtur acceſſure. Se
cus vbi ſunt hoies exercitati ꝛ pfecti. apd
quos tale nihil timendum eſt.

## Octaua conſidera.

Poſſibile eſt abſqꝫ vlla repħẽſio
ne et cuꝫ merito/aliquẽ ſomno
pollutũ/ſacroſãcta miſteria cõ/
tingere atqꝫ celebrare. Patꝫ con/
ſideratio ex deductione pcedẽtiũ/Ad di/
gnã itaqꝫ celebratiõem ſufficit pparatio ta/
lis/que nõ relinquat cõſcientiã pcti mor/
talis. aut impedimẽti legitimi. et que de/
uotiõem atqꝫ reuerentiã ad ſacramentum
penitus nõ excludat. Sed pollutũ modo
dicto poſſibile eſt iſta in ſe ſentire/nõ lõge
poſt talẽ paſſionẽ. imo q̄ humilior deuoti
or ꝛ ordinatior ꝛ reuerentior/ad ſacramẽ
tũ accedet. Conſtat eni q̄ obſcenitas hu/
moris iſtius cũ ſuis reliquijs/nõ ppetuo
durant. nec ppetuo a celebratione impedi
unt. etſi dat̃ ſpaciuꝫ. xxiiij. horaꝝ ſicut Al

bertus determīare videt/ poterit aliq̄s vna
z hora purgatior effici ꝙ̄ aliꝰ in centū. Cur
nō ita fiat ad celebrandū similiter aptior:
Porro si timeat reuersio taliū illecebrarū
et passionū tp̄e celebrationis. Pōt vtiq̄
et in oībꝫ contingere. vel ex aspectibꝫ solis
prioribꝫ. vel ex corruptela nature. vel dia/
bolica opatione. ¶ Hec nr̄a consideratio
maxime locū habet ī religiosis viris ⁊ cō/
templatiuis. quoꝝ est ad deū facilis cōuer
sio. ꝓpter fortē habituationē. ꝓpter etiā car
nis subiectionē dū vigilāt. Raro aūt apd
seculariter viuētes aut nouā bene viuēdi
formā inchoātes/ talis repētina seu leuis
recollectio deuotōnis inuenitur. Cessare
eos idcirco aut tardiꝰ accedere ad sacramē
tum hoc reuerēdissime tractādū/ cōuenit.
¶ Habet p̄terea locū nr̄a ꝯsideratio/ vbi
illusio demonis nr̄aꝫ deuotionē impedi/
re volentis/ ꝑspicit aliquibꝫ indicijs. neqꝫ
cedere debemꝰ eidē sed obniti potiꝰ. Ubi
subinde timet aliq̄s sacerdos de scandalo
si nō celebret. Ubi deinceps tenet aliquis
celebrare vel ex suscepto officio. vel ex cō/
missione. vel mutua vicissitudine ⁊ cōfor
mitate ad reliquos cū quibꝫ viuit. quēad/
modū sunt religiosi pene oēs. ¶ Attendē
dū hic ꝙ nullus palā tenet ꝓpriū defectuꝫ
vel infirmitatē occultos prodere. vt pluri
mū cautius est atq̄ discretius contegere.
Prodit aūt seipm̄ talis nō celebrās. scāda
lisatq̄ frequēter. ⁊ cogitatōes varias ascē/
dere facit in corda alioꝝ. ¶ Nolo tn̄ p̄iu/
dicare nec possum nec debeo ꝑ hec dicta
mea quibuscūq̄ institutionibꝫ religiosoꝝ.
si aliqui sint ad oppositū. verū est nempe
illud apl̄i. Quilibet in suo sensu abundet.
Sed dixi interim q̄d mihi dicendū posse
videt si nuda cogitet veritas apud haben
tes libertatem legis xp̄i. ¶ Opponat for
san aliq̄s de fornicarijs/ ꝙ similiter in bre
ui possent recolligere se ⁊ ab omnibꝫ pecca
ti reliquijs aīam extergere. possent igit sta
tim celebrare. Opponeret aliꝰ de cōiuga/
tis. apud q̄s possibile est peccatū in sua cō
iunctōe nō ꝯmitti. qui tn̄ de coīone sepa/
randi vident. Ad hec dicere possumꝰ. Pri
mo ad vltimū ꝙ doctoꝝ famosoꝝ senten/
tia est/ tales cōiugatos si accedant ex deuo
tione/ ꝑsertim diebꝫ solēnibꝫ/ non peccare.
quādo vel affectu prolis gignēde. vel red
dendi debiti/ aut incōtinētie vitāde causa
cōmixti sunt. nec obstaculū aliud est. Ad
primū nō aliud pro nunc dicimus: nisi ꝙ
rarissimū hoc esset. de his aūt que vix aut
nunq̄ eueniūt/ doctores parū tractāt. Si
tamē immineret graue scandalū pro omis
sione. si p̄terea grādis cōtritio cōcurreret:
si deniq̄ magis ex surreptione diabolica
aut vehemēti temptatione tale flagitium
apud se rarū cōmisisset. audeat q̄ ꝓfundiꝰ
sapit/ talē prohibere. fateor nō audeo: In
hoc casu ⁊ alijs (sicut ꝑspicuū est ex p̄mis/
sis) relinquēdi sunt multi sue conscie ⁊ iu
dicio/ circūstantijs omnibꝫ quas pruden
tia circūspicit indagatis.

## Nona consideratō r

P Recipue ex diuino munere ⁊ n̄
ex nostra industria seu prepatō
ne/ reddimur digni mysterioꝝ
ꝑticipatōe sacramētoꝝ. ¶ Hec
consideratio si cū sapore intimo masticet
humiliabit nos vehemēter. Et ꝑfecto hu
militas sola est q̄ disponit ad dignificatio
nem ⁊ prepationē pro talis tantiq̄ hospi
tis in aīe cenaculo susceptione. ¶ Scio
hominē qui taliter in veritate cōperit/ nū
ꝙ̄ potuisse ad quietā ⁊ serenā dispositionē
celebrādi pertigisse/ quousq̄ diffidens de
omni sua industria ⁊ labore ⁊ solicitudine
et p̄paratione ꝑ confessionē aut alias/ im/
molauit in ara cordis/ bouē supbie. dixit
q̄ in animo cōtrito ⁊ humiliato cum Da
niele. Dn̄e nō in iustificationibꝫ meis pro
sterno p̄ces meas an̄ te. sed in tuis misera
tionibꝫ multis ⁊ magnis. Et rursus cū ꝓ/
pha. Ego aūt in multitudīe misericordie
tue introibo in domū tuā. adorabo ad tē/
plū sanctū tuū in timore tuo. ⁊ silia quedā
quoꝝ aliqua scriptis inseruit. ¶ Plane ī
dustria nr̄a ⁊ prepatio quales agere cōue/
niēter possumus/ req̄runt. eis tn̄ si inniti/
mur/ fallimur ⁊ cadimꝰ. aut tāq̄ siq̄s bacu
lo arūdineo sustētet/ vacillamꝰ. neq̄ habi
tamus ī adiutorio altissimi. dū nr̄is meri
tis fidimꝰ. vel ī peccatorū sola recordatōe
torq̄mur. Nimirū si tūc in ꝓtectōe dei celi
nequaq̄ ꝯmoremur. q̄ deficiēte ꝓtectōne
q̄s subsistet: ¶ Fuit cuidā ꝑ somniū ośsa
visio talis. Precipitatꝰ in cloacā erat. ⁊ a q̄
dā baculo stercoribꝫ infixo sustētari ne ꝓ/
fundaret satagebat. At uero baculꝰ ille fun
do tenꝰ demittebat assidue cū fetore intole
rabili. sentiēs ille piculū/ tota mēte ad do/
minū cōuersus/ relicto baculo/ confestim

ereptus eſt. Sane ꝯſcia nr̃a quantulibet mũda/eſt cloaca quedã plena ſtercoribꝫ fe dis defectuũ quotidianoꝝ. baculꝰ ille/nr̃a eſt induſtria ꝑ quã emergere q̃rimꝰ. ſed ꝓ culdubio quouſqꝫ leuemꝰ oculos in celũ vñ veniat auxiliũ nobis/quouſqꝫ fiduciã nr̃am totã in deũ iactemꝰ/quãto plus in/ nitimur ſolo nr̃e induſtrie baculo/tãto in ꝓfundiorẽ abyſſũ nr̃e prauitatis demer/ gimur ⁊ nõ niſi fetorẽ tetrũ ⁊ horridum re portamꝰ. ¶ Quid ergo: (diceret aliq̃s) tẽ/ ptabimꝰ ne deũ: aut pleni ꝯſcia peccatoꝝ/ indeuoti ſordidi diſtracti ⁊ diſtꝑati ad ſa cramentũ hoc ſalutiferũ ſub ſpe miſericor die ſoliꝰ accedamꝰ: Dixi iã. vt agat nr̃a in duſtria q̃d poterit. vt ſit abſqꝫ ꝯſcia pecca ti mortalis. Sed in illa nequaq̃ꝫ speremꝰ alioq̃n ſupbimꝰ. alioq̃n maledictionẽ in/ currimꝰ. qui ponimꝰ fiduciã in hoie ⁊ car/ nem brachiũ nr̃m. Agnoſcamꝰ q̃ oẽs iu/ ſticie nr̃e ſunt vt pãnus mẽſtruate aut ve lut leproſi faſcie. ſuꝑ quibꝫ ſtillamꝰ quoti/ die ſaniẽ peccatoꝝ. Qua fronte igit̃ q̃ ve audacia/infectionẽ ad placãdũ deũ aude/ bimus oñdere. Caueamꝰ ne potiꝰ irritet̃. Plane ſic ẽ. Si mille annis valeret aliq̃s ſe diſponere ad dignitatẽ celebratõis/nec ſic ꝑ ſe attingeret. Quid idcirco in breui morula facere poteris ꝯiectura: ¶ Inter/ rogat ſe freq̃ẽter ille cuiꝰ ſupra memini. ſi dignꝰ eſt accedere. ſi ſufficiẽter p̄egatꝰ. he ſitat primũ. tremiſcit reformidatqꝫ. Tãdẽ ſic reſpõdet ſibiipſi. Interim quãtũ in me eſt nihil deo ꝓpicio de certo mihi ſum con ſcius ſuꝑ peccato mortali. aut peccandi ꝓ poſito. peccata etiã venialia nõ cõfeſſa ne quaqꝫ obſiſtunt: Scio etiã ex aduerſo q̃ iuſtus eſt dñs. qui ſi velit exq̃rere vehemẽ ter debita mea. ſi iniquitates obſeruare. ſi mecũ in iudicio contẽdere. neqꝫ ſuſtinebo neqꝫ potero reſpõdere vnũ ꝓ mille. quãtũ/ libet lotus fuero/attritus/confeſſus/lacri moſus. Quid iſta ſunt: ve mihi ſi nõ cum miſericordia magna valde/diiudicer. q̃d ſcire poſſum/ſi forte lateant me vicia mea merui quidẽ excecari/qui viſu meo ſpũali primitus ſupra modũ abuſus ſum. dũ vi dens bonũ id adiplere ꝯtẽpſi: Hoc vnũ ſcio. q̃ apud dñm miſcõia eſt/ et copioſa apud eũ redẽptio. q̃ pietatis eiꝰ fontẽ nul la põt nr̃a iniq̃tas euincere vel ſiccare. q̃ ſi decreuerit ſaluare/nemo eſt qui cõdem/ net. Precipit vt ſperem in eo. ⁊ me totũ in

ſuas manus ꝓiiciã. obedio vt poſſum. Nõ eſt crudelis aut mẽdax. veniente ad eum/ nõ eiiciet foras. prouolutũ ſuis pedibꝫ nõ indignãter abiiciet. ꝑuenit me demũ in be nedictionibꝫ dulcedinis/dum mihi diſpli ceo. Spero equidẽ ipſe qui cepit/ꝑficiet. ⁊ illuminabit abſcõdita tenebraꝝ/ne vnq̃ꝫ obdormiã i morte. ¶ Fornicata es o ani/ ma mea cũ amatoribꝫ tuis. Iubet pius ſponſus ꝑ os ꝓpheticũ vt reuertaris mo/ do etiã te ſuſcipiet. Etſi milies abſceſſeris cõtempſeris. irriſeris. te veniente nõ repu diabit. penitentẽ nõ aſpernabit̃. Siq̃s ex hominibꝫ talia diceret/crederes et aſpira/ res ⁊ accederes. deus hoc dicit. deus h̃ pol licetur. imo deus hoc impat. ⁊ tu diffidẽs nõ accedes. Nõ eſt aliud conſiliũ o anima mea. In ſua igit̃ veritate nõ tua vanitate fidens/volũtarie ſibi ſacrifica. Immũ da es accede mũdãda. ad fontẽ puritatis incõtaminabilẽ. Eſuris. accede paſcenda ad panẽ viuificũ ⁊ indefectibilẽ. Egrotas erit hoc efficaciſſimũ tue inualitudini me dicamentũ. Fluxũ pateris nec ſanari po/ tes a medicis tuis ſcꝫ exercitiis. tange ple/ na fide cum emorroiſſa Martha ſm Am bro. fimbriã veſtimenti Ihu. ſacroſanctã videlicet hoſtiã. vt purgeris. Si ꝑcuſſam te ſentis a ſerpentibꝫ ꝑuerſarũ temptatio/ nũ: quid reſtat niſi vt ſerpentẽ xp̄m eleua/ tum inſpicias: Si dicis cum ꝓpha. Quo niam vnica ⁊ pauꝑ ſum ego. ꝑticeps eſto ſacroſancti huiꝰ miſterii/habebis xp̄m co mitem fidũ ⁊ hoſpitẽ ditiſſimũ. Cecam te fortaſſis debilẽ ⁊ claudã ꝯquereris. memi neris q̃m tales ad cenã magni regis inui tantur ⁊ intrare cõpellũtur. Lubrica ſum inquies ⁊ inſtabilis. ſed hic panis confir/ mat cor. Triſtis es ⁊ anxia. ſed vinũ hoc letificat. Inquietãt te ⁊ turbant plurima: adhere ei q̃ turbidos fluctus ſedat. qui eſt pax nr̃a. qui ait. In mũdo preſſurã. in me pacem habebitis. Peregrinaris a dño. ſed in fortitudie cibi huiꝰ ambulabis vſqꝫ ad montẽ dei. Quid ergo tandem formidas: Quid expaueſcis o aia mea. Quare et q̃/ uſqꝫ cõturbas me: Spera in deo ⁊ libera bit te. enutriet te. non cõfundet te. ¶ Su ſpirabũda forte queris. vbi eſt deus tuus In h̃ certe cõuiuio. in q̃ xp̄s ſumit̃. recoli/ tur memoria paſſionis. mẽs implet̃ gr̃a. ⁊ future glorie nobis pignus dat̃. Crede h̃ bona ⁊ ſimplici fide. nec curioſa diſcuſſeris

eriſtentie moduꝫ. ſufficiat tibi ꝙ nō ē hic
modo alioꝝ corpoꝝ/ſuis locis ꝯmēſura/
toꝝ. ꝓpterea vane ne dicā ſtulte querūt ali
qui. vbi caput. vbi pedes. qualis ſitus. q̄/
lis ad hoſtiā/ partiū coordinatio vbi xp̄s
eſſe dicitur. quare ⁊ q̄uo: Quoniā facta eſt
in eius corpus trāſſubſtantia panis: om/
nipotenti virtute diuinitatis. Si nō hoc
ꝯprehendis. neqꝫ ꝑfecto q̄ntulācūqꝫ reꝫ
aliā/quo ad infinitas eius habitudines ⁊
ꝓprietates cōprehendis. da locum fidei vt
meritū habeas. ⁊ eā quā ſine merito das
nature fidē: da cū laude reuelatori ⁊ in eiꝰ
obſequiū volens te captiua.

## Decima cōſidera.

Non ꝓpter timorē cōtaminatio
nis corpis xp̄i/illud cū mundi/
cia corꝑali monemur cōtrecta/
re. ſed ad indeuotionē aut ſcan
dalum in nobis vel aliis deuitandū. Con
ſideratio iſta/parū etiā inſtructis manife/
ſta ē. valꝫ tamē nō mediocriter apud ſcru
puloſos: vt ſi forte corꝑalis aliqua ſordi/
cies/ipſis nolentibus aduenerit. recogi/
tent ad xp̄i corpus nihil hanc attinere. ſer
uata in animo mūdicia ⁊ reuerētia ſancti/
tatis. Fuerūt q̄ dixerant ipſam hoſtiā cō/
ſecratā nullo modo in ventrē nr̄m come/
dendo demitti. ſed ſtatim in celū rapi con
tra experientiā quotidianam atqꝫ catholicā
veritatem q̄ ponit corpus xp̄i vere come/
di. Fefellit eos hm̄oi cōſiderationis obli/
uio dum putant indignū ſentire vt corpꝰ
xp̄i vel hoſtia ſacra in feculētū ſtomachuꝫ
nr̄m deueniat. q̄ſi videlicet polluat aut fe
detur/pluſqꝫ radius ſolaris aut ſpūalium
ſubſtantiaꝝ aliqua. Dicāt ergo ſi ſic iudi
cāt more carnaliū iudeoꝝ/aut paganoꝝ
cur xp̄i corpꝰ ī maternis viſceribꝫ ⁊ ſecūdi
na pellicula menſibus nouē obſeruatum
⁊ obuolutū fuerit: Debet vtiqꝫ ratio corri
gere ſenſuale iudicium ne blaſphemiam
impiā reputemus ipaꝫ rei ſinceriſſimā ve
ritatē. Caueamꝰ a tali ſpurcicia recogitā
da ꝑ timorē crebrū. q̄m inficit hec reme/
moratō pluſqꝫ purget Aſſueſcat hō ſpūali
ter ſpūalia diiudicare ⁊ ſentire. ſic enī mꝉ/
tis ⁊ variis fantaſmatū inquietantiū im/
pudiciciis ſemet abſoluet. Sic ea minus
curabit q̄ reuera minꝰ curāda ſunt. corꝑa/
les loquor ſordes Sic deniqꝫ magis ī cō
ſcie q̄ꝫ corꝑis puritate ꝯfidet ¶ Cōcluda
mus tandē epilogātes. vt nemo celebratu
rus/euidentē ſibi querat certitudineꝫ ſuꝑ
dignificatione ſua. vexaret in caſſū. habe/
at illā q̄ dicta eſt preꝑationē ⁊ ſufficit. No
cōfidat in multitudine virtutis ſue ⁊ in re
petitione cōfeſſionis aut deuotōis aut re
collectionis ſerenitate. Poteſt enī fieri vt
cōfeſſio crebra ſuꝑ venialibꝫ/obſit de ꝑ ac
cidēs. Quō ſic: Dicā Reddit quippe aīaꝫ
plus iuſto ſolicitā ⁊ pauidā ⁊ oīa etiā mi/
nima timentē. vt de ipſa etiā cōfeſſionis
imꝑfetione trepidet ⁊ vrgeat iteꝝ cōfiteri
Dabo tn̄ documentū ꝑ quod nulla cōfeſ
ſionis mꝉtiplicatio inquietationis cauſa
erit Si videlicet fiat nō tanq̄ꝫ reputet pro
tūc ad ſalutē neceſſaria aut ad celebratōis
illius diſpoſitionē requiſita. Sed quia ē
opus bonū ⁊ priuilegiatū. ad indulgen/
tiā q̄ꝫ/aut grē augmentationē nō parū ꝓ
ficiens. Porro diligat aīa deū aliq̄n neceſ
ſe eſt et ſe in manus eius ꝓiciat alioquin
ſe expelli a facie dn̄i ⁊ repelli/iugiter timē
do. ⁊ habendo deū de ſeueritate ſuſpectuꝫ.
iugiter recurua erit ad ꝯmodū ſuū nec vn/
q̄ꝫ ad alta ſe ſubuehet Quāobrē aſcenſura
in montē aīa/⁊ gaudiū ſuū imolatura cuꝫ
abraam/relinquat inferius aſinū ſuū cuꝫ
pueris ſuis. Rudiat ibi aſinus. ꝑſtrepent
pueri. feda ſint illic oīa. nihil ad ſe q̄ in mō
te ſtat (hꝫ eſt in vertice rōnis) pertinebit. ¶
Non impertinenter hoc loco viſionē inſere
mꝰ quā btō petro Celeſtino mōſtraſſe me
moratur/ille q̄ docet hoīes etiā ꝑ ſomnia
ſciam. viſū eſt eidē prī ſoporanti/ ꝙ aulaꝫ
regiā ꝑcellentiſſimā cū aſino ſuo inuitatꝰ
aſcenderet. Hic aſinus tributū ventris ꝑ
viā ſoluit. exhorruit vir puriſſimus ⁊ abo
minatus eſt hāc nō iniq̄tatem ſed inqui/
nationē. ⁊ ꝓgredi formidās regredi molie
bat. quouſqꝫ benigniter ammonitus ē vo
ce de throno lapſa. nihil ad ſui vel aule re/
gie ſpūalis cōtaminationē ꝑtinere id ꝙ ſe
non cōſcio/naturalia neceſſaria que ſuus
aſellus corpulētus ⁊ irrationabilis expu/
lerat. ¶ Plane ſic ē. ⁊ dicā amplius. Eue/
nit nōnunq̄ꝫ. vt turbatōes pugne deordi/
natōes ⁊ feditates/inferius ſēſualiter agi/
tate/ſuccreſcere faciāt ſupius meritū nr̄m
ſicut ecōtra magna vtrobiqꝫ ſerenitas/ſu
perbie vētū oīa fūditꝰ euertērē. repente nō
nunq̄ꝫ iducit. Immō exinaniat ſe aīa q̄ꝫ/
tū poterit. nec ob aliō contemplationi vꝉ
ſtudio aut q̄eti cuilibꝫ īſiſtat niſi vt apō ſe

exalteẗ deus. ac ꝑinde magis ac magis hu
milieẗ. ⁊ in ſuã paruitatẽ imo nihileitatez
reſiliat. ⁊ reſiliens cadat. et deus ſuſcipiet
eã. Hec via tuta eſt. regia ⁊ ſecura. ¶ De
mũ finem loquẽdi omnes pariter audia/
mus. Deũ time. de te deſperãs. in ſe fidẽs.
et mãdata eius obſerua. quod in te eſt nõ
omittens. hoc eſt omnis homo.

Finit.

a **Incipit tractatus**
**eiuſdem de pollutione diurna.**

Scripſi pridẽ aliqua ſup ꝑpa
tione ad miſſam ſub decẽ cõ
ſiderationib. occaſione ſum
pta principaliter ex materia
pollutionis nocturne. Nũc
aute de pollutionib ꝙ videnẗ accidere vi/
gilãdo. queſita ſunt a me aliqua. ꝙ ſolẽt ti/
moratas cõſciẽtias plurimũ turbare. ſicut
frequẽter ex diuerſis ꝑſonis vtriuſq ſex⁹/
tã in cõfeſſione ꝙ extra potui ꝑpendere, ꝑ
pterea cõſului nedũ doctores i ſcriptis eo
rũ ſup hac re. ſed etiã colloquiũ habui cũ
exercitatis ⁊ diſcretis in cõfeſſionis mate/
ria. immo ⁊ a medicis hmõi multiplicis ⁊
varie pollutionis cãm inqſiui. Deniq ꝑ/
paret ſe lector audire caſte/ id qđ ꝓ caſtita
tis cognitione/ neceſſitas cogit aperire.

## Primum notabile

Preſupponẽdũ eſt igiẗ i primis
ꝙ a corpe hũano/ defluit multi
plex humor. ꝑ meat⁹ membroꝝ
pudẽdoꝝ ꝙ generationi depu/
tata ſunt. Un⁹ eſt vere ſeminalis. ali⁹ vere
vrinalis. ali⁹ quodãmodõ medi⁹. qui põt
appellari ſaliualis vel ſputalis. ali⁹ addiẗ
humor ꝑſertim in mulierib ꝙ noiaẗ men
ſtrualis. ⁊ huic ſilis qñq maſculo accidit
ex infirmitate. ¶ Porro facile eſt ſatis co
gnoſcere patiẽtib ſcđm ⁊ vltimũ fluxũ qñ
ſcilicet ille eſt vere vrinalis vel vere men/
ſtrualis. Habet enĩ ſuam diſtinctionẽ in
colore ⁊ liquiditate ⁊ talib/ exeunt ꝑterea
vt cõmuniter ſine multa delectatione i mẽ
bris genitalib. ꝑſertim niſi cõiungantur
alie cauſe delectationis. ſicut infra docebi
tur. ¶ Ceterum humor ꝓprie ſeminalis/ ⁊
humor ille medius/ nõ ita faciliter ſecernũ
tur: propter ſimilitudinẽ in albedine ⁊ vi
ſcoſitate ſeu tenacitate ⁊ quadã ſpiſſitudi/
ne. habent nihilomin⁹ diſtinctas ꝓprieta/
tes ⁊ diuerſos ortus ⁊ meatus vñ defluũt
quod dearticulati⁹ cognoſcere/ ſpectat ad
medicos. ¶ Eſt itaq humor ſemĩalis ſu/
perfluũ vltime digeſtionis. ſupfluũ nõ in
qualitate ſed in quãtitate. Habens enĩ na
tura ſufficientẽ cibũ pro alimento corpo/
ris/ mittit ex omnib mẽbris qđ ſupeſt/ ad
vaſa genitalia. nũc plus. nunc minus. Et
quãdo ſupabundat ipi nature conatur ex
pellere tandẽ illud ſupfluum. qđ fit vel in
actu generatõis ſeu cõcubitus. vel ꝑ eua/
poratõnes ſiles ſudorib. vel ꝑ aliquas fe
das diſtillatões. qñq i ſomno cũ ſomnijs
qñq ſine ſomnijs. aliquãdo cũ delectatõe
aliquãdo impceptibiliter. nõnunꝙ in vi/
gilia ſimiliter quibuſdã euenit. tã volunta
rie ꝙ inuoluntarie modis valde multis.
nunc ex vicio nature. nunc ex vicio culpe.
¶ Rurſus humor ille medius/ fit ex qua/
dam ſupfluitate alimẽti/ nedũ in quãtita/
te/ ſed ⁊ in qualitate. qꝛ ſcz inept⁹ eſt nutri/
tioni. inept⁹ ſimiliter generatõni. velut in
ſaliua videm⁹ ⁊ alijs ſupfluitatib defluen
tib a cerebro. tam ꝑ os ꝙ ꝑ nares. iſtis pa
rũ ⁊ rarius. ⁊ alijs abũdantius ⁊ crebrius
Immiſcet aũt ſe talis humor medius ali/
quãdo cũ vrinatõe. aliqñ ꝑ ſe defluit ſine
cogitatõe ⁊ ſenſu. qñq vero fit cũ delecta/
tione ⁊ pruritu quodã/ plus ꝙ in vrina. ꝙ
tamẽ vrina qñq cũ inordinatõne quadã
exit. Puto etiã nihilomin⁹/ ꝙ vix aut nun
ꝙ/ cauſat iſte fluxus humoris medij/ talẽ
modũ delectatõis ⁊ cõcuſſionis ꝙſi totius
corpis/ ſpecialiter in pudẽdis nec ita ꝑſtri
git aut obnubilat in ſuo exitu iudiciũ ra/
tionis/ ſicut venit in humore vere ſemina
li. qm̃ ⁊ ille humor ſeminalis/ magis dige
ſtus eſt ⁊ ad cauſationẽ libidinoſe delecta
tionis/ niſi ꝑ infrigidatõez aut aliũde cor
ruptus ſit/ ꝓportionabilior inueniẗ. Ha/
bet inſup humor iſte medius/ ꝙ ex leuiori
bus cauſis ac maiori facilitate moueẗ ad
exitũ ꝙ ſeminalis. ꝑſertim in mulieribus.
adeo ꝙ ex leuiſſimo motu corpis de loco
ad locũ/ vel inclinatõe/ abſq aliqua cogi/
tatione ⁊ abſq ſenſu ꝓueniat. Ex effectu
vero ꝑcipiẗ ꝑ ſordidationẽ quandã viſco
ſam in carne ſua vel in pãnis. Euenit aũt
facilius ⁊ nõ ſine aliquo ſenſu cõcomitan
te vel ꝑuio. dum ꝑſonã dilectã ſiue pulcrã
ſiue turpẽ/ ſiue iuuenẽ ſiue ſenẽ/ ſiue ſecu/
larem ſiue religioſam ⁊ qñq deuotã aſpi/
ciunt aut tangũt aut ei arrident aut confa

bulantur aut locantur. etiam vbi nihil de
ope carnali volunt aut putant nedū dicā
peragere ſed nec cogitare.

b
## Secūdū notabile.

Attendendū eſt ſcd'o principali
ter circa hāc materiā ꝙ delecta/
tio ſeu cōmotio libidinoſa/pru
ritus ſeu titillatio/puenit i mē/
bris que loq̄mur/frequēter abſꝗ fluxu q̄/
cūꝗ. Sunt eni fumoſitates alique/quas
medici vocāt ſpūs/ꝛ he ſupcalefaciūt ꝛ in
flant ꝛ diſtendūt venas ꝛ neruos in mem
bris illis. fitꝗ ſtimulatio quedam ꝛ pruri
tus vel titillatio. que dū querit̄ extingui vl'
ſedari p attrectationē ampli⁹ ſentit̄. ꝛ qn̄ꝗ
cōplet̄ delectatio libidinoſa ſine quouis
fluxu. Patet hoc in parua adhuc etate. q̄
nondū apta eſt ſeminatōi ꝓpter defectū ſe/
minis vel artationē venarū. ¶ Suſcitat̄
aūt hmōi prurit⁹ ex talib⁹ fumis ſeu ſpiri/
tib⁹. tam ab intrinſeco p vina fortia ꝛ ſpēs
maxime aūt p imaginatōes libidinoſas ꝛ
turpes. ꝗ ab extrinſeco. p allocutōes pra/
uas. aut p aſpect⁹ lubricos. aut tact⁹ impu/
dicos. p ſe vel aliūde ꝓuocatos. Qd' ſi per
cōplemētū delectatōis ex talib⁹ abſꝗ om/
ni ſeminatōe/corrumpat̄ vere ipa virgini
tas. iuxta ſententiā quorūdā mgroꝝ. Heu
proh dolor ꝗ in paucis maneret virgini/
tas cogitare ſtupor eſt. niſi forſan in pue/
ris ꝛ puellis/hanc excuſet defectus ſuffici
ens iudicij rōnis. ¶ Dicendū eſt p̄terea. ꝙ
nō omnis prurit⁹ circa mēbra pudēda/de
bet iudicari ꝓprie libidinoſus. nec etiā ceſ
ſatio eius vel extinctō p fricationē aut ali
ter/debet appellari luxurioſa delectatio.
Uidemus itaꝗ qn̄o in alijs membris cre
bro pruritū ſentim⁹. quē vnguib⁹ ſcalpen
do (vt iuxta vulgare loquar) ſopim⁹ vel ex
tinguim⁹. Eſt aūt hec paſſio nōnunꝗ ita
vehemēs. vt etiā cū vulneratōe carnis per
vngues/ꝛ effuſiones ſanguis/ vix recedat
que paſſio/ſi mēbra illa genitalia inuaſe/
rit/cadit ꝓrſus in magnā anguſtiā q̄ h̄ pa
ti cogit̄. nedū ꝯ hmōi pruritū remediū q̄/
rit (q̄le fieret in alijs mēbris) ipē in pollu/
tiones fedas ꝛ vere libidinoſas atꝗ culpa
biles plabat̄. ¶ Tradūt inſup medici. ꝙ i
mēbris illis aliqn̄ euenit q̄dā paſſio/ꝯſur
gēs ex q̄buſdā fumis/diſtēdentib⁹ venas
mēbroꝝ iſtoꝝ ꝛ neruos. adeo ꝙ ſedari nō
pōt. etiā p vſuz carnalē. vel aliā attrectatio
nē. quēadmodū narrat Iuuenalis de q̄ua
dā matrona nobili rhomana. Eſt igit̄ in
hoc caſu vel ſil'ib⁹/tanꝗ de vera egritudi/
ne/ad medicos recurrēdū. ¶ Deniꝗ pr
ex iſtis. ꝙ pueri ꝛ puelle/cū ſobrietate atꝗ
diſciplina in cibis ꝛ potib⁹ atꝗ ſocietati/
bus/cuſtodiēdi ſūt. ne ab intrinſeca cā vel
extrinſeca/ꝯſueſcāt h̄re libidinoſas hmōi
ꝯmotōes peccati/in ſua carne. Alioq̄n p/
ruent ex ꝯſuetudine/velut in quādā neceſ
ſitatē hoc agēdi. p̄cipue dū etas grandior
aduenerit. delectatio inſup improbior et
vehementior ſentiet̄. Qua in re ꝯfeſſores
vel parētes ꝯmotōez aliquā debent facere
pueris ꝛ puellis. vt a talib⁹ abſtineāt. nec
a ſe nec ab alijs/turpiter ſe tractari permit
tant. ¶ Attēdat q̄libet diſcret⁹ ex p̄miſſis
quid agendū. ꝛ videat ne dū nimiū ſeruat̄
loquēdi pudicicia. ſequat̄ operū maior in
ordinatio. ꝛ confeſſio de talib⁹ nulla fiat.
Attēdat ex aduerſo. ne dū ꝓhibitio ſit ex/
preſſa/ipa conatū adaugeat. verū nāꝗ eſt
illud poete. Nitimur in vetitū. Porro. ſi
parētes ꝓhibent filias ſuas/ab oſculis vi
roꝝ ꝛ adoleſcētulorum/ſimiliter ꝛ filios a
puellaꝝ ꝯtrectationib⁹/ cur nō poterūt fi/
lios coartare verbis aut verberibus/ne ſe
ipos aut ſeipas inuicem male cōtrectent.
cū ſit vtrꝗ hoc flagitioſius ꝗ alterū et eo
plus habēs p̄iculi quo minor eſt illic vere
cūdia ꝛ licentia maior. Sileo hic de ſtul/
tis. imo nefarijs parentib⁹ erga ſuos ꝛ ſu/
as nimia familiaritate cōniuētib⁹. Sileo
de ceteris/ vel ſeruis vel ancillis vel alijs/
qui p̄niciē hāc cōtagioſiſſimā īducere ſub
quadā ludi ſpecie nō verent̄. Ue ve mōo
ab hac corruptione viarū omnis carnis.

## Tertium notabile. c

Attendam⁹ tertio principaliter
ꝙ in theologico vel morali ne/
gocio/dū inq̄ſitio fit de aliqui/
bus effectib⁹ vel opib⁹/ an ſint
vel qualia ſint peccata/ faciēda eſt reſolu/
tio principalis ꝛ finalis ad libertatē ꝯſen
ſus vel diſſenſus in talib⁹. Et inde pecca/
tū dicēte Aug. adeo eſt volūtariū/ ꝙ ſi nō
eſſet volūtariū/nō eſſet peccatuz. Et iuxta
ꝯmunē doctrinā/ actus exterior ſup inte/
riorē nihil addit malicie vel mortalis cul
pe. Ea ꝓpter circa pollutōes vel fedas di/
ſtillatōes ex mēbris genitalib⁹ pl⁹ iſpicere
ꝯueit originē moralē ꝗ naturalē. lz ꝯſide/

ratio naturaliū/ ꝓficiat ad moraliū cogni/
tionē pleniorē. queadmodū circa irā. inui
diā. gulā. ⁊ circa alia vicia p̄cipue carnalia
q̄ materiā vel fomētū trahūt a corꝑe ſatis
patet.

## Quartuꝫ notabile.

P Reſupponam⁹ igit̄ q̄rto ꝓ deciſio/
ne materie p̄ntꝭ ac ſimiliū ꝯformi
ter ad doctrinā Aug. de ꝓceſſu tē/
ptatiōis i nobis ſicut i Adā fuiſſe ſcriptu
ra ꝯmemorat. Et dicam⁹. q꜀ ꝯmotio libi/
diuoſa/ ꝯſurgit ꝓ ſtatu nature corrupte.
nobis etiā inuitis. Et ſepiſſime etiā p̄ue/
nit oē iudiciū rōis. neqꝫ ꝑ ꝯſequēs ſubeſt
arbitrio aut ꝯſenſui libero. iuxta Aug. di/
centē. Non eſt in p̄tāte nr̄a q̄b⁹ viſis tan/
gamur. ſed eſt in p̄tāte nr̄a/ reſpuere vł ac/
ceptare. Intellige ſimiliter de auditu ⁊ ol
factu. & tactu ⁊ guſtu ¶ Prouenit aūt hec
inuolūtaria p̄uentio ex corruptione natu
re ꝑ pctm̄ originale ꝓ ſtatu nature lapſe. ꝓ
ſtatu vero nature primitus inſtitute ⁊ inte
gre/ talis p̄uentio vicioſa nequaq̄ꝫ ꝯtigiſ/
ſet. Fuiſſet eīm regnū hoīs taliter ordina/
tū/ q꜀ ratio ſuū dominiū ſupra ſenſualita/
tem abſqꝫ vlla p̄uentōne vel rebellione ſer
uaſſet. ¶ Propterea reputat̄ oīs ꝯmotio
talis libidinoſa/ p̄ueniēs iudiciū rōnis/ eſ
ſe pctm̄ ſaltē veniale/ q̄m̄ ipa ꝯſurgit p̄ter
vel ꝯtra iudiciū dn̄e ſue rōnis. Verificat̄
ꝑ inde. dictū illō ſapiētis. Nullus ē abſqꝫ
pctō/ etiā infans vni⁹ diei. p̄ueniūt q̄ppe i
q̄libet filio Ade nō priuilegiato/ ꝯmotio/
nes hm̄oi/ p̄ter vel ꝯtra iudiciū rōnis. Et
ita ſumēdo large pctm̄ veniale/ abſqꝫ tali/
diu viuere nō valem⁹. Dicit̄ aūt tal' ꝯmo
tio volūtaria/ magis a peccatrice volūtate
primi hoīs/ q̄ꝫ a ꝓpria: ꝓpterea ſi debeat ꝓ/
prie appellari pctm̄ etiā veniale/ oportet vt
aliquo mō ꝓpria volūtas ſit in cauſa.

## Quintuꝫ notabile

N Unc quīto accedendo ad inue
ſtigationē p̄ncipalis dubij/ q̄n̄
talis ꝯmotio libidinoſa ē pctm̄
mortale ⁊ q̄n̄ nō. q̄n̄ de veniali
attentis premiſſis/ nō eſt faciēda pſcruta
tatio ſcrupuloſa vel dubia. Cōſiderem⁹
q̄liter ad illā ꝯmotionē ſeu temptationeꝫ
ſe habeat libera volūtas. et h̄ fieri pōt mul
tipliciter. ¶ Volūtas vno mō ſe hꝫ pure
priuatiue. tā directe q̄ꝫ indirecte. h̄ ē abſqꝫ
omni actu ſuo volitiuo. ꝓ omni differen/
tia tp̄is. q꜀ nec an̄ voluit/ q꜀ illa ꝯmotio fie
ret nec aliq̄d diſponēs ꝑ ſe ad illā voluerit
dū fit. aut poſtq̄ꝫ facta ē/ nō aduertit. et ob
hoc circa eā nō ꝯſentit vł diſſentit. aliūde
forſitā occupata vel in ſomno. ¶ Volun
tas alio mō ſe hꝫ pure poſitiue. taꝫ directe
q̄ꝫ indirecte. hoc ē cū actu volitiuo vł noli
tiuo. ſic q꜀ antea voluit deliberate vł nolu
it/ q꜀ illa ꝯmotō fieret. aut dū fit vel facta ē
placet ſibi vel diſplicet deliberate. ſic q꜀ hꝫ
ꝯſenſū vł diſſeuſuꝫ liberū in tali ꝯmotōe/
acceptando illā vel deacceptādo. cū aduer
tentia q꜀ ita vult vel q꜀ ita nō vult. ¶ Vo/
luntas aliter ſe habet circa ꝯmotōeꝫ illam
libidinoſaꝫ quaſi medio mō. ſic q꜀ neqꝫ ſe
hꝫ pure priuatiue nec volendo ſcꝫ illa nec
nolendo. Et ſimiliter ſe nō hꝫ pure poſiti/
ue volendo deliberatiue illā vel nolendo
⁊ ad eā actualiter ſe ꝯuertendo. ſꝫ ſe hꝫ q̄ſi
diſſimulādo vel dormiendo vel nō curan
do. ita q꜀ nec expꝛ̄ſſe nec actualiter ꝯſentit ī
illā cōmotionē libidiuoſā. nec diſentit ex/
p̄ſſe. ſꝫ diſſimulat ⁊ dormitat dū attēdere ⁊
vigil eſſe teneret̄ aut dū aduertit ꝑiculum
nec tamen obuiare vel reſilire conatur.

## Sextum notabile.

Q Uo circa dicam⁹ ſexto cōſequē
ter. q꜀ diſtingui ſolet in volūta/
te duplex cōſenſus. Unus cō/
pletus deliberatus et directus
alter incompletus vel interpretatiuus et
indirectus. ¶ Primus fit dū volūtas ſuf/
ficienter et actualiter aduertit ꝑ iudicium
rationis reflectētis ſe ſuper ſe q꜀ ſic vel ſic
agit. vult nihilomin⁹ ſic agere. ⁊ hic cōſen
ſus eſt cōmuniter ſatis notus. etiaꝫ apud
parū eruditos vel in moralib⁹ vſitatos. q꜀
plenus eſt ⁊ directus. Alterū vero cōſenſū
quē dicimus interpretatiuū/ difficilius ē
aduertere. Nam fit multis modis. Unus
modus eſt quando ratio debet eſſe ꝑuigil
circa aliq̄d reprimendū vel repellendū dū
iam inſurgit actualiter. ſed omittit ⁊ negli
git repellere quaſi tacens. Iuxta illud vul
gatum. Qui tacet/ conſētire videtur. Sic
nauta negligens/ dicitur cauſa ſummerſi/
onis nauis. Notanter vero dicitur quan/
do ratio debet eſſe peruigil circa aliquod
reprimendū. q꜀ ſi actus eſſet indifferens/
vel talis circa quem ratio non deberet la/
borare ad repellendum ſeu reprimenduꝫ:

qꝛ ſcꝫ nō imminet ꝑiculū peccati ꝑ ſilētiū
ſuū/tūc nō dꝛ volūtas in tali ſilētio cōſen
tire. vñ potius aliqñ deberet dici diſſenti/
ens. ſicut fit in temptationibꝫ blaſphemie
⁊ multis alijs. q̄ melius vincunt ſilēdo ſi/
ue nō aduertēdo q̄ꝫ pugnādo ⁊ directe cō
tra conādo. Sic in ciuilibꝫ qꝫ verū eſt
q̄ qui tacet nō ſtatim videt̄ ꝯſentire. imo
verius diſſentire indicat̄. Alia regula di/
cit. qui tacet nō cōcedit nec negat. ¶ Am/
plius vero fit cōſenſus iſte ſcd̄us nōnūq̄ꝫ
indirectus. qñ ſcꝫ voluntas aliq̄d vult vel
agit ad qđ ſolet ſequi aliq̄d qđ eſt peccatū
vt cū aliq̄s inebriat ſe volūtarie. ad qđ ſeq̄
tur dormitio. ⁊ ex dormitōe omiſſio ſurgē
di ad officiū diuinū ad qđ obligat̄. Dicit̄
hec omiſſio ſurgendi volūtaria indirecte.
ſcꝫ ex primario cōſenſu. modo dcto. Act᷒
vero cōſequētes inde/ tantū habent de vi
tio/quātū de cōſenſu in principali actu ꝑ
uio. nec amplius. ſi nō adderet̄ alius ꝯſen
ſus. ¶ Poſſumus alijs verbis diſtingue/
re de cōſenſu voluntatis. ⁊ ſilr̄ de diſſenſu.
vñ ꝓpoſito aliquo obiecto culpabili. volū
tas pōt ſe habere circa illud/ſeptēpliciter.
Uno mō qꝛ vere vult obiectū illud. Alio
modo qꝛ vult interꝑtatiue ſeu reputatiue
Itē vult illud directe vel indirecte. Item
vult illud plene ⁊ ꝑfecte. Aut vult illud ſe
miplene ⁊ imꝑfecte. Itē poſtremo habꝫ ſe
ſuſpenſiue ⁊ q̄dāmodo neutraliter. q̄ſi ſcꝫ
nullū habet actū volēdi vel nolendi circa
illud. ſed tenet iudiciū rōnis in ſuſpēſo. vl'
ad aliud ſe diuertit. ¶ Et h̄ diſtinctō ſi bñ
cōcipiat̄/clauis eſt ī omī negocio morali.
ad expiēdū exitū difficultatibꝫ innumeris

## Septimū notabile

DIcamus vltra ſeptimo. q̄ circa
actuꝫ carnalē aut aliquē hm̄ōi
actū/ꝓpoſitū volūtati/ipa ſe pōt
hr̄e multiplr̄. ¶ Uno mō qꝛ cō
ſentit ī op᷒/ſi facultas adeſſet. aut niſi pu/
dor vl' timor hūan᷒ impediret. ¶ Alio mō
qꝛ lꝫ refugiat ⁊ horreat ꝯſentire ī opus ta
le nefariū. ipa nihilomin᷒ verſat ⁊ reuerſat
in aīo ſuo cogitatōeꝫ de illo. Et hoc iterū
pōt fieri multiplr̄. ¶ Uno mō vt delibe/
rate plene ⁊ directe/in hac cogitatōe dele/
ctet̄. ⁊ hoc peccatū eſt in illo cui ꝓhibit᷒ eſt
carnalis cōcubit᷒. ſec᷒ in vxoratis. Si ei
aliq̄s act᷒ ꝓhibit᷒ ē ꝓhibet̄ ꝯſequēter dele
ctatio de actu illo. Silr̄ ſi act᷒ ꝑmittit̄/per
mittit̄ ſil' delectatō cōſeqnēs directe ⁊ de ꝑ
ſe/ad illū actū. Notāter addit̄. de ꝑ ſe ⁊ di/
recte. qm̄ inſpicere mulierē nō ē de ꝑ ſe pec
catū. ſic nec delectatō de ꝑ ſe ꝯſequēs actū
illū. ſed de ꝑ accidēs conſurgit crebro dele
ctatio illa libidinoſa in incōtinēte. qm̄ cō
tinēs nō haberet. Hec aūt regula multuꝫ
notāda ē/cōtra ſcrupuloſos ex vna pte. et
ex altera pte cōtra ꝑiculū. ⁊ pro licitis etiā
caute dimittēdis. ¶ Cogitat alio mō ta/
lis circa carnalē delectationē/ vt eā poſſet
ſatagēdo ⁊ conādo q̄ſi ꝑ vim vel induſtri/
am repellere. ⁊ nō ſꝑ expedit. ſicut nec pu/
gnare cū venenoſo ſerpēte/dū aliter pōt de
clinari. ¶ Cogitat alio mō ex quadā ſola
curioſitate. que ſepe noxia eſt ⁊ crimialis.
¶ Cogitat alio mō qꝛ nō aduertit ꝑiculū
imminere ſibi ꝑ tali cogitatōe. ſed ī exerci
tiū virtutis ſibi ꝯuertit̄. ⁊ hec eſſet virtuo/
ſa. ſi caueat̄ ſufficiēter ꝑiculū. ¶ Cogitat
alio mō. qꝛ vult ⁊ cogit̄ de hac materia do
cere alios. vel de ipius cōditione plenius
edoceri. et ſi hec agit cū appoſitione incul
pate tutele. nō peccat mortaliter. etiā vbi
pollutio ſequeret̄. Sic diceret̄ cuꝫ homo
cogitur audire cōfeſſiones. aut equitare. ⁊
ſiqua ſunt ſimilia. ¶ Deniq̄ꝫ volūtas qñ
q̄ꝫ ſe habet ad actū talē ꝓpoſitū/quodāmō
neutraliter vel ſuſpēſiue. qꝛ nō expedit cir
ca hec deliberare. vt ſi ſit loci ⁊ tp̄is impor
tunitas. aut ſi ꝓponat̄ ſibi quid mallet. vel
in actū illū cōſentire vel ꝑpetuo ardere. tu
te facit ſi non deliberet de vtraq̄ꝫ pte. ꝓpter
periculū incidēdi vel in ꝓſumptionē fal/
ſam ſi eligeret ꝑpetuo ardere. vel in pecca
tum mortale ſi eligeret in actū illū ꝯſenti/
re. Hec eſt cautela cōueniēs multū ⁊ expe
diens aduerſus interrogatōes. q̄ vel intus
vel exteri᷒ curioſe fieri ſolēt vel ꝓponi. vbi
periculū imminet quicq̄d eligat̄. ⁊ ita reli
quit̄ verificatio illi᷒ prouerbij vulgaris. ſi
lere meli᷒ ē q̄ꝫ ſtulticiā dicere. Sic agebat
qui dixit. Et fact᷒ ſum ſicut hō nō audiēs
⁊ nō habēs in ore ſuo redargutiones.

## Octauū notabile

VEniam᷒ nūc octauo ad reſpon
dendū quibuſdā interrogatōni
bus que fieri poſſent in hac ma
teria de pollutōe q̄ fieret vigilā
do. ⁊ ꝓpōes aliquas ānotem᷒. q̄ ad materi
as alias deducte/ꝓbere poterūt occaſionē
cognoſcendi veritatē de peccatis.

## Propoſitio prima

Nulla pollutō diurna vl' noctur
na/plꝰ hꝫ de peccato ꝙ̄ fuerit de
ꝯſenſu circa illā in libero arbi/
trio. Sic de ira inuidia gula ꝛ
ſimilibꝰ dr̄. ¶ Pꝫ ꝓpoſitio ex tercō notabili.
Vñ ſi nullꝰ fuerit ꝯſenſus verꝰ vel interp/
tatiuꝰ. directꝰ vel indirectꝰ. ꝑfectꝰ vel imp/
fectꝰ. nullꝫ ꝓrſus erit pollutio illa pctm̄.
Jſta ē expꝛſſa Aug. ſnīa de ci. dei. loquētis
de corrupta ꝑ violētiā. Dicit eī. ꝙ illa dele
ctatio nullū ē pctm̄ in corpe diſſentiētis.
ſicut nec ī corpe dormiētis. Et Bonauēt.
dicit eū loq̄ etiā de pctō ꝓprie veniali. Si
aūt fuerit alter iſtoꝝ ꝯſenſuū/ tūc iudicādꝰ
erit de q̄litate ꝛ q̄ntitate pctī/ ꝓportionabi
liter ad ꝯſenſū. Cōſenſus itaqꝫ verꝰ plꝰ hꝫ
culpe ꝙ̄ interp̄tatiuꝰ ceteris paribꝰ. ꝛ ꝯſen
ſus directꝰ plꝰ ꝙ̄ indirectꝰ. ꝛ ꝯſenſus plenꝰ
plꝰ ꝙ̄ impfectꝰ. imo ꝯſenſus verꝰ dū impfe
ctus ē ex fragilitate vl' ignorātia/ ſepe repu
tať ſolū venialis. q̄ ſi ꝑfectꝰ eēt/ mortalis di
ceretť. Silr ꝯſenſus indirectꝰ nō plꝰ cauſat
in ſequētibꝰ actibꝰ de malicia/ ꝙ̄ ipe ſit ma
lus. Et ita pollutio veniēs ex ſolo ꝯſenſu ī
crapulā veniālē/ dicēda ē ſolū venial'. Exē
plū ꝺ inceſtu loth ſm̄ doctores. Et h̄ valꝫ
ad materiā de pollutōe nocturna ꝯgnoſcē
dā. imo ſi iā pctm̄ ſit deletū ꝑ penitētiā. n̄
oportet ſequētes actus eſſe nouas culpas
ex iſta ratione.

## Propoſitio ſecūda

Nulla pollutio diurna/ dꝫ ꝓprie
dici mollicies. niſi fuerit ꝑ ꝯſen
ſū liberꝝ/ vno mō vl' alio/ ꝓuoca
ta l' extorta. Pꝫ ex p̄cedēti qm̄ ſi
cut n̄ fuit pollutō h̄ ī ptāte patiētiſ. ita nec
pctm̄. mollicies āt ſonat ī pctm̄. qm̄ dicit
apl's. ꝙ neqꝫ molles regnū dī poſſidebūt.

¶ Propoſitio tertia

Nulla talis pollutō dꝫ reputari
caſus reſeruatꝰ ſub noīe mollici
ei. imo nec pctm̄. vt dictū ē. Pꝫ
qꝛ nō ē mollicies. ꝛ magis dolē
dus ē q̄ hmōi ē/ tale aliq̄d ꝑtuliſſe ꝙ̄ egiſ/
ſe vel voluiſſe. ſicut ꝯtigit ī erectōe pudē/
di cū reniſu volūtatis. Additū ē ſub noīe
mollicieī qꝛ forſan ī caſu poſſꝫ ſupior caſū
talē ſibi ad horā vel q̄ ad aliq̄s reſeruare. n̄
qꝛ pctm̄ ſit. ſꝫ vt magis inſtruereť ꝛ inſtrue
ret ſi ſit peccatū vel diſponens ad peccatū
ſeu ad peccati ꝑiculū. ꝛ ſi ſit pollutio ꝓprie
dicta. Hoc tamē generaliter ꝛ ꝓ ſemꝑ fieri
duriſſimū eſſet imo ſtultum.

¶ Propoſitio quarta

Nullus fluxꝰ ex mēbriſ generatō
ni deputatis/ reputādꝰ ē ꝺ ſe pol
lutio vl' mollicies/ ſi n̄ fuerit ve
re ſemīalis. Vñ fluxꝰ vrinalis l'
mēſtrualis vl' alterꝰ hūoris mediꝗ/ neq̄ꝙ̄
appellādꝰ ē mollicies ſiue pollutio. Et ex
ꝯñti pꝫ. ꝙ nec iſti caſus reſeruari deberent
ſub noīe pollutōis. ſicut ꝓpō p̄cedēs expo
nebat. Sꝫ dictū ē in ꝓpōe ꝙ iſti fluxꝰ non
ſunt reputādi de ſe mollicies. qm̄ de ꝑ ac/
cidens vel ꝓpter adiunctū aliqđ/ pōt ſecus
euenire. ſicut ꝓpoſitio ſequēs docet.

¶ Propoſitio quinta

Nulla pollutōe vl' fluxu ꝯtingē
tibꝰ/ ſtat hoīeꝫ grauiori ꝛ inordi
natiori feditate/ aīaꝫ ſuā macu/
lare/ ꝙ̄ facit aliꝰ vere pollutꝰ aut
ꝑ molliciē. imo ꝑ fornicatōeꝫ. imo ꝑ adul
teriū vl' ſacrilegiū vl' inceſtū ſupatꝰ. ¶ De
duciť hec ꝓpō ꝑ illa q̄ de cā delectatōnis ꝛ
ꝓrurit' ī ſcđo notabili p̄diximꝰ. vñ ꝛ ꝓpter
hoc/ ſpado dr̄ deflorare virginē. Dicūť in
ſuꝑ tā pueri ꝙ̄ puelle/ añ ānos nubiles ex
ardeſcere ī inuicē. Dicūť etiā frigidi ꝛ ma/
leficiati/ nō potētes ſemīare/ nefarꝗs neq̄ſ
ſimiſqꝫ nōnūꝙ̄ illecebris/ ſemet inq̄nare.
ꝛ eo flagicioſius iſta fiūt ꝑ ꝯtrectatōnē il
licitā aut aliter/ q̄ diutius durat viget ꝛ ar
deſcit/ abſqꝫ ſedatōe ꝑ effluxū ſeminis hec
ignominioſa labes paſſionis.

¶ Propoſitio ſexta

Pollutio vl' fluxꝰ q̄ vel nihil ha/
buerūt ꝺ ꝯſenſu nec ꝑ ꝯñs ꝺ pec
cato/ nō impediūt hoīeꝫ de ꝑ ſe
a celebratōe. ¶ Dicimꝰ de ꝑ ſe.
qꝛ de ꝑ accidēs aliter ē. vtpote qꝛ patiens
ſcrupuloſus ꝛ timidꝰ ē ī hac pte ꝛ faciēs ſi
bi ꝯſciaꝫ inq̄etā ꝛ dubiā. Aut qꝛ patiēs ſē
tit ſe ex hac feditate diſcraſiatū ī aīo. ac de/
iectū. aut qꝛ neq̄t ſufficiēter cogitatōes lu
bricas aut turpes inde ꝯſurgētes/ depelle
re. ¶ Vñ notādū ꝙ ſicut imaginatōes vo
lūtarie ꝛ lubrice/ diſponūt mařie ad hmōi
fedas ꝯmotōes. Jta viceuerſa/ ſomnia nō
nūꝙ̄ ꝺ nocte/ vl' cogitatōes ī vigilia/ ꝓue/
niūt ex hmōi ꝯmotōe ꝛ carnali ſtimulatōe
queādmodū iratꝰ aliť ꝛ alia cogitat/ ꝙ̄ mi
tigatꝰ. ꝛ timēs ꝙ̄ ſecurꝰ. ¶ Dicamꝰ p̄terea
circa principale. ꝙ de illo de quo loqui/

mur. licet inuolūtarius fuerit in patiendo
remanet tñ in aīa / quedā carnalis deguſta
tio. qm̄ ſicut guſtato ſpū / deſipit caro. ita
guſtata carne. i. carnali voluptate etiā in/
uitus / deſipit omnis ſpūs. i. omne ſpiritu
ale exercitiū. ¶ Addunt alij innitētes di/
ctis bonauēture ꝛ ſimiliū. dicētes impedi
mentū generale eſſe. eo ꝙ requirit̄ ad cele/
bratiōem / mūdicia : nedū ſpūalis a pecca
to. ſed corꝑalis ab hmōi fedo hūore. Hoc
qualiter habeat veritatē / putamus aperu
iſſe / dū in tractaculo de pollutione noctur
na loqueremur. Vñ dñs petr⁹ de palude
eruditus in legib⁹ tam canonicis ꝙ̄ ciuili
bus ꝑiter ꝛ diuinis / dicit de pollutiōe no/
cturna. Si cām nō habuerit culpabilem
ꝙ dēt hō ceſſare a celebratiōe. deb; inquā
de cōſilio nō de ꝓcepto. ſic ꝙ peccet morta
liter ſi celebret. Sic videt̄ loqui Aug⁹. de
quotidie cōicantibus. ꝙ nec laudat nec vi
tuperat. ſed eos ſuo ſenſui ꝛ deuotioni de
relinquit. Vñ ſi alter cōiugū reddēs debi
tum nō arcet̄ a cōione ſm̄ Bonauē. videt̄
ꝙ illa macula corꝑalis / nō impedit cōio/
nem. imo nec impediret celebratiōem ī ſa
cerdote greco. qui ſimiliter vxori reddere
debitū tenetur poſtulanti

b

## ¶ Propoſitio. VII

Sicut non omnis illecebroſa co
gitatio cōſurgens in aīa etiam
cum aliquo cōſenſu dubio vel
interꝑtatiuo vel imꝑfecto. Si
militer nec oīs pruritus vel titillatio vl' ſti
mulatio / cōſurgens in mēbris genitalib⁹
ex hac illecebra / impediūt a celebratione :
Sic nec fluxus inde cō ſequens / de ꝑ ſe ī/
pedit. dū ratio nō conſentit. vel dū renitit̄:
nec plene cōſentit in illū. ¶ Primā ꝑtē vt
arbitror cōcedunt oēs. ¶ De ſcđa vero ꝑ
te ſil'is ē rō ſi ꝓpoſitō ꝓcedēs attendatur
Conſiliū tñ eſt in hac ꝑte. vt vitētur dili:
genter occaſiones. et ſatagat hō ne moro//
ſam et ſenſualem cogitatiōem in ſe. qualē
cunqꝫ ſic figat de aliquo et circa aliqđ / qn
eam dū vult poſſit euellere. Itaqꝫ accom/
moda te eis dicit Seneca et non da.

## ¶ Propoſitio. VIII

Cogitationes carnales et flux⁹
inde ſequētes abſqꝫ cōſenſu vo
lūtario. vicunt̄ plerūqꝫ ſalubri⁹
tutius ꝛ efficacius / ſi ratio ſe h;
circa illas ꝑ modū nō curantis. vel diuer/
tentis volūtatem ad alia. ꝙ̄ ſi ſolicitet̄. tri
ſtetur. turbet̄. ꝛ conet̄ tales expellere. ¶ No
tetur in hoc loco tractatulus in gallico de
remedio cōtra tentatiōes blaſphemie cō
poſitus. Auget itaqꝫ cogitatō vehemēs vl'
imaginatio / conatū. ac ꝓinde nutrit cogi
tatiōes hmōi. imo multiplicat et efficacio
res reddit ad fluxū cōſequendū. Qđ ſi diſ
ſimulauerit neqꝫ curauerit plus ꝙ̄ de alte
rius humoris naturalis fluxu. cōquieſcet
¶ Poſſet aptari circa rē hāc exēplū de ti
mentibus qui trabē in alto poſitā nunꝙ̄
abſqꝫ caſu trāſirēt quā audaces ꝑ cōſue/
tudinē aut aliūde tota ſecuritate trāſilirēt
¶ Fit aūt diuerſio tal' m'tipliciter. Qñqꝫ
ꝑ impſſionē ſigni ſctē cruc; ī pectore vl' in
fronte. qđ aliqui reputant efficaciſſimū ſi
cut illud ſignū eſt triūphale atqꝫ ſalutiferꝫ.
ſumme ꝓterea humilitatis. vincit aūt hu/
militas laqueos diaboli dicēte Anthoñ.
Fit hec diuerſio aliqñ ꝑ leſionem aliquā
corꝑalem in lingua vel alibi. Qñqꝫ ꝑ quā
dam exprobratiōem ꝛ allocutiōem ſeuerā
ſuarū cogitationū. tanꝙ̄ eſſet aliquis ap/
parens tēptator exterius ſic dicēdo. Phy
phy de vobis cogitatiōes viliſſime. ꝓcul
hinc abite. in malā horā veneritis. ſū alijs
occupatus. Nō do vobis auditū. non vi
ſum. diſcedite ab hinc ſyrenes vſqꝫ in exi/
tiū dulces. Fit et hec diuerſio nonnūꝙ̄ ꝑ
irriſionē quandā talis illuſionis cōſurgē
tis tam multipliciter in aīo ꝛ turpiter. Fit
denicqꝫ ꝑ vitatiōem ocij. ꝑ cōfeſſionē purā
ꝛ nudā. et ſupra modū ꝑ ſpē ꝛ iploratiōē
diuini auxilij. ſine quo continens nemo
plane eſſe poteſt.

## ¶ Propoſitio. IX.

Difficile eſt vel impoſſibile / abſ/
qꝫ diuina reuelatione / cognoſce
re generaliter ꝛ certitudinaliter
radicem et cām pollutionis di/
urne ſi videl; ꝓueniat ex cōſenſu vero vel
interꝑtatiuo. aut cōſenſu directo vel indi/
recto. aut a cōſenſu pleno vl' imꝑfecto aut ſi
abſqꝫ vllo cōſenſu ſuꝑioris rōis vel inferi
oris ꝓuenerit. ¶ Puto ꝓpoſitionē hāc cō
ſiderantibus eſſe notā. Ex quo conſequē
ter infertur / ꝙ q; beatus eſt vir qui ſēp eſt
pauidus. et ꝙ bonarum mentium eſt face
re conſcientiā vbi de neceſſitate nō eēt ali
qñ facienda. expedit de talibus cōfiteri. et

nō ſine cōſilio prudentiū ⁊ exptoꝝ talia ni
hilipēdere vel contēnere in ſeipis. ¶ Ta
lis aūt cōfeſſio ſit pura ⁊ deuota. in q̄ ma
nifeſtet ſe hō ⁊ occulta cordis ſui/ſacerdo
ti diſcreto ⁊ prudēti vel experto/qui noue
rit qualitatē morbi diſcernere. ⁊ cōſiliū ſa
lubꝛe cōfitenti tribuere. ſm̄ cōditiones ei⁹
et pticulares circūſtantias. ⁊ cui merito fi
des adhibeať oīmoda a cōfitente. Hoc de
cōfeſſione pura faciēda. nō tm̄ in pn̄ti ma
teria locū habet. ſed in omni moꝛbo ſpūa
li eſt efficaciſſimū remediū. ¶ Expedit au
tem ꝙ poſt cōſiliū acceptū a prudētib⁹ ex
ptis ⁊ deuotis/dimittat hō ſcrupulos ⁊ ti
moꝛes nimios. alioqn caderet in ſupbiā
ſpūs nolēs captiuare intellectū ſuū ad cō
ſiliū ſenioꝝ. Caderet nihilomin⁹ in puſil
lanimitatē quādā ⁊ inq̄etudinē ſpūs. que
nō poſſet ſufficiēter recipe illū cui⁹ in pa
ce fact⁹ eſt locus. Nec aſcēderet vnq̄ꝫ talis
aīa/in pfectionis ſublimitatē. Debet vero
ſupioꝛ ⁊ exptus/cui⁹ in hac re queriť cōſi
liū a ſubditis. poſtq̄ꝫ explorauerit oīa. di
cere diffinitiua ⁊ ſolida rn̄ſione. tu fac ita.
qm̄ ſi medic⁹ in medēdo vacillauerit/qua
lis in egroto ſpanda erit ſecura ſtabilitas?
Hinc tragicus ait. Qui dubiam ſalutem
dat afflictis/negat.

## 20 ¶ Propoſitio X

a A d obuiandū piculis ⁊ ſcrupu
lis q̄ cōſurgūt ex fluxu fedo di
urno: cōſiderāde ſunt diligēter
cauſe et radices. vt eis agnitis
fiat diligēs ⁊ diſcreta puiſio. Diſcretā ve
ro dicim⁹ puiſionē: que nec velit abſcinde
re cauſas cū maioꝛi detrimēto piculi ⁊ ſcā
dalo/q̄ꝫ ſit hmōi flux⁹. qui qñq̄ꝫ nō eſt niſi
ventalis. pſertim dū humoꝛ ille eſt medi⁹
quē diximus. nec ex aduerſo pmittit ea licē
tioſe fieri q̄ de ſe culpanda ſunt/⁊ reſecari
faciliter pn̄t. cuiuſmodi ſunt lubꝛici aſpe
ctus. viſus inepti. ſocietas pl⁹ q̄ꝫ decē ami
cabilis. in ſe gerēs delectationē. et ſi nō de
p ſe libidinoſā. piculoſam tm̄ ⁊ plus equo
ſenſualē. que nihilomin⁹ aliqñ ſub officijs
aliquib⁹ ſpūalis edificij/vt eſt cōfeſſio vel
lectio vel eruditio/coloꝛare. imo veri⁹ ob
ſcurare ſe conať. Sed ⁊ caueat alioꝛſū ſu
perioꝛ ſibi a ſuſpitionib⁹ nimijs. ⁊ a q̄dā
(vt ſic loquar) inutili zelotipia circa ſubdi
tos ſe contineat. nō indicēs ſcꝫ ieiunia ex
ceſſiua. vel ſeparās eos ab inuicē inutili
ter. ⁊ ſpūalia colloquia vel officia/vetans
Serua deniq̄ꝫ comicū illud. Ne quid ni
mis. Et illud ſapiētis. Noli nimiū eſſe in
ſtus. q2 qui nimis emūgit/elicit ſanguinē
¶ Difficile eſt fateoꝛ ī hac re ſe aurea me
diocritate tenere. ſed ſpūalis oīa diiudicat
velut in aere ſplēdido radiāte ſole. velut p
terea in fonte lucido ⁊ illimi. iudicat inſu
per omnē diē. Carnalis vero iudicat ve
lut ī aere tenebꝛoſo ſole nō radiāte aut ve
lut ī fonte turbido ⁊ limoſo. nō diſcernēs
de groſſis etiā reptilib⁹ venenoſis imixtis
velut pterea in domo caliginoſa vix attre
ctando diſcernēs hec ab illis. Judicat po
ſtremo vix inter diē ⁊ noctē. ⁊ ita frequen
tiſſime ſeſe fallit ⁊ impingit in die velut in
tenebꝛis. Sed ſaluare illū debet/ſpūalis
ductrix manus. Qđ ſi renitiť/ſi ducē ſper
nit/ſi pmōſtratoꝛ ſibi. ſi prioꝛ ⁊ abbas ſu⁹
mauult eſſe/dum it p tenebras ⁊ abꝛupta
poꝛtabit quidē ille damnationē ſuam et
dux liber euadet.

## ¶ Propoſitio XI

p P ollutionē coꝛpalē qñq̄ꝫ prece
dit cōſenſus. qñq̄ꝫ comitať. qñ
q̄ꝫ ſenſus eſt circa eā nō conſen
ſus. qñq̄ꝫ vero ſenſus eā opať.
et ita fit nō ſolū cū cōſenſu vel ſenſu. ſed ex
cōſenſu. ¶ Ultimū hoꝝ grauı⁹ eſt. ⁊ red
dit ꝓpꝛie pollutōē culpabilē. Deniq̄ꝫ tria
pꝛima/licet nō reddāt ꝓpꝛie ⁊ de p ſe pollu
tionē culpabilē/ſunt tm̄ ipa culpe ⁊ pecca
ta. Alteꝝ vero. qñ ſcꝫ pollutio fit cū ſenſu
non tm̄ cū cōſenſu/nō eſt de p ſe peccatū:
imo frequēter auget meritū tanq̄ꝫ materia
virtutis dū reſiſtiť violētie paſſionis. que
dū ſentiť ipa magis ⁊ magis allicit et im
pellit. quare ſimiliter reſiſtentia habet pl⁹
virtutis. ¶ Addamus ꝙ etſi pollutio coꝛ
poꝛalis et vere ſeminalis diurna vel no
cturna/nullo modo debet ſciēter extoꝛque
ri etiā pꝛo ſanitate vel alleuiatione coꝛpo
ris vel iudicij ratōnis conſequēdi. Si ta
men dum ſine tali cōſenſu procurāte eam
vel extoꝛquēte/pꝛouenit ipa placeat. non
quia delectatio eſt. ſed quia alleuiationē
coꝛpoꝛis opatur. hec non iudicať eſſe pec
catum. Uideat tamē homo pſertim noui
tius/ne hmōi complacētia ſe ſeducat. pre
tendens vnū. ⁊ agens alterū. Salubꝛius
eſt itaq̄ꝫ cogitationes et iudicia circa rem
hanc diuertere/q̄ꝫ habere.

# Propoſitio .XII.

Pollutio diurna vel nocturna
dũ ſentit̃ effluere/nõ dꝫ violent̃
ꝓhiberi ſi ꝓbabiliter eſtimet̃ ꝙ
hmõi violẽtia fruſtra eẽt. nihil
omin⁹ ꝑ exercitatõe virtutꝫ/⁊ ꝑ euaſiõe ꝑi
culi videt̃ expediẽs vt hõ conet̃ ꝓhibere ꝗ̃
tũ ſentit vel expit̃ ꝯmode fieri poſſe. Quo
niã etſi hec retentio nocere debeat corꝑi ꝓ
derit aĩe. Natura deniqꝫ/poſtmoduꝫ vno
modo vel alio/talẽ hũorẽ a ſe eijcit. Patet
in mulierib⁹ puerperis. quibꝫ ſiccant̃ mã/
me dũ non elicit̃ lac. alioqui ſemper fluere
ꝑatũ eſt. Sic pollutiones iſte/imo ⁊ pru/
ritus/tutius nõ vtendo vel nõ exercendo/
ſed abſtinendo vincunt̃. Sciũt exꝑti etiã
in pruritu ſẽſuali. ¶ Hec aũt pollutõ etiã
in vigilia/ſi in principio vſqꝫ ad finẽ ha/
beat iugiter rõeꝫ et voluntatẽ renitent̃ ꝗ̃
tum põt/iuxta caſũ negocij/volũtas repu
tabit̃ nedũ nõ peccaſſe mortaliter/ſꝫ mul/
tipliciter meruiſſe. Iuxta illud beate Lu/
cie Si me inuitaꝫ corruperis/mihi caſti/
tas duplicabit̃ ad coronã. Poteſt aũt caſ⁹
diurne pollutionis euenire circa eos qui
habent de neceſſitate audire cõfeſſiones.
vel aliqua talia cogitare vel agere/ad que
ſequit̃ aliqñ renitentibꝫ eis toto poſſe. ⁊ ſi
bi ꝑcauentibꝫ ab initio vſqꝫ ad finẽ/talis
paſſio feditatis. Qꝺ ſi quis dicit/omittat
talis qui tam fragilis eſt ⁊ lubricus/audi/
re ꝯfeſſiones. ⁊ ꝑdicare. ⁊ ſilia. Rñdet̃ ꝙ in
multis caſibꝫ non optet hoc fieri. ꝓpter ne
ceſſitatẽ cõſilij ⁊ euitationẽ ſcãdali. ⁊ obli/
gationeꝫ officij. Sed q̃les ſunt iſti caſus
nõ põt generaliter arte determiari. Refera
mus hoc ad illud qꝺ ſapiẽs iudicabit cir/
cũſtantiaꝝ ꝯditione penſata. ¶ Conſulo
tñ vt auditur⁹ cõfeſſiones in hmõi ꝑiculo
accedat prepat⁹ cũ timore ⁊ tremore. Auer
tat inſuꝑ quãtũ poteſt faciẽ ſeu oculũ car
nis ⁊ nõ minus oculũ mentis/ab aſpectu
ſenſuali illi⁹ qui loquit̃ vel cõfitet̃. ſed aſcẽ
dat in arcẽ rõnis. Illicqꝫ recogitet aĩam il
lius velut egrotã ⁊ ſauciã. qꝛ caro non pro
deſt quicq̃. Deniqꝫ celebratur⁹/ſi põt of/
ficiũ hoc differre poſt miſſam ſuã/tutius
agit. qm̃ recẽs hmõi fluxus plus impedit
celebrationẽ ꝗ̃ vetus. Cõſtituat ſe pterea
cõfeſſor in illo ſtatu corꝑis in quo minus
ſtimulabit̃. vt ſtet. vel flectat genua. vel ali
cubi ſe ꝓſternat. ¶ Sit inſuꝑ ſermo ſuus
dũ ad talia ventũ fuerit/breuis ⁊ rigidus:
ꝑſertim vbi ꝯfitens pat⁹ eſt nõ renitẽte ve
recũdia/ſpõte totũ vir⁹ euomere. Sed vbi
ꝑ affabilitatẽ quandã optet a cõfitẽte ni
mis verecũdo/nuditatẽ ſue feditatis extor
quere/ꝑfecto maius ineſt ꝑiculũ. Sed ſi
charitas ad hec feda ſcrutãda deſcẽdat nõ
curioſitas aut lubricitas/iuuabit charita
tis auctor deus. faciẽs cũ tẽtatione ꝓuen/
tum. ¶ Notent̃ ad intellectũ pleniorẽ pre
miſſoꝝ primo ſumma cõfeſſoꝝ titulo. iij.
li. iij. de bigamis vbi querit̃ quõ ꝑdit̃ vir/
ginitas. Itẽ tractatul⁹ quẽ aſcribũt aliqui
ſancto Thome. ſed magis apparet ex ſtilo
⁊ materia ꝙ ſit Bonauẽture ꝗ̃ icipit. Qm̃
fundamẽtũ ⁊ ianua. ⁊ eſt vtilis multũ.

¶ Finit.

# Dialogus ſophie

⁊ nature ſuꝑ celibatu ſiue caſtitate eccleſia
ſticoꝝ ꝑ eundẽ cancellariũ cõpoſitus lug
duni Anno dñi. M.cccc.xiij.

Dialogus apologeticus. ꝓ ce
libatu eccleſiaſticoꝝ. cui⁹ col
locutores ſũt Sophia ⁊ na/
tura. cõtinet actus quatuor
principales. ¶ Prim⁹ inue/
ſtigat finẽ humane ꝯditionis. qui non eſt
principalis vt generet. ſed vt felix viuat.
¶ Scꝺs rõcinãdo cõcludit ipi nature/ꝙ
caſtitas moralis. nedũ mr̃imonialis ſꝫ eti
am virginalis atqꝫ vidualis/in multis eſt
laudabilis. ¶ Terti⁹ h̃ idẽ deducit de he/
roica caſtitate. q̃lẽ nature diſcipuli/vel co/
luerũt vel beatificauerũt vel cõſuluerunt.
¶ Quart⁹ ſpẽaliter inſiſtit circa diuinalẽ
caſtitatẽ. q̃lis imponit̃ eccleſiaſticis viris
vltro. cũ ꝑpetua mr̃imonij negatõe. cũ de/
dicatõe ad deũ. cũ celebri rebꝫ ſacris appli
catõe. vbi tandẽ nature pax eſt cũ ſophia.
¶ Alloquit̃ in primis ſophia (q̃ ⁊ ſapiẽtia
froneſis aut theologia dꝛ) naturã. quã ex i
ſpectõe cuiuſdã dialogi/ꝑ egregiũ militẽ/
dñm Guilhermũ Sayguet nouiter editi
indignatã ſenſerat/ꝯtra votũ caſtitatis ſa
cerdotũ occidẽtaliũ/ex ꝯſtitutõe cõcilij ni
ceni. Eſt igit̃ principiũ verboꝝ ſuoꝝ/ve
ritas euangelij. Sophia.

# Primus actus

Sunt eunuchi q̃ ſeipſos caſtraue/
runt/propter regnũ celorum. qui
poteſt capere capiat Math. xix.

Ne murmurauerís igit adverſus caſtitatem ſoror natura. quoniam ſummꝰ mgr̄ et dñs noſter ꝓtulit hoc verbũ in grãde ꝑconiũ volũtarie caſtitatis. ¶ Natura. Quis poteſt o ſophia capere verbũ iſtud? Quis cũ verbis ſũmi p̄ris nr̄i ɔcordare/ qui prima mei ɔſtitutione dedit legẽ talẽ. neduꝫ hominibꝫ ſed animãtibꝫ omnibꝫ/ vt creſcerent ꝛ multiplicarent. nec dubiũ q̄n ꝑ generationẽ: Creſcite inq̄t ꝛ multiplicamini ꝛ replete terrã. Hinc dictũ eſt a diſcipulis meis p̄his: ꝙ ſum ego natura vis inſita rebꝫ. ex ſilibꝫ ſimilia ꝓcreãs. Eunuchorum vero quis generat. quis multiplicat. quis deniqꝫ terrã replet? Nõne dũ ſponte id fecerint/ meis imo diuinis legibꝫ ſe quaſi p̄uaricatores opponũt? Nõne fiunt inutile lignũ non afferens fructuꝫ. ꝛ ꝓpterea iure maledictũ? ¶ Sophia. Nolito putare ſoror natura/ ſumus eñi vnius patris filie. qui deꝰ eſt vnicꝰ. Nõ putaueris inquã deum/ nr̄m patrẽ. diſſenſionis eſſe ſpiritũ in quo ſit eſt et nõ. qui dictis ſuis diſſonꝰ ſit in lege ꝛ in euangelio. ¶ Natura. Nequaq̄ ita prorſus errauerim. ſed inde rapior in admiratõnẽ. quo mõ fiet iſtud quod tu dicis. vt cuꝫ mea lege ſtet in euangelica veritate laudabilis ꝛ vltronea caſtratõ eunuchorũ/ qui terraꝫ replere non poſſunt? ¶ Sophia. Uide ne ſis tu ꝛ tui/ illoꝝ de numero de quibꝫ magiſter meꝰ ieſus chriſtus vtiqꝫ deus tuus p̄miſit/ ꝙ nõ omnes capiunt verbũ iſtud. Deinde facta diſtinctione de triplici modo eunuchoꝝ/ ſubiũxit de vltimis. Qui poteſt capere capiat. Forſitan ꝛ tu capere nõ potes. ¶ Natura Cur illud nõ potero te doctrice/ quam fateor meam eſſe magiſtrã. ¶ Sophia. Si magiſtrã me recognoſcis. te diſciplinã exhibe. te credulã p̄be. Nam oportet omneꝫ qui diſcere vult/ credere: in tuis etiã diſciplinis. quãto plus in meis. que ſuperãt in multis/ tui facultatẽ ingenij. quãuis ĩ nullo vero tibi ſim prorſus ɔtraria vel aduerſa. Sed eſt veritas que ſupgredit veritatem. Prima cernit in lumine fidei ſeu reuelationis/ deſcẽdentis a patre luminum Alteri cõſpiciende/ ſufficit tuũ lumen naturale. Nõ aliter in doctrinis iudica q̄ȝ in operibꝫ. qualia ſepe eſſe cognoſcis effecta ſupra vires tuas. vt ꝙ ſol ſtetit. ꝙ virgo peperit. Quibꝫ ideo miraculorũ nomen indidimus. quia nõ potes ipſorũ continge rerationẽ. ¶ Natura. Si penitus ita ſit vt nullo pacto capere valeã quod inquiro quid oro niſi ſilere relictũ eſt et ponere digitum ori meo? ¶ Sophia. Bene ſperaueris. quere cũ humili pietate/ nõ animoſitate proteruia. Conabor tibi oſtẽdere cõcordiam euangelij cũ lege celibatus cum matrimonij caſtitate. cum fecũditate gratie celibatũ. ¶ Natura. Gratum id effeceris mihi. Ecce tibi me diſcipulã exhibeo docilem. dicito que vis. ¶ Soph. Querendum in primis eſt/ ne nos proprie vocis ignorãtia ſeducat/ quis ſit intellectus huius tue. imo diuine legis. Creſcite ꝛ multiplicamini ꝛ replete terrã. ¶ Natura. Nimirum talis. vt ꝑ copulam maris ꝛ femine/ ſpecies in ſe remaneat per ꝓpagationẽ indiuiduorũ cõtinuã. ¶ Sophia. Oportet ne quippiã aliud attendere. p̄ſertim circa genus humanũ quod ratione regi debet? ¶ Natura. Quis vis attendat aliud? ¶ Sophia. Eſt ne precor finis altior hominis q̄ȝ vt viuat hic in terris more brutorum ꝛ ſe per generationem multiplicet. ¶ Natura. Si ſit alius tu ɔmone vel edoce. ¶ Sophia. Recte petis. quoniã ignorato fine cuiuſlibet rei/ nihil ſolidũ de eadem fieri poteſt. Dixerunt itaqꝫ diſcipuli tui. ꝙ ſm exigentiã finis/ cetera debẽt moderari. Eſt enim cauſa cauſaruꝫ/ mouens alias omnes. ſicut efficientẽ formalẽ ꝛ materialem. Cum ergo ſcire/ ſit rem per cauſam cognoſcere. ſupereſt in hac cõquiſitione noſtra/ vt prima potiſſimaqꝫ cauſaruꝫ non lateat. ¶ Natura. Supereſt agnoſco ¶ Sophia. Sumamus in primis a fine cõpendiũ. prout ſuadet diſcipulꝰ tuus plato. ꝛ dicamus ꝙ finis hominis/ eſt cognitio intuitiua ꝛ fruitio/ ſummi boni/ in vita ꝑpetua. Quid refugis? Quid attonitam te ſtupor inuadit? Sentio te non capere mortales fieri immortales. nec terrenos in celeſtes cõmutari. Uerũtamen deus/ noſter cõmunis pater ita ſanxit. ita mihi meiſqꝫ ſua diuinitus illuſtratione retexit. Reſpiraueris aũt. Ego familiarius interea tecũ agam. ſciſcitans a te quẽ eſſe finem propriũ hominis vt homo eſt/ diſcipuli tui (quos dicunt p̄hos) poſuerũt. quẽ finem appellauerũt felicitatem. Et ne gratis per diuerticula tot opinionũ vagabunda perres/ volo mihi narraueris ſententiam illam que tibi probabilior eſtimatur

et verioꝛ. ¶ Natura. Faciā vt petis. grām
hn̄s tali ꝯdeſceſſioni beniuole. Nā ad illa
que ꝑmiſiſti ꝑrupta mō ſcandere vires
nō ſufficiūt. ¶ Soph. Cōualeſces tandē
me duce meoqꝫ lūie. ſic qꝫ potēs fies. Dic
interim de petito. ¶ Natura. Magnus ĩ
ter meos cultoꝛ Ariſtoteles nec a meaꝝ ſe
mitis rōnū deuiās hac ⁊ illac. more pluri/
moꝝ/ ꝯcluſit ⁊ ꝯſtituit in ethicis ſuis. fe/
licitatē hoīs in ꝯtemplatione prime cauſe
qm̄ illa eſt opatio optime potentie hoīs/
circa optimū obiectū ſuū. De hic quid ſto
ici. quid epicurei. quidqꝫ platonici ſenſe/
rint de fine hoīs/ ſum prompta referre.
Soph Sta. Sufficit ad pn̄s hoc vnicū
pro re quā agimus verbū Ariſtotelis tui
qm̄ ꝑ oīa cōſonū eſt mihi meiſqꝫ diſcipli
nis. Sed altioꝛa noſtra migrare non va/
luit. deficiebat ſibi creaturaꝝ ſcala. ꝑ quā
ſempꝰ eniſus eſt ad veritatem. nō habēs et
te natura/ viā alterā. Propterea me dedit
deus filijs hoīm quatenus deducerē eos
ab illa felicitatis arce in qua ſtetit Ariſto/
teles/ ad principiū felicitatis eterne ſupra
modū ſublimioꝛis. quā xp̄s noſter credēn
dam/ ꝑ me meoſqꝫ infallibili reuelatione.
firmauit. ¶ Natura Sit ita. Quid valꝫ tā
dem iſte circuitus ad rem primo ꝓpoſitā/
de concoꝛdia caſtitatis eunuchoꝛū ſpōte
caſtratoꝝ/ cū mea lege de multiplicatione
filioꝝ. quales vtiqꝫ gignere nequeūt ꝗ ma
nere volunt aut foꝛte cogunt eunuchi vel
caſtrati. prout apud tuos quos eccleſiaſti
cos nomiant/ copiam videmus ingentē.
¶ Soph. Certe ꝑ oīm̄ modū rite ꝓceſſi
mus. dum finē inueſtigauimus hūane cō
ditōnis. qꝛ finis eſt qui rebꝫ omnibꝫ neceſ
ſitatem legis imponit Ad quem nō aſpi/
cientes/ circa humanū genus delirant in/
tolerabiliter. ſimile de hominibꝫ vt de iu/
mentis ⁊ brutis ferentes iudiciū. ¶ Natu
ra. Perge vltra. ¶ Soph. Pergo docēs
et conceſſis tuis. ꝙ laudabilis nedum mi
hi ſed tibi tuiſqꝫ/ caſtitas eſſe debet. Non
dicam in omnibꝫ et ſingulis. alioquin ꝑi/
ret ſucceſſio. ſed in nonnullis nec paucis.
¶ Natura Miroꝛ ſi potueris hec oſtende
re. ¶ Sophia Oſtendam ne dubites. de
ſit tātūmodo auida temerarie ꝯtradictōis
proteruia. ¶ Natura Deerit ſpondeo.

## ¶ Secundus actus principalis.

N Obis de caſtitate ¶ Soph: D
locuturis. opoꝛtet ne fallat eq/
uocatio cognoſcere tā deſcripti
ue qꝫ diuiſiue conditionem ca/
ſtitatis. Eſt autē caſtitas/ virtus modera/
tiua paſſionū partis concupiſcibilis. ſcir/
ca venereas voluptates. ſicut ſobꝛietas cir
ca delectationes guſtus in cibis et potibꝫ
moderatur. Hoc ariſtoteles tuus. hoc to/
ta diſcipuloꝝ tuoꝛum ſcola proclamat.
¶ Natura Nec reclamo Jquo vadis.
Sophia. Caſtitatē ſic deſcriptā triplica/
mus ſeu tripliciter diuidimus. in caſtita/
tem moꝛalē heroicā et diuinalem. Et qui/
dem de moꝛali quia notioꝛ eſt/ prioꝛ erit
ſermo. deinde de heroica. poſtremo de di/
uinali tractabimus. ¶ Natura Placet vt
vis. ¶ Sophia Caſtitas moꝛalis quem
admodū cetere moꝛales virtutes/ conſiſtit
in medio. Eſt enim virtus/ habitus electi
uus in medio cōſiſtens quo ad nos. vt ſa/
piens iudicabit. Coniecturatꝛ vero medi/
um caſtitatis. vt nec excedat caſtus nec de
ficiat circa venereos actus ſm̄ ſex circūſtā
tias in generali. que ſunt. perſona. locus.
cauſa. tempus. modus. materia. vt fiat. ſ. ꝑ
quē opoꝛtet. cur opoꝛtet. vbi opoꝛtet. quā
do opoꝛtet. quomodo opoꝛtet et circa qð
opoꝛtet. alioquin laude carebit. Quis. qð
vbi. quādo. cur. quomodo. cernere debes.
¶ Natura Et quo pacto plus in homine
qꝫ in ceteris animantibꝫ: Cur nō homini
bus/ nec legis inſtinctus primū inſitus/
ſufficit. vt multiplicentꝛ et creſcat et repleat
terram: ¶ Sophia. Cur non ita queris
rationē. Quare deus omnia ſubiecit ſub
pedibꝫ hominis. oues ⁊ boues vniuerſas
inſuꝑ et pecoꝛa campi. volucres celi et pi/
ſces maris. et nō cuiuis animantiū cetero
rum. ſi parem eſtimas legem vtroꝛumqꝫ:
Sed plane datum eſt et inſitum homini/
bus liberum arbitriū/ quo reliqua carent
omnia. Eſt autē liberum arbitrium/ facul
tas rationis ⁊ voluntatis. quaſi liberum
de ratione iudicium. Hinc dominiū acce
pit ſuper irrationabilia quelibet. quaſi ſer
uilia ſub libero. Hinc ſemetipſum per il/
lud liberum arbitriū regere debet ſub quo
eſt appetitus ſuus ſenſualis vt domine/
tur illius. Hinc illa conſurgit aurea me/
diocritas/ debita ſuis actibus. Hinc deui
ando per plus et minus debito/ iure cul/
patur. Tu vero natura per te ſolā ſub deo

patre ſummo/regis ⁊ dirigis omnia/que
ratione͂ hm̄oi no͂ habent ſibi co͂iunctam.
A te deniq̃ plus aguntur ꝙ̄ agant. nec in
ſuis motionibꝫ crime͂ habent. ſicut nec ꝓ/
priā qua regant͛ ꝯiunctā obtine͂t ratione͂.
Proptea neq̃ caſtitas neq̃ ſobrietas ne/
q̃ generaliter virtus aliqua moralis. repi
untur in brutis. niſi forte per metaphori/
cam locutione͂. vt turtur caſta. caſtus ele/
phas. canis prudens. leo fortis. manſueta
colūba nominant͛. Et ex oppoſito ꝑ ſimi
litudine͂ vicioꝝ. ſuꝑbus equus. aſtuta vul
pes. vorax lupus. ſus luxurioſa. ¶ Natu/
ra Animaduerto que dicis. nec a meis ſūt
aliena principijs Jam inſuꝑ velut a lon/
ginquo quid moliris odoro. ¶ Sophia
Jtaq̃ molior oſte͂dere ꝙ caſtitas ꝑpetua/
no͂ tibi ſemꝑ eſt aduerſa. ¶ Natura Jmo
certe iuxta deductione͂ tuam ⁊ deſcriptio/
nem/nulla mihi caſtitas ſicut nec virt⁹ ali
N qua moralis exiſtimāda e͂ ꝯtraria. ¶ So
phia Recte ſentis ⁊ co͂cludis Unde ſum/
murmuras ergo ſi ſint eunuchi qui ſe ca/
ſtrauerunt ꝓpter regnū dei? ¶ Natura Nū
quid non iure co͂queror de talibꝫ qui ſe to
tos ⁊ pro ſemꝑ/ab officio generationis ab
dicant? None peccant in extremoꝝ altero
qui tanq̃ agreſtes vel inſenſibiles/omni
dant operationi veneree repudiū? nonne
ſubiectū ꝓpriū ſpecie͂q̃ deſtruunt. ¶ So/
phia Quid ſi palā ex co͂ceſſis tuis mo͂ſtra
uero tale aliquid fieri poſſe multis caſibꝫ
cum tuis legibꝫ ⁊ virtute? Quid ſi videas
equos ad libidine͂ proniſſimos/ex equa/
rum vſu debilitari. quibꝫ abſtinentia tota
lis/dat ſicut ⁊ multis alijs/robur et incre/
mentū vſq̃ in ſenectā et ſeniū? Adeo vis
eſtimatiua circa venerea fantaſiam ꝙ̄ ab/
ſtinentia magis ledit. Sed quere͂da ſunt
rurſus aliqua: quatenus efficiatur proceſ
ſus lucidior: Concedis abſq̃ ſcrupulo ꝙ
opus generationis non eſt paſſim ab ho/
minibꝫ exerce͂dū niſi quādo oportet ⁊ vbi
oportet. ⁊ de reliquis ita circūſtantijs?
Natura Concedo. ¶ Sophia Des igi/
tur oportet regulas ad iſtarū cognitione͂
circūſtantiarū/quales tui diſcipuli (areſto
teles potiſſime) tradiderūt. Etſi nullus eo
rum ad ſupremā purā ⁊ liquidā conſpexe/
rit veritate͂. quia tuo lumine no͂ meo (q̄d
ſuꝑnaturale eſt) ſuū exercebant mentis in
tuitū. Propterea diuerſas in ſectas ⁊ ſciſ/
mata/partiti ſunt. quarū multas/tuus co/

arguit areſtoteles. Ut ꝙ mulierū debebat
eſſe co͂munitas in vſu: more brutorū quo
rundā animaliū. Neq̃ enī ſunt omnia ta/
lis intemꝑate co͂ditionis. ſed ſociali quo/
dam indiuidualiq̃ vinculo mas ⁊ femel/
la co͂iungūtur. ſicut in auibꝫ plurimis cer
nere eſt. Dicebant alij debere paſſim ho/
mines cum feminis in publico miſceri ve
lut canes Jnde cinici id eſt canini dici re
feruntur. Laudauerūt alij co͂iugium. ſed
hoc pacto ne plures eſſent vni⁹. aut ꝙ co͂/
cubinatus no͂ inde tolleret͛ quaſi culpabi
lis. ꝙ̄uis honoris legitimi minus habe͂s
Addiderūt no͂nulli fornicatione͂ ſoluti cū
ſoluta no͂ eſſe peccatū. imo crudeliter agi
queſti ſunt co͂tra genus humanū/ſi no͂ li/
ceret vti libere/ꝓprio corꝑe/ſine cuiuſpiā
iniuria/querendo voluptatem. Sileo de
barbaris nationibꝫ recto rationis iudicio
carentibꝫ. vel ꝓpter indiſpoſitione͂ corꝑis
vt cernimus in naturaliter fatuis. vel ob
ꝑuerſione͂ co͂ſuetudinis. No͂ loquar de be
ſtialibus. non de melācolicoꝝ mille ſpecie
bus/in ſubuerſione recti iudicij. Deniq̃
nolo totam hic ⁊ nunc materiā (que latiſſi
ma eſt) de caſtitate proſequi. Satis mihi
fuerit centrū illud attigere. circa quod no/
ſtra p̄ſens collocutio verſat͛ et voluit͛. Uo
vt fiat co͂pendioſius. co͂ueniamus precor
in aliqua poſitione vel certiſſima vel ꝓba
biliore. Alioquin vagari ꝑ omnia ſatage͂
tibus/nuſq̃ finis. ¶ Natura Conuenia
mus aſſentio. memor ſponſionis mee pri
oris/diſcipulam me docilem/non proter/
uam eſſe velle. ¶ Sophia Modeſte fa/ O
cis. Coartetur idcirco ſermo noſter ad il/
los et pro illis inter quos eſt hic ⁊ nūc no
ſtra conuerſatio. ad chriſtianos loquor. q̇
nullo pacto damnant coniugia legitima/
ſed honorant ⁊ colunt. tradentes pro rela
tione partis generatiue/circūſtantias ſex
debitas ꝙ concubitus ille tibi nature con
ſonus/conceſſus inſuper imo iuſſus eſt a
ſummo patre noſtro deo qui ſit inter illas
perſonas quas ipſe coniūxit exemplo pri
morum parentū. dans mulierem in adiu/
torium viri/vt relinqueret patrem et ma/
trem. et adhereret vxori ſue. Jtaq̃ iā ſunt
duo in carne vna ad opus co͂mune filio/
rum. vt creſcant ⁊ multiplice͂tur ⁊ repleāt
terram. ¶ Natura Etſi ſint plurime natio͂
nes/neſcientes vel non admittentes rela/
tionem huiuſmodi ſic artatā. nihilomin⁹

terminis bis concludi non recuſo.qꝛ mul
tiplicationē generis humani non adnul/
lāt.videntꝫ poti⁹ honeſtare ipam/per ſacra
cōiugij federa caſtitatē. ¶ Sophia Ho/
neſtant certe/ꝓpagatōnēq; filioꝝ reddunt
eis vtiliorē/q̄ vagus incertuſq; concubi/
tus. Qua in re ſtatim colligo/non tibi di/
ſplicibilez eſſe caſtitatē/ coniugij limitib⁹
aſtrictam.eo ꝙ fecunda eſt huiuſmodi ca/
ſtitas/generans qn̄ oportet et vbi.cum ce
teris circūſtātijs. ¶ Natura Nullo pacto
diſplicet. Sꝫ qualis me moleſtat caſtitas
intelligis.videlicꝫ/ q̄ ſe totam eunuchiſat
et caſtrat.que valefacit omni cōcubitu/ q̄
ſine/ prolificat nullus. Talis eſt caſtitas
illa/quā nominant virginitatē. Hec/ꝑpe
tuam carnis integritatem/omnis expertē
actus coniugalis/ſemꝑ retinere gloriatur
Alteram dicunt vidualem/ differentez in
hoc a virginitate/ qꝛ iaꝫ experta venereos
actus vel in coniugio licite.vel illaudabi/
liter extra cōiugium/ nihilominus habet
hoc cum virginitate cōmune/nunq̄ gene
rationi filioꝝ intēdere velle. ¶ Sophia
Diſtinxiſti ſubtiliter triplex genus caſtita
tis moralis. cōiugalis ſcꝫ virginalis atq;
vidualis.extenſo nomine qualiter expreſ/
ſiſti vidualez accipiens. Nobiſcū vero con
uenis de caſtitate ꝯiugali.nondum de vir
ginali et viduali mecum ſentis. Et hoc ſu
pereſt vt probemus.hic artis eſt.hic cardo
p̄ſentis diſcordie. ¶ Natura Sic eſſe con
cedo. ¶ Sophia Teneamus que p̄miſſa
ſunt omnia/ protinus in cōcordiam veni
em⁹. ¶ Natura Tenebūt. ¶ Soph. Si
dedero tibi caſus plurimos et apud mul/
tos homines/ quibus non potuerunt ipi
cōiugalibus vti cōmercijs vel de facto vel
de iure toto tꝑe vite ſue.cōſequēs eſt vt ca
ſtitas in eis ꝑpetue cōtinentie a generatio
ne filioꝝ ꝑmaneat. ¶ Natura Cōſeq̄ns ē
¶ Sophia Atuero facilis ē antecedētis
deductio trib⁹ modis in generali Unus ē
facti.alius iuris.et tercius electō cōditōis
melioris. Et quidē hūc terciū modū/ſepa
tim poſt tractabimus.nunc de duob⁹ pri/
mis pauca de tot exēpla tangem⁹. Quis
impedimenta facti negauerit/ que ſe corā
aſſidue ponūt.vt corꝑalis caſtratio.vt in/
ualitudo et naturalis frigiditas.ꝛ incarce
ratio perpetua.vt defectus apte mulieris.
Sic viceuerſa de femineis obſtaculis.
Natura Nunq̄ iſtos negauerim caſus/
quos nobis oculus indicat. Sꝫ quid no
bis de neceſſitate/cum loquimur de virtu
te. ¶ Sophia Multū per omnē moduꝫ.
quādo fortis ꝛ ſolers animus facit de ipſa
neceſſitate virtutē. quādo detrimentū ver
tit in meritū. Rurſus vbi defuerit aliquā/
do neceſſitas huiuſmodi naturalis que fa
cti dicitur/concurrere poteſt altera que iu/
ris eſt. quādo de iure nō de facto negatur
omnis ab homine mare vel femella/con/
iugalis aſſociatio. ac perinde prolificatio
Exemplū in ſeruis empticijs quos nube/
re domini vetant. Exemplum de pauꝑib⁹
et egenis/ non habentib⁹ vnde tolerarent
onera cōiugij vel prolem cōuenienter edu
carent. Exemplū de leproſis/pie nolenti/
bus progeniem ſimiliter eis inficiendam
gignēre. Exemplū de fedis ꝛ turpibus/ tā
viſu q̄ victu nō ſatis tolerabiliter in ma/
trimonio cōuicturis. Exemplū de viduis
et viris et femineis/ habentib⁹ pueros iaꝫ
vix educabiles ab eis.quib⁹ beniuolentia
prouidenti/nolūt ſuꝑinducere copulā no
uercalem. Quidni caſibus omnib⁹ iſtis ꝛ
ſimilib⁹/ eligatur caſtitas ꝑpetua ſeu vir/
ginalis ſeu vidualis? Quanq̄ mala que
premunt/ hanc inducāt. nihilominus idō
voluntaria dici poteſt atq; moraliter lau/
dabilis.quia voluntas inducta voluntas
eſt. quēadmodū tuus oſtendit ariſtoteles
de proijciente merces in mare ne pereat.
Poſtremo ſi paſſim caſus inueniūtur in
omni ſexu etate gradu/ quib⁹ pōt imo de/
bet vacatio fieri ab actu generationis ad
tempus/nunc magnum nunc maius quā
doq; maximum/cur non poterit hoc con/
cedi cadere poſſe per totum tempus vite?
Habes igitur demonſtratam tibi quam
preaſſumpſimus propoſitionez/ꝙ lauda/
bilis ſepe eſt ex circunſtantijs caſtitas ſeu
virginalis ſeu vidualis generationi nūq̄
vacans. ¶ Natura Negare non valeo.ni
ſi memet in preconceſſis negauero. Uerū
tamen mea non tollitur exinde querela ſu
per illis quos a talibus impedimentis li/
beros(qualia nominaſti)volūtas (neſcio
que)ſpontanea(niſi potius obſtinata vel
agreſtis vel innaturalis dicenda eſt)remo
uet ab actu procreationis liberoꝛuꝫ. Hoc
eſt cur de tuis eccleſiaſticis ſtomachabar/
ob niceni cuiuſdam conſtitutiones conci
lij de perpetuo taliuꝫ celibatu. ¶ Soph.
Senſeram. volui tn̄ vti circūlocutōnib⁹

ante dictis ad introductionem ſequentium. Subiungetur inſuper ratiocinatõ de caſtitate heroica poſt moralem priusq̃ʒ de diuinali quã adeo grauem cenſes. verbum fiat Beniuolam te dederis et attentam et docilem. ¶ Natura Laudabis videns.

## Tertius actus principalis.

¶ Sophia.

Recorderis oportet eorum que prior actio concluſit de fine cõditionis humane. ¶ Natura: Nimirum ille eſt contemplatio prime cauſe ſcd̃m deductionem Areſtotelis mei: q̃uis de felicitate politica et yconomica quedam alia ſed non aduerſa tradiderit/reponens eam in tranquillo conuictu ciuium per ſe ſufficienti. ⁊ in diſpoſitione bona domus. ¶ Sophia Loquamur interim d̃ felicitate monaſtica ſeu ſpeculatiua hominis vt homo eſt. ad quam practica / ſeu politica vel iconomica tandem habet ordinari. ¶ Natura Age prout vis. etſi cur ita facias/ non ſatis agnoſco. ¶ Sophia Agnoſces. nam interrogo te ſi felicitas hominis( qua nihil ei melius. nihil optabilius nihil honeſtius vtilius delectabilius eſt)adquiritur ſepe melius per caſtitatem heroicam/q̃ʒ per copulam coniugalem/ caſtitas talis erit preferenda ſeu amplectenda. Jam enim dictuʒ eſt/q̃ ſcd̃m exigentiã finis/media ſunt accipienda. que nullam prorſus habent bonitatem/ſi non ex fine. quẽadmodum veritas concluſionuʒ in ſpeculabilibus/ dependet ex primis principijs. Eſt enim finis/principium primum in practicis.

Natura Uellem exponeres quid per nomen heroice caſtitatis intelligis. ne proceſſus forte fallat. ignoro. ¶ Sophia Recte cupis ⁊ iam paulo ante reliqueram inſinuãdum/ quo pacto caſtitas nedum de facto vel de iure poterat iugiter amplecti. per non paucos. ſed q̃ hoc fieret ſeu fieri perſuaderet/conditionis electio melioris Et hic ſtamus/penſandã dicentes heroicam caſtitatem. ex duobus maxime. primitus ex fine felicitatis. dehinc ex electione continẽtie virginalis ſeu vidualis ad ſemper ⁊ pro ſemper. propter adeptionem faciliorem huius finis. poſſem dictis et exemplis cultorum tuorum/ deducere. Nihil credo plus obeſſe veritati vel adquirẽde vel ſpeculande( potiſſimum de cauſis altiſſimis)q̃ʒ voluptatem veneream/q̃ʒ cõtractum illum corporũ ſine quo vxor cum liberis haberi non poteſt. vbi ſorbetur et abſorbetur rationis iudicium. vbi nihil virile. nihil altum/nihil celeſte/mens que tali ſe dederit paſſioni / ſinitur meditari. Quid igitur ſi ſenſerit adoleſcens/vel tuo vel diuino munere vel alterius ꝯmonitione/ perpetuam huius furoris carentiam conferre plurimum felicitati capeſcende/ ad quam conditus eſt homo. Nonne poterit conſulto velle iugiter continere/ mortificando tyrãnicam huius moribũdi corporis rabiem. ne reuocet aut retrahat aut deturbet / ad alta tendentem? ¶ Natura. Ecce in modico ſuades continentiam ſicut et felicitatem omnes homines debere complecti. Sic perinde qualis poterit ſuperſtes eſſe poſteritas? ¶ Sophia Non hec formidaueris. quia ſicut non omniuʒ eſt heroicos eſſe id eſt diuinos/et ſuper cõmunem hominũ conditionem eleuatos/ ita nec taliter caſtos exiſtere Propterea dicit magiſter noſter et dominus. Qui poteſt capere capiat. Nõ eſt omittenda laus libertatis/non liberalium collaudatio ſtudiorum/formidando ne ſerui remaneant nulli/ne preterea mechanicis nemo deditus inueniatur exercitijs. Rara ſunt excelſa omnia. ſemper quoqʒ vilium aut mediocrium/maior erit numerus. ſuaſione optimorum non extante. ¶ Natura. Atuero difficilis. ne dicam impoſſibilis eſt hec heroica vel horrida caſtitas. ¶ Soph. Difficilis eſt fateor. ſed tendit ad ardua virtus. Difficilis. ſed apud plurimos adoleſcentes et adoleſcentulas/inuenta eſt. Deniqʒ non ego ſola cum meis/ſed tui/virtutem heroicam poſuerunt. quaſi ſupra hominem. ſicut in ſolitarijs bene compoſitis. ſicut econtrario deprimit ſub homine incompoſita ſolitudo. Solitarius quippe/vel deus vel beſtia: ¶ Natura Recolo dicta meorum. Sed moderatus venereorum vſus/quin aptus ſit ad virtutis ⁊ cõſequenter felicitatis adeptionem/non palam cognoſco. Nec intemperatum laudo ſed nec prorſus nullum approbare valeo propter diuinam ſui ſimilis generationẽ: immo et propter vrgentem mei iuris neceſſitatem. Et quidem propterea. ſeparo

ſemen a ſuperfluo tertie digeſtionis . ego
debitis in vaſis illud condo. ego meatus
ei conuenientes adapto . Deniꝗ; mulce/
brem indidi deſiderabilemꝗ; ſupra mo/
dum delectationem. que continue ſtimu/
lat. queſſi nō effluendo ſedetur ledit ⁊ mo/
leſtat. aut aliquando mortificat. Hic eſt
omnium cōmunis amor. vincens omnia
de quo virgilius noſter. Omne adeo ge/
nus in terris hominumꝗ; ferarum. Equo
rumꝗ; genus pecudes picteꝗ; volucres:
In furias ferrumꝗ; ruunt amor omnibꝫ
vnus. ¶ Sophia. Declarauerís ⁊ aggra
uaueris quātulibet volueris. nunꝗ; obti/
nebis/ vt impoſſibilis heroica caſtitas iu
re putetur apud homines ſtrennue volū/
tatis quos equus amauit. non falſus iu/
piter. ſed deus verus. et quos ardens eue/
xit ad ethera virtus. quam virtutem/ mei
gratiam dicunt atꝗ; charitatem. Faſſus
eſt quippe meorum vnus. vt ſciui inquit
quia non poſſum aliter eſſe continens ni/
ſi deus det. et hoc ipſum erat ſapientia/ ſci/
re cuius eſſet hoc donum/ adij dominum.
¶ Natura Quid mihi nunc de miraculis
que ſolis innitor legibus meis: ¶ So/
phia. Neꝗ; ſane leges tue diuinum ſeclu/
dunt auxilium. ſine quo iuxta platonis
tui verbum/ nullum rite fundatur exordi/
um. Nihilominus agam tecum proximi/
us. dicam vnde fortaſſis tu ſtupeas tuꝗ;
mirentur. ¶ Natura Expecto. ¶ Soph.
Facilius eſt apud hominem qui bona vo
luntate zelat caſtitatem/ illam perpetuam
q̄ interpolatā ſine vicio cuſtodire. ¶ Na
tura Pape quid ais: ¶ Sophia Id qđ
audis Quod vt melius accipias/ conſti/
tuo duos homines/ vnum vxoratum. ali/
um celibem. continebit dico celebs facili/
us ab omni voluptatis illicite ſenſu deli/
berato vel experientia. q̄ vxoratus vtetur
moderate/ ſine quauis impudicicie macu
lantis culpa. ¶ Natura Vellem certis id
approbationibꝫ confirmares. ¶ Soph.
Sumuntur rationes ex conſideratione
ſeptuplici. ex allicientis ablatione. ex febri
li ſimilitudīe. ex pruritus curatione. ex hu
moris deſiccatione. ex iocunda conſueta/
ctione. ex virtutum aſſociatione. ¶ Natu/
ra Nolo moreris ꝑ ſingula. ſed te ad pau/
ca reſolue: ¶ Sophia Fiet. ¶ Difficul/
tas continendi/ cauſatur ex imaginatiua
virtute/ preſentante obiectum appetitui

tanꝗ; delectabile. vel directe quia mulcet.
vel indirecte. quia triſticias ſtimulantes
aufert. Cuius rei ſignum eſt. ꝙ imagina/
tione ceſſante ſuper venereis actibus/ ceſ/
ſat ⁊ eorum concupiſcentia vel appetitus
Perſpicuum fit hoc in irrationalibus q̄n
tuncūꝗ; pronis ad luxuriam. ſicut in eq̄s
tauris ⁊ canibus. Hoc expreſſit virgilius
tuus in georgicis de cuſtodia equorum.
docens eos ſepatim ab equabus alendos
eſſe. et cauſam reddit cum experientia di/
cens. Carpit enim vires paulatim vritꝗ;
videndo femina. ¶ Natura Negari non
poteſt ſenſu repugnante. ¶ Sophia. Ce
teruꝫ cauſatur imaginatio vel actuatur ex
duobus. Vnum eſt obiectum exteriꝰ pla/
cibile. ꝑceptum viſu tactu vel auditu vel
etiam olfactu. Hinc naſo Fortis equus/
viſu ſemper adhinnit eque. Hinc mago/
rum vnus apud athenas adeptus eſt mo
dico naſi adiumento vel odoramento re/
gnum. ait valerius. quoniam equum ſu/
um ex memoria odoris eque/ mouit pri/
mus ad hinnitum. ¶ Alterum imagina/
tionis excitatiuum. eſt humor ſeminalis
querens exitum. Qui ſi negetur/ ſtimulat
vt vrina ſuperabundans. vt vapor coleri
cus et igneus. cauſatꝗ; pruriginem circa
partes alias. nō minus circa genitales ca/
lida ventoſitas prurit irritat et vrit. ¶ Na
tura Voluit hoc et ingeniauit ſummꝰ au/
ctor meus. prouidens ne deſiderium pro/
pagationis per generationem ſui ſimilis/
langneſceret. Nam vt cōmeſtio ſaluat in/
diuiduum: ſic ſpeciem/ carnalis commi/
xtio. ¶ Sophia Voluit fateor. ſed ita vo
luit in hominibus/ vt motum huiuſmo/
di/ ratio ſibi data regeret. Quod et effeciſ/
ſet abſꝗ; omni difficultate rebellionis/ ſi
non ſuo primitus creatori ratio rebellaſ/
ſet. ¶ Natura. Tranſcendit hec aſſertio/
limites meos de peccato tali. perge quo ce
piſti. ¶ Sophia Nemo dubitauerit quī
coniugatus habeat obiectum principali/
ter et iugiter alliciens. quod eſt vxor ſua /
plus q̄ celebs habere cogatur. ¶ Natura
Quis hoc negat: Sed preſto ſimile eſt re
medium. per vſum conſortis legitimi.
Sophia Preſto eſt. ſed an plus equo ſuc
cendat inflammet et ardeat/ inebriet et ab
ducat/ viderint coniugati. Dicit enim ſa/
tiricus. Quid enim venus anxia curat:
Inguinis et capitis que ſit diſtātia neſcit

Quot inde deus altiſſime/ quot intempā
tiarum fediſſimarū ⁊ inconceſſarum bul/
liant riui. quot flagicia. quot contumelie.
quas turpe nefasqꝫ dicere/ ſepius erum/
pant/ tu noſti omnium cognitor occulto/
rum: Celebs interea rebus honeſtis intē
dens ac intentus nocteqꝫ dieqꝫ/ poterit a/
uertere tales quales iſti patiuntur inflam
mationes. ¶ Natura. Ceſſant he paſſio/
nes dum explentur. ¶ Sophia. Si ceſ/
ſauerint ad momentum. protinus acrio/
res irruunt. ¶ Quia libidinis vſus/ non
ſatiat ſʒ irritat/ more febrilis ardoris. quē
potus nutrit. auget et inflammat. ¶ Sic
pruritus in corpore/ ſcalpendo dum mo/
ri videtur augetur. ¶ Sic fons lactis in
nutrice/ ſugendo continuatur. qui dimiſ/
ſus areſcit. in alios verſus humores ⁊ exi/
tus. ¶ Natura. Sic ingemani multis in
rebus et modis. Sentio deniqꝫ ſimilem
tibi de ſeminis humore argumentationeʒ
ſumere velle. ¶ Sophia. Iure ſentis. ac
proinde cernis/ cauſas incontinentie pre
cipuas/ longius a celibe fieri q̄ꝫ a coniuga
to. que ſunt obiectum alliciens exterius ⁊
ſemen interius ex abundantia ſtimulans
et exitum querens. quod in celibe per ſu/
dores aut aliter ſine quauis impudicicie
culpa defluit exit aut euaneſcit. ¶ Quid
ꝙ conſuetudo/ vim tuam habet o natura.
Propterea cicero tuus bene cōſulit Opti
ma inquit forma viuendi eligēda eſt. quā
iocundam reddit conſuetudo. Sunt qui
venereas voluptates etiam licenter exhi/
bitas/ aſpernarentur vt viles vt indignaſ
vt nauſeam ſpiritui dantes. quoniam gu/
ſtato ſpiritu deſipit omnis caro. ait grego
rius vnus meorum. Talis olim noſter au
guſtinus: qui prius ambroſij ſtatum bea/
tuʒ predicabat/ niſi ꝙ celibatus ſuus one
roſus ſibi videbatur. At neſciebaʒ inquit
quales quantaſqꝫ ſuauitates ſentiret ipſe/
bene olentis caſtitatis. ſententia eſt ſi ver/
ba non teneo. ¶ His accedit virtutū alia
rum comes ipſis caſte viuentibus ſocie/
tas. que longe ſunt a ſolicitudine coniu/
gatorum/ curarum ceſſatio mordacium:
celeſtis conuerſatio. ſobrietas. frugalitas:
ſtudium liberum/ colloquens cum toto ſe
culo ſecum/ preſens ego ſophia in allocu/
tione tedij ſui. Rurſum habet ſuper ſe iu/
gum chriſti ſuaue et leue/ putreſcere faci/
ens iugum multiplex et ferreum mundi:

Non vlla ſibi parturientium faſtidia. non
educatio contumatium ſepe liberorum.
Poſtremo. locum iſtum/ multi mei et tui/
ſuper oneribus coniugij/ copioſiſſime ve/
hementerqꝫ proſecuti ſunt. precipue no/
ſter hieronymus. qui laudes nunc vidui/
tatis nunc virginitatis et aduerſum Io/
uinianum nuptias equantem celibatui:
vbi quicquid ex hiſtorijs et ſententijs ve/
terum cum ſacris literis exhauriri poteſt/
induxit. Quo fit. vt repetitione noſtra (q̄/
niam habentur in promptu) non egeant:
nec te latent. ¶ Natura Mallem laterent
meqꝫ omneſqꝫ. preſertim in hoc ꝙ laudem
virginitatis/ in improperium reprobatio
nemqꝫ vertit nuptiarum. Nec defuerunt
qui tale quid ipſi. dum viueret oppone/
rent. ¶ Sophia. Oppoſuerunt. Sed re/
ſpondit coniugium ſanctum et nuptias
ſanctas eſſe. d quibus hic dicendū nō eſt
per ſingula. ¶ Natura Si talis eſſet om
nium celibum conditio/ qualem deſcripſi
ſti. Tolerabilem mihi nō nego fore quan
dam ipſorum multitudinem. dum plures
aliorum/ intenderent quantum ſufficeret
generationi filiorum. At uero de mille vix
vnum talem inuenies Amplius. quia lau
deʒ fundas heroice caſtitatis ex fine. quia
preparat ad contemplationem altiſſime
veritatis. quid de tot meis. de tot tuis ele/
uatiſſimis et doctiſſimis/ vſqꝫ ad prophe
tie ſpiritum viris. quos ſcimus vxores ha
buiſſe: ¶ Sophia. Non tollimus omnē
ab vxoratis cognitionem perſpicuam ve
ritatis/ illam ſpecialiter que lucet in ſpecu
latiuo intellectu. qualem tui vel ſolam cu/
rioſius inueſtigant. Amantes veritatem
magis vt lucentem. q̄ꝫ vt redarguentem et
corrigentem mores peruerſos. quos non
ita deſerere curauerunt. Propterea tradi/
ti ſunt velut ingrati/ in reprobum ſenſum
et obſcuratum eſt inſipiens cor eorum et
in ſtultum finem deducti ſunt. Datur al/
tera cognitio non declaratiua vel ſpecula
tiua et illuſtratiua vt precedens. ſed in ex
perimento conſiſtens et affectu quam ne/
mo nouit niſi qui accipit. Et hec ſi datur
vxoratis. profecto fit dum vacant ab am/
plexibus. et rariſſime fit. quia nec tunc cō
fertur prophetie ſpiritus. neqꝫ ſuauiſſim⁹
odor ille/ ſapientiſſimaqꝫ iocunditas. quā
ego ſapientia confero ſcd̄m nomen meuʒ/
quod plus ſumitur a ſapore qui eſt guſta

tio ſpiritus affectualis / ꝙ a ſapere quod
reſpicit intellectum. Porro ſi pauci ſunt
celibes et electi et eleuati perfectiqꝫ: mul/
to rariores ſunt. ceteris paribus. nuptijs
dati qui ſine contaminatione ſe cuſtodi/
ant. ¶ Natura. Foues meā aduerſus con
tinentes querimoniam. dum continendi
difficultatem cauſas. mecum quoqꝫ ſen/
tis que dixi / vix vnum vel vnam de mille
A reperiri. ¶ Sophia. Imo verius debili/
to compeſcoqꝫ. dum caſtitatem in celiba/
tu faciliorem trado. duꝫ poſſibilem in om
ni etate ſexu gradu ordine (ꝙuis diffici/
lem) multis ipſam predico. Alioquin pec
catum haberent. aut ad impoſſibile tene/
rentur. Viderint qui non credunt. ſi om/
nibus in cōmune non vxoratis detrahūt
peruerſa temerariaqꝫ diiudicatione proxi
morum etiam in matrimonio coniuncto/
rum. quos ⁊ quas eſſe conſtat frequenter
mutuo ſepatos per tempus et per tempo/
ra ⁊ dimidium temporis. vel diſtantia lo/
corum. vel impedimento morborum. aut
religionis ſacramento. Quos ſi continere
dixeris eo tunc poſſe: cur non et celibes tā
to ſpacio ſaltem / poterunt idem. imo pro/
nius ex deductis. Eos vero ſi ſuſpicatus
fueris per incontinentiam ſuperari / dam/
nas omnes / teqꝫ ipſam tuoſqꝫ domeſticos
parentes et alienos. Itaqꝫ regrediendum
eſt ad hanc veritatem ꝙ ſub rationis im/
perio / eſt ſenſualis appetitus. et carnalis
executio. difficultate vel inclinatione ni/
tente in contrarium non obſtante. Ad qḋ
aſtruenduꝫ / valet reſponſio ipocratis ſm̄
aliquos vel ſm̄ alios ſocratis. quem dum
viſonomia inſpecta diceret viſonom⁹ cor/
ruptorem eſſe puerorum / diſcipulos vo/
lentes irruere in eum compeſcuit dicens.
Sum. ſed contineo. ¶ Natura. Mode/
ſte ciuiliterqꝫ perſuades. Sed quid de mł
titudine dicis vxorum: ¶ Sophia Nolo
putauerit aliquis multitudine vxoꝝ (duꝫ
etiam legaliter multis fas eſſet vti) libidi/
nis ignem / furorem fomitem tyrannidem
excutere. ſed crebrius in malum augere.
Docet hōc ſpurciſſima ſaracenorum ſe/
cta / quos a fediſſimo a teqꝫ natura dam/
nato maſculorum concubitu / pluralitas
vxorum non auertit. ſed inuertit peruer/
tit et ſubuertit. Quid inſuper de romanis
ſcripſerit apoſtolus noſter in epiſtole pri/
cipio. quid ipſi poete ſui cecinerunt. quid
hiſtorici narrauerunt / de muto hoc vicio /
cognitum eſt. Quo palam fit. venereum
furorem plus cedendo fugiendoqꝫ vitari
quā vtendo. Habet proinde caſtitas he/
roica / deum / finem. querens expeditum a
mille ſolicitudinibus animuꝫ. quibus ne
quaqꝫ caret coniugiū. Fit proximior deo:
fit auxilij ſui capacior. Eam idcirco licet
decet / et expedit amplecti. ¶ Natura. Cur
non vtūtur corporali caſtratione / qui mē
talem eligunt ſeruare perpetuam: Tunc
itaqꝫ / nec ipſi peccarent concupiſcendo fe
minas. nec eas in peccatum traherent. et a
ſuſpitionis macula de conſortio mulie/
rum / manerent immunes: ¶ Sophia:
Multum aliter ſenſit vnus de meis dicēs
ꝙ concupiſcentia ſpadonis / deuirgina/
uit adoleſcentulam virginem. Apud co/
micum inſuper dicūtur amatores eſſe mu
lierum maximi. verum nihil poſſe. Adeo
verus eſt ſermo magiſtri noſtri: ꝙ ex cor/
de procedunt adulteria fornicationesqꝫ:
torpeat quāuis corpus. Ceterum. nefas
eſt auctoritate propria ſe caſtrando muti/
lare. ſicut et ſe occidere. precipue dum non
ſeruatur inde totum corpus ſed debilita/
tur alteratur viciatur / vnde conſequenter
anima paſſiones morbidas ſubit. ⁊ in mo
ribus tetras. Neqꝫ in hoc Origenis mei
probatur exemplum vel zelus non ſcḋm
ſcientiam caſtitatis / ſe carne caſtrantis.
Natura. Quid agat igiť aduerſus ſtimu/
los carnis integer corpore / ſi talia patiun
tur mutilari: ¶ Sophia. Arbitrium in
eis liberum cum timore dei / configet car/
nes eorum. ſagittis gratie potentibus. cuꝫ
carbonibus virtutum deſolatorijs. ſi que
rantur bona fide et toto corde / remedia fu
roris huius. que plurima ſunt. et precipu
um fuga inertis ocij. quod vidit qui ait.
Ocia ſi tollas / periere cupidinis arcus. Aſ
ſit ſobrietas. familiaritas abſit. ¶ Natu/
ra. Certe. non meum eſt audire modo ge/
nerationem cohibentia. cuius eſt incenti/
ua procurare. Te transfer ad alia ſiqua ſu
perſunt. que poſt aliquātulam ſi vis pau/
ſationem / proſequere.

## Sequitur quartus

actus principalis iſtius dyalogi apologe
tici Sophie ipſius ſcilicet et nature. tra/
ctans de caſtitate diuinali ⁊c̄.

x

## Quartus act⁹ prin-cipalis.

¶ Sophia.
M Nſatis o natura ſoror pauſatū
eſt? ¶ Natura Satis. ¶ So-
phia Terminemus ergo quod
ſupereſt. ¶ Natura Termine-
mus. expecto. ¶ Sophia Hactenus in
actione ſuperiori triplici / verſata eſt ora-
tio noſtra quaſi preparatoria pro quarto
hoc(qui et vltimus eſt)actu potiſſimū in-
tentio. non ſuggreſſi ſunt termini capaci
tatis tue. Nunc in altiori ſupra nō contra
te regione colloceris oportet. vbi de xpia-
norū moribꝫ ac ritibꝫ agendū eſt. qui non
tua traditione ſed mea/per deum ⁊ ex deo/
ſupnaturali ſunt reuelatione ſuſcepti.
Natura Hoc tanto mihi facilius erit/q̄n-
to cauſam vnā eſſe pſtantiſſimā optimā et
ſupremā nō dubito. Eſt eni vox mea apō
omnes talem eſſe quā appellant deum. de
qua/poſt inquiſitionē ſolertiſſimā/dixiſſe
fertur areſtoteles meus. Inueni te cauſam
primā. fac me tibi placentē. Demum que
gens tam effera/que natio tam barbara/q̄
non aliqua religione teneat? At uero quiſ
et qualis ſit verus cultus/per reuelationē
ſpecialē aliter q̄ꝫ ex creaturis meis accept⁹
fateor ſupra me eſt. nō(vt bene dicis)con-
tra me eſt. ¶ Sophia Da te interim mi-
hi meeqꝫ fidei. credens vt intelligas vnicū
xpiane religionis verū eſſe cultum dei no-
ſtri. ¶ Natura Credo. quatenus ad intel
ligentiā docendoꝝ p te pateat via. ¶ So
phia Collocabim⁹ ergo principiū docen-
dorum/vbi dictorū finis fuit. Iſtā quip-
pe legem eſſe diuinitatis vt ſupremū infe-
riorū iungat principijs ſuperioꝝ/tradit il
le magnus olim tuus ariopagita dionyſi⁹
quē pdicatio cū miraculis meū fecit et ex-
tulit. ¶ Diximus ð heroica caſtitate. quā
non aduerſam tibi nec impoſſibilem mō-
ſtrauimus. ¶ Natura Monſtraſti confi-
teor. ¶ Sophia Coniūgitur huic in aſcē
ſu caſtitas diuinalis. put moralē heroica
ſibi ſternit caſtitateꝫ. ¶ Natura Caſtitas
hec diuinalis qualis eſt ⁊ quid ſupaddit/
ediſſere? ¶ Sophia Rite petis. Et quidē
ex finis cōſideratione cognoſces. ¶ Nam
moralis caſtitas/habet proximum finem
ſe cōtinere ſm dictamen recte rationis per
te naturam/hominibus indite. ¶ Aſt he-
roica tendit altius/in primā cauſam ſe re-
uoluens et exaltans. ¶ Diuinalis vero fi
nem attingit eundē qui deus eſt. ſed emi-
nentiori modo. propter tria pcipue. Pri-
mo quia voto firmatur. Secūdo quia fi-
de ſpe caritateqꝫ/dedicatur xpo. qui ſimul
in vnum deus et homo eſt. domin⁹ et pro-
ximus. frater amicus et ſponſus. ¶ Tertio
quia ſacroſāctis myſterijs hec caſtitas ap
plicatur. Propter hec tria plurimum di-
ſtat hec caſtitas a caſtitate idolatrarum.
Fuerunt quippe virgines inter eos demo
nijs vt veſte et palladi et telluri non deo
ſacrate imo execrate. ſic et apud diaboli-
cos manicheos. ¶ Porro. moralis caſti-
tas eſt velut incipientium et purgando-
rum. Heroica velut perficiendorum et il-
luminandorum. Diuinalis tertia tanq̄ꝫ
perfectorum in eterna beatitudine conſū-
mandorum. Talis eſſe debet caſtitas ec-
cleſiaſticoruꝫ preſertim ſacerdotum ⁊ ma
xime prelatorum. ¶ Natura. Debet eſſe
dicis. ſꝫ an ſit/tu videris. o ſophia. ¶ So y
phia. Nondum agimus de caſtis. ſed de
caſtitate. quam abſolute conſideratam/p-
ſonalis abuſus non ſordidat aut violat/
ſed effugat. quēadmodum te naturam vi-
cia quantumlibet enormia qualia nomi-
nantur fieri contra te. nō te polluūt. quin
digna iugi veneratione ſubſiſtas. ¶ Con
uenio te nunc igitur/an preſuppoſita fi-
de laudabilis tibi ſit huiuſmodi caſtitas
diuinalis. Quid differs? Quid muſitas?
Si caſtitatem heroicam/conuincit aper-
tiſſima ratio te laudandaꝫ concedere. quo
pacto ſupereſſet aliqua dubietas de pre-
conio caſtitatis diuinalis qualis deſcri-
pta eſt/ vota deo. dicata criſto. dedita cul-
tui ſacro? ¶ Natura. Vincor veris. nec ef
fugium video. ſi non ad abuſus culpan-
dos querelam meam receperis. ¶ So-
phia. Abuſus ego non minus q̄ꝫ tu cul-
po. criminor. abominor. damno. Uerum
tamen dic quales reperis intolerabiles in
caſtitatem profeſſis exorbitationes. Sūt
quippe nonnulla q̄ꝫuis vicioſa. locis tem
poribuſqꝫ et perſonis/toleranda. Alioq̄n
tollantur omnia bona tam tua q̄ꝫ mea ne
ceſſe eſt. Quoniam nulla ſunt/quibus nō
contingat abuti. Cognoſcit deus figmen
tum humanum. ſcit homines circunda-
tos infirmitate: a ſummo vſqꝫ deorſum.
Ideo propiciabilis eſt ſuper malicia.

¶ Natura. ¶ Jure mihi tibiqꝫ diſplicibi
lis eſſe debet tanta multiplicatio indigno
rum. tanta frequẽtatio preuaricatõnis vo
toꝛum. tanta contaminatio ſacrorũ. mea/
rũqꝫ legum hoꝛrenda peruerſio. maxime
cum videas ipſa/ tot ſcelera/ flagicia/ iniq̃
tates/ peccata/ delicta/ abominatõnes/ q̃s
vel nominare vel etiam cogitare/ turpe eſt
in meum reuerti propaginis debite preiu
dicium. Hinc regiones vacue derelinquũ
tur abſqꝫ habitatoꝛe. Hinc cultus tuus
iſte xpianoꝛum/ pene deperditur/ multipli
catis per generationẽ hoſtibus ſuis ethni
cis ⁊ ſaracenis. ¶ Subinde quid obeſſet
noue legi tue pluſqꝫ veteri ſimiliter tue. ſi
honeſtiſſimo matrimonij ſacramento/ mi
niſtri religionis vterentur. Nũquid ſapiẽ
tioꝛ aut ſanctioꝛ ꝙ olim effectus eſt deus:
Fuerit ipſe xpus virgo. fuerit natus de vir
gine. virginali deſponſata viro. fuerit pre
figuratus in virginitate hieremie ⁊ helie.
Suaſerit ipſe virginitatem paucis q̃ ca/
pere poſſent idoneis. Unde queſo prece/
ptum oꝛtum eſt/ vt non ſolum iam ſit ca/
ſtitatis conſilium et hoc ſine delicto iuue
nilium perſonarũ et adoleſcentularũ imo
pueroꝛum puellarũqꝫ ſub velo religionis
quoꝛum quarũqꝫ mille furoꝛes aut ſimili
um eſſe dicit Oratius. Quid õ prouectio
ribus. quos incontinẽtes fuiſſe prius/ am
bigit nemo. nec foꝛte poſterius continen/
tes ſperat vllus: Uincit indignitas rei/
meam certe conqueſtionẽ. que longe plus
operibus ſe loquitur. ſe clamat et prodit.
z ꝙ meis poſſet vocibus/ niſi ſponte quis
obſurdeſcat: ¶ Sophia Si tam acerba
fers animoſitate facinoꝛa vouentiũ caſti/
tatem. Reſpice queſo reſpice trabes ingẽ/
tes defectuũ in oculis/ atqꝫ colluuiones fe
diſſimas in omnibꝫ membꝛis generatio/
ni vacantium. ¶ Sed quia non apte pro
bꝛuꝫ probꝛo diluitur. ad id reſpondeo qõ
queris amarius An ſapientioꝛ fuerit chri
ſtus filius in noua ꝙ pater in veteri lege:
Eadem crede mihi/ proꝛſus eadem fuit ſa
pientia que ad pfectum duxit impfectum
puericiã ad pfectionis etatem. timoꝛeꝫ ad
amoꝛẽ ⁊ ſpiritus libertatem. ¶ Poꝛro cur
non inſpicis in ſacerdotibꝫ veteris legis/
quãta ſuper alios ſanctitatis/ quãta caſti/
tatis imponebat artatio: Uxoꝛem nõ ni/
ſi virginẽ. non niſi ſemel ⁊ vnicam: non re
pudiatam. non ſoꝛdidã/ fas erat accipere.

Uacabant ab vxoꝛum quolibet amplexu
tempoꝛe vicis ſue/ ſub moꝛtis intermina/
tione. Si moꝛiebatur vxoꝛ in adoleſcen/
tia/ continẽdi neceſſitas incũbebat. ¶ Et
quoniã aſſidue noſtri ſacerdotes ſacris oc
cupantur myſterijs. quid diuinius/ ꝙ vt
continua polleant caſtitate: Uacant legi
dei/ quam ab eoꝛũ populus oꝛe requirit.
Hec autẽ lex ſicut imaculata eſt/ immacu/
latum ſpeculatoꝛeꝫ doctoꝛẽqꝫ vult. ¶ Qõ
ſi grecoꝛum xpianoꝛũ opponitur coniugi
um. Foꝛtaſſis ideo priuati ſunt illa qua p̃
diti fuerant legis peritia: et in varios iam
ſupra modum coꝛruerunt erroꝛes/ diſſo/
nos romane vereqꝫ pietati. Quid ꝙ apud
eos vigent adhuc calogeri monachi celi/
bes ſub regula magni patris baſilij quos
fere ſolos de clero/ populus habet in pre/
cio: Huc accedat ꝙ miniſtri gratie reuela
te/ fiunt per electionẽ/ non hereditariaꝫ vt
olim ſucceſſionem. Debent inſuper libe/
rioꝛes ꝙ olim/ a ſeculari ſeruitute viuere.
Debent rurſus in re familiari minus eſſe
ſoliciti. deditiqꝫ minus auaricie ſeu rapi/
ne/ theſauriſare volenti pro filijs ⁊ filiabꝫ
inſtar iude. quinimo pro nepotulis. quos
vnus e pontificibus datos a demonio lo/
co filioꝛum/ quos deus ſubtraxerat ab ec/
cleſiaſticis. querulus loquebatur. ¶ Attẽ
de queſo quẽadmodum hec tria/ que ſunt
electio. libertas. vacatio. fundant rationa
bilitatem celibatus perpetui ſacerdotum.
Juncto ꝙ nullus ad votuꝫ ſicut nec ad ſa
cerdotium cogitur. nullus ante diſcretio/
nis annos dum eſt arbiter ſui. nullus qui
non auxiliante dño ſine quo nihil facere
poſſumus votũ ſuũ poſſit implere. Tãtũ/
modo volũtas bona aſſit cũ gratia. nec ei
deſit vel obex ſit/ arbitrium. Qõ ſi cadant
aliqui/ preſto eſt per pñiaꝫ ſubleuatoꝛ deꝰ
¶ Deniqꝫ o natura ne gloꝛieris adeo ma ꝛ
gnificans multitudinem hominũ. quoni/
am melioꝛ eſt vnus timens deum/ ꝙ mille
filij impij Maxime ſi timoꝛ ſit coniũctus
anime continẽti. cuius non eſt condigna
ponderatio. que diligens mundiciaꝫ pro/
pter gratiam labioꝛum habet amicum re/
gem deum. Adde ꝙ virginitas implet ce/
lum/ fecunditas carnalis/ mundũ. ¶ De/
niqꝫ tuus Areſtoteles policias inſtitu/
ens/ notauit moderatam debere eſſe pue/
roꝛum multitudinem. Quod a nõnullis
accipitur/ quaſi necandi ſint ſuperflui.

Quod practicaſſe grecos/ comicus aliqñ
inſinuat. Uerum rectius intelligatur/ vt
ſit hominũ pars/generationi nõ intenta/
vacans altiorib⁹. ¶ Soluitur ꝑ inde que
daꝫ tua oppoſitio de virginitate. ꝙ nõ me
diũ tenet ſed extremuꝫ. Tenet vtiq; medi/
um quo ad nos. qm̃ obſtinet quãdo optꝫ
et quãtũ oportet. ⁊ vbi oportet. oĩm circũ/
ſtantiaꝝ qualitate penſata. ꝑut ſapiẽs iu/
dicabit. ¶ Quãobrem parce ire tue ſoror
natura. ſolerter aĩaduertẽs. ꝙ ꝑ celibatuꝫ/
ſalubriter ꝓuiſum eſt ſtatui eccleſiaſticoꝝ
de beneficijs viuentiũ. Quib⁹ ſi darentur
vxores/ ſi liberi naſcerent̃/ quis poſt eorũ
mortẽ ſuas paſceret vxores ⁊ filios? Non
ſucceſſor in beneficio/ qḋ ſibi vix ſufficit.
Nõ alius ſi nõ caſualiter. Et ita mẽdicita
te vileſcerẽt vel inedia fameq; ꝑirẽt. Attẽ/
to ⁊ hoc ꝙ ſacerdotes multi/ſibi ſoli vix vi
uere ſatis habẽt. quid ſi familiã addideris
ſũptuoſaꝫ? ¶ Natura Parcã ire o ſophia.
Uis igit̃ vt ſiccis oculis. duro corde. viſce
rib⁹ cõgelatis. ſine cõpaſſione. ſine pietate
ꝑtereã ſilentio. tuaꝝ mearũ ꝑ ꝑuaricatio/
nes legũ ml̃tiplicatas ſup numeꝝ. ¶ So
phia Nolo equidẽ. Sꝫ pari federe tu me/
cum ꝓuiſionẽ implores accõmodã. Na
tura Quem inueniã miſera cõſolatorem?
Quis tãtis feret opem malis? Cur creata
ſum videre tãta mala mee ſublimis creatu
re? Que nũc cladib⁹ ⁊ peſtilentijs infecta
depit. nunc bellis horridis attrita corruit.
nũc per nõ vſum vel abuſum virtutis ge/
neratiue/ ꝓſus naturaliſſime diuineq; et
ꝑfecte/quaſi ſterilitate conſumit̃ ⁊ areſcit?
¶ Sophia Deſup eſt ꝓuidus ſup omnia
deus/cõmunis mihi tibiq; pater creator ⁊
rector. Sperandũ de ſua miſericordia. cu
ius copie nõ eſt numerus. petendũ eſt ei⁹
ſubſidiũ. querendũ. pulſandũ. ¶ Deniq;
ꝑcipes populoꝝ dum erũt cõgregati cũ
principe ſummo/ vicario dei abrahaꝫ/cõ/
monẽdi erunt orandi cõteſtandi/ferre ꝑſi
dium rebus lapſis/ hominũ defectus refi
cere. deformata reformare. nominatim cir
ca tot propaginis obſtacula/ non afferen/
tia deo gloriã. nõ eccleſiaſtice religioni de
corẽ. ꝓpter tria que tue miſcuiſti querimo/
nie. Quorum vnũ eſt. nimia vouentiũ ma
ximẽ adoleſcentiũ/multiplicatio. Alteruꝫ
celeberrima votorum ſine fructu legitime
prolis/effractio. Tertiuꝫ cõtaminatio ſa/
crorum. tueq; cõſtitutionis abominanda

ſubuerſio. ¶ Natura Cur non adijcis tol
lendum eſſe votum a ſacerdotio. cum non
ſit ei diuina ⁊ eſſentiali vel inſeparabili ſo
cietate connexum. quicquid ſit de mona/
chis? ¶ Sophia O. quaſi ſtet in non vo
uendo tota reformatio. quaſi non peccent
vxorati. Sed nec refert magnopere/ſi vo
tum nequaq; ſit annexũ eſſentialiter ſacer
dotio/poſtq; ita cõiunctum ſibi eſt. vt om
nis illud ſuſcipiens/ nedum voueat. ſed
votum etiam ſolẽniſet. matrimoniũ diri/
mens iam contractũ/non minus q; in mo
nachis. Sed nec plus habet diſpenſabi/
litatis vnum q; alterum. niſi ꝙ facta mo/
nacho diſpenſatione/ deſinit eſſe mona/
chus. quoniã ſtatus importat tria vota ꝺ
ſui ratione. Sacerdoti vero cõceſſa diſpẽ
ſatione voti/ſacerdos tamen manet. ¶ At
vero hic non verſatur reformatio princi/
palis. ſed per alia media. qualia nũc et hic
aperire/ non eſt conſilium. ¶ Hoc dici/
mus. ꝙ de duobus malis/minus eſt incõ
tinentes tolerare ſacerdotes/q; nullos ha
bere. Sicut abutimur bonis dei/ ſic vti/
tur ipſe malis noſtris ad electorum ſalu/
tem. nominatim in ſacramentorum mini
ſtratione. quod olim figuratum eſt in pa/
ſtu helye per coruos. in quibus peccato/
rum nigredo figuratur. ¶ Non expectet
aliquis ꝙ area dominice miniſtrationis/
tanta poſſit ſolicitatõe purgari/quin plu/
res ſint palee vicioſorũ vt luxurioſorũ. in/
ter quos latent ⁊ fouentur tanq; grana pu
riſſima/cultores caſtitatis. ¶ Quis ſcit ſi
plures nunc eccleſiaſtici cuſtodiant in ce/
libatu caſtitatem illibatam/q; ſi iuncti cõ
iugio/ maritalem integre conſeruaſſent?
¶ Quis neſciat in multis et de multis de
ſiderabilibus/facilius eſſe totaliter abſti/
nere q; vſum moderari? Uidit hoc epicu/
rus aſſertor voluptatis. qui teſte ſeneca di
cit. Uis diues fieri. Non diuitijs adijcien
dum ſed cupiditatibus detrahendũ. Si/
militer in omnibus eiuſmodi. Uis volu/
ptuoſe viuere/ non voluptatibus adijciẽ/
dum ſed cupiditatibus ⁊ concupiſcentijs
detrahendum. adeo vel diuitem vel volu/
ptuoſum fieri non in exterioribus ſitum
eſt ſed intra nos. ¶ Quid ꝙ non huma/
na ꝓſumptione regit̃ eccleſia ſed ſpũſſan/
cti directione ꝑut omnia temp⁹ hñt? Fuit
eccleſia primitus ſine dotatione tempali/
um. qualiter poſtmodũ per Siluestrum

et alios ſanctiſſimos/ ſpūſſanct⁹ large de/
dit. Sic aliquādo ꝑ coniugatos regebat̃
eccl̃ia: vt in antiqua lege. nūc ꝑ celibes in
noua. ¶ Concludim⁹ tandē nos interea
cōtentos eſſe debere remedioꝝ poſtulatio
ne. qualia qualiterqꝫ tetigim⁹. vt tranquil
le concorditerqꝫ maneamus ſoꝛoꝛio nexu
iuncte/ natura cum ſophia ¶ Natura: fiat
precoꝛ ita. ¶ Finit.

## Carmen cōtra pulcritudinē corporis quomodo ſepe ē occaſio ruine in anima.

Pulcer alexi. decoꝛ tuus vrget
Gloꝛius vt tibi ſis. Tamen audi.
Te ſpecioſa ligant velut auri
Uincula. retibus et nimis artis
Stringeris/ implicitus magis/ exquo
Roboꝛis eſt vegeti caro candens/
Paſſio liberioꝛ viget omnis.
Subiuga fit ratio. iacet excoꝛs.
Te fleo. nam tua ſoꝛs miſerāda. Finit.

A

## Opuſculū eiuſdez contra impugnātes oꝛdinē Carthuſien̄. quomō pauca in eis reperiant̃ miracula. quaſi exinde viliores cenſendi ſunt.

Miracula cōmuniter fiunt ad
probandā ſanctitatē illi⁹ qui
ea facit/ de qua dubitat̃. Uel
fiunt ad cōfirmandā ⁊ cōuin
cendam infidelitatē alicuius
vel aliquoꝝ. Ubi autē per ſcripturam ſa/
cram vel euidentiaz/ conſtat de ſanctitate
talis perſone/ raro fiunt ꝑ illum miracula
quia iam habet aliquod genus probatio/
nis ſue ſanctitatis. ¶ Sic et iuriſte dicūt
ꝙ vbi vno modo legitime conſtat de intē
tione partis/ non requiritur vel exigitur.
imo eſſet ſupfluū aliud genus ꝓbationis
ca. i. extra de probati. ¶ Et ideo martyres
de quoꝛuz ſanctitate nullus dubitat/ raro
fecerunt miracula reſpectu alioꝛū. ſpecia/
liter in vita. Confeſſoꝛes vero plura. in vi
ta et in moꝛte. ¶ Ex quo dubio antiquit⁹
confeſſoꝛes vſqꝫ ad Siluestrum papam
publice non colebantur vt ſancti. nec ali/
quis in canone miſſe eſt poſitus. cum ta/
men virgines. immo ⁊ coꝛrupte mulieres
ſed tamen martyres/ ibi ſint poſite. ſicut ꝑ
petua et felicitas. ¶ Inter ipſos confeſſo/
res ſanctos/ hec fuit differentia. ¶ Nam
qui ſcripſerunt multa ad fidei illumina/
tionem/ et magna ſcientia et doctrina pol
lebant/ paucioꝛa aut quaſi nulla fecerunt
miracula. precipue in vita. quia habebāt
probationē ſanctitatis/ in eminentia do/
ctrine. Sic auguſtin⁹ gregoꝛi⁹ et ſimiles:
Unde cum in canoniſatione ſancti Tho
me de aquino opponeret̃/ ꝙ nō fecerat mi
racula in vita/ vel non multa. dictum fuit
per papam/ nō eſſe curandū. Nam tot mi
racula fecit quot queſtiones determina/
uit. ¶ Alia quoqꝫ inter confeſſoꝛes diffe/
rentia fuit. Nam aliqui vixerunt in here/
mo in aſperitate vite ꝑſeuerātes in pugna
contra vitia ⁊ temptationes. elongati a cō
uerſatione hominuz vſqꝫ ad moꝛtem. Hi
quia oderunt patrē et matrē. poſſeſſiones
⁊c. et ſecuti ſunt xp̄m. poꝛtantes crucem ꝑ
abnegationē ſui et ſuoꝛum iuxta euange/
lium/ ſufficit eis pro ſanctitatis teſtimo/
nio verbū xp̄i. Sic ⁊ paulus primus he/
remita (reſpectu cuius Anthonius clama
uit ſe ſolū monachi gerere nomen) nulluz
legitur feciſſe miraculū. Coruus autē poꝛ
tabat ſibi quotidie panem ꝑ diuinā diſpē
ſationem. ſicut ⁊ Helie. ¶ Et ne in tam la B
ta materia diu immoꝛer. tam martyres qꝫ
confeſſoꝛes. viri ⁊ mulieres/ fecerunt et fa
ciunt miracula/ multas ob cauſas. vt ſcili
cet predicatio eoꝝ et nomen Ihū xp̄i in
quo tm̄ eſt ſalus/ efficax probaretur. Sic
petrus claudū et per illū octo milia iudeo
rum ſanauit. illos in anima. iſtos in coꝛ/
poꝛe ⁊ anima. Sic ⁊ ceteri apl̄i nō ad oſ/
ſionem ſue ſanctitatis. ſed ad exaltationē
nominis xp̄i. ¶ Aliquādo ne predicatio
propter miniſtros contēnatur. eo ꝙ inter
homines cōmuniter viuunt. ſanctitatiſqꝫ
alia teſtimonia nō habent/ ex doctrinarū
excellentia. ſicut Nicolaus. martinus. cete
riqꝫ paſtoꝛes ſancti. in populo conuerſan
tes. ¶ Aliquādo ad cōfirmationē xp̄iano
rum nōdum plene in fide fixoꝝ. quia de fa
cili abſcederēt. vel ſaltem in fide errarent:
¶ Aliquādo in certis mundi partibꝫ ma/
ioꝛa ⁊ plura fiebant miracula. Tum ꝓpter
loci vel hominū qualitatē. qꝛ ceteris paga
nis et infidelibꝫ erant ꝓpinqui. ⁊ ſic ꝑ cōſe
quens difficili⁹ inducēdi ad fidem ⁊ pro/
cliuioꝛes ad receſſuz. aut qꝛ ex paganis ꝓ/
pagati ⁊ ſic paternas ꝯſuetudines difficil
lime reliquiſſent/ niſi crebꝛis ſignis robo/
rati eſſent. vel ꝓpter eoꝛuz ſtoliditatē et ru/
ditatem. tam in moꝛibꝫ qꝫ ingenijs ac ſeu/

ſibus. vel alias innumeras cõditões deo
notas. ¶ Alij fecerunt ſigna in vita ⁊ faci
unt. nec tamẽ ob hoc ſanctiores imo peio
res ⁊ damnabiliores (etiã euãgelio teſte)
ſunt ⁊ fuerunt. Multi dicẽt mihi ait xp̃s.
Domine nõne in nomĩe tuo ꝓphetauim⁹
et demonia eiecim⁹. ⁊ virtutes multas feci
mus: Tunc rñdebo illis Amen dico vo
bis neſcio vos vnde ſitis. Diſcedite a me
omnes opãrij iniquitatis. Sic iudas tra
ditor fecit ſigna. quia cũ ceteris poteſtatẽ
accepit eijciẽdo demonia ⁊c. Qui ⁊ reuer
tebant̃ gaudẽtes. Ecce inquiũt xp̃o. Etiã
demonia in nomĩe tuo ſubijciunt̃ nobis.
¶ Sed veritas eterna / nõ eſſe in miracu
lis gloriandũ ait. Nolite in hoc gaudere.
In quo ergo magiſter bone / tuis electis ẽ
gaudendũ: Gaudete q2 nomĩa veſtra ſcri
pta ſunt in celis. Unde iudas ꝓditor / ⁊ fi
lij iudeoꝝ / et vſqꝫ hodie multi eijciunt de
mones / cũ tamẽ ſint demoniacis forte de
teriores. Sed vt xp̃s oſtendat nomĩs ſui
virtutẽ / et ſacroꝝ verboꝝ que illi ꝓferunt
efficaciã. vel vt deuotarũ precũ in humili
tate oblatarũ exauditorẽ ſe monſtret / hec
fieri ſinit. vel vt ſanctoꝝ ſuoꝝ magnificet
nomen ⁊ gloriã. in quoꝝ eccleſijs vel corã
quoꝝ reliquijs / iſta fiunt. vel alijs de cau
ſis ſibi notis. ¶ Non ergo appetẽda ſunt
miracula que cũ malis habent̃ cõmunia.
Miracula ſanctũ oſtendũt. nõ aũt faciũt
Ubi ergo nõ eſt neceſſe ad confirmationẽ
fidei. vel vbi hoĩes eſſent ingrati. vel vbi
emendatio vite ⁊ dei gloria nõ ſubſequit̃.
aut vbi ſancti ex teſtimonio ſacre ſcriptu
re. auſteritate vite cũ ſancta cõuerſatione.
tꝑaliũ abrenũciatõe. xp̃i imitatione. ſiue
alia cauſa ſm deũ eorũ ſanctitas nota eſt.
ibi (vt p̃miſi) miracula ꝑ homines expete
re ſuꝑfluum videtur. Si vero deus faciat
miracula abſolute. ipſe nouit quare. cũ eti
am quotidie eius mirabilibꝫ plena eſt ter
ra. ¶ Probatio aũt ſanctitatis ꝑ miracu
la tm̃ / plurimũ eſt ſuſpecta. quia (vt ſupra
dictũ eſt) malis ſunt cõmunia. ⁊ multa nõ
xp̃iane ſed magice artis oſtentamẽta ſunt
que a ſimplicibꝫ quaſi ſanctitatis miracu
la acceptant̃. ¶ Deinde notandũ q in le
gis tp̃e / ꝑ moyſen fiebant ſigna ingentia:
quibus magi quidã / per incantationes fe
cerunt ſimilia. Decem plagis / terra egipti
fuit attrita. Uirga / moyſes diuiſit maria.
eduxit aquas de petra. Dominus populo
ſuo de celo pluit manna. Tranſiuit popu
lus ſub Joſue iordanis fluenta. Sonitu
tubarum ⁊ clamore populi corruerũt mu
ri Jericho. Sol non occubuit duoꝝ die
rum ſpacio. Superqꝫ hoſtes / lapides per
grandes ceciderunt e celo. In mandibu
la aſini / percuſſit ſamſon mille viros. Si
tienti / de molari dente eiuſdem mandibu
le / egreſſe ſunt aque largiſſime. ¶ Tempo
re ꝓphetarũ / Helias mortuum ſuſcitauit:
Pallio iordanem diuiſit. Curru et equis
igneis raptus eſt. Helizeus eodem pallio
helie / ꝑfatũ flumẽ pro ſuo trãſitu ſiccauit.
Sale aquas dulcorauit atqꝫ ſecundas fe
cit. Mittẽti lignũ in aquas / ferrũ ſecuris
natauit. Naamã ſyrũ verbo dñi in iorda
ne a lepra mundauit. eiuſqꝫ lepra Jezi ad
heſit. Mortuuꝫ puerum ſuſcitauit. Eoqꝫ
mortuo / cum ꝑ hoſtium fugam cadauer a
quibuſdã in eius ſepulcrũ proiectũ eſſet.
ſacrorũ oſſium cõtactu / reuixit. ¶ Innũe
rabilia ſunt alia miracula poſt creationeꝫ
celi ⁊ terre. angelorũqꝫ ex nihilo. ⁊ hoĩs ex
limo. tam tp̃e legis qꝫ ꝓphetarũ facta. ſed il
lis temporibꝫ erant apta. plurimaqꝫ eorũ
non ſolũ corꝑaliter exhibita ſed ⁊ magnis
ſacramentis obũbrata. ſicut etiã miracula
xp̃i que fecit in terris i ꝓpria ꝑſona. ¶ Hec
autẽ antiqua miracula / q̃tidie in myſterio
renouant̃ in eccl̃ia. que etiã tanto maiora
ſunt / quãto nõ corꝑalia ſed ſpũalia. Prio
mai⁹ eſt iuſtificare impiũ / qꝫ creare celũ et
terrã vt dicit Aug. Item q̃tidie / ꝑ dei gra
tiam ex nihilo ſcꝫ peccatoribꝫ / fiũt angeli.
et ex terreſtribꝫ fiũt celeſtes. Mare rubruꝫ
per qd̃ ſũmerſis egyptijs tranſim⁹ / baptiſ
ma eſt: xp̃i ſanguine rubricatũ. quo euaſis
vitijs / celũ introim⁹. Manna nõ figurale
ſed reale edim⁹. Agnũ paſchalẽ xp̃m tollẽ
tem peccata mũdi / in veritate mãducam⁹
Uiſuꝫ auditũ guſtũ ceteroſqꝫ ſenſus ⁊ mẽ
bra inuicẽ ſanam⁹ / cũ ad verbũ dei audiẽ
dum. ad deũ diligendũ. ad ei⁹ p̃cepta ſeruã
dum. ad elemoſinas dandũ. peccata fugiẽ
dum. celeſtia appetendũ. atqꝫ ad cetera deo
placita / alternatim ꝓuocam⁹. ac ꝑ hoc mor
tuos ſuſcitam⁹. ¶ Hec ſub breuitate ↄtra
eos qui impugnãt ordinẽ carth. q2 non fi
ant in eis miracula. imo nec vellent. poti⁹
vero facientes occultarẽt. ſicut ſepe reptũ
eſt. ¶ Qd̃ aũt ſiĩr dicit̃. q nec habeãt cano
niſatũ / niſi vnũ. ſcꝫ ſanctũ Hugonẽ. Lin
conieñ. ep̃m. Rñdeo q nec idem / ex coruꝫ

volũtate/ſed regis Anglie z ſuoꝝ inſtãtia
eſt canoniſatus. q̃ṽq̃ ſanctiſſime fuit vite.
magnis miraculis claruerit. z procurator
carthuſie magne/pfeſſuſq̃ extiterit. ¶ Cre
dendũ q̃z eſt/ in infinitũ plures mortuos
ſanctos z q̃tidie mori/ q̃ṽ hi ſint q̃ canoni/
ſati ſunt. Neq̃ eñi antiquit⁹ canoniſabãt.
ſed ex certiſſima vite ſanctitate/colebãtur.
Ut btã maria mag. Johẽs bap. Apl'i. ce/
teriq̃ plurimi. Sed ne paſſim ppl's in er/
rorẽ iret. eccl'ie cenſura/ canoniſatõis mo/
deramẽ adhibuit. Naz ppl's falſo rumore
vel ſimulato ſigno vel naturaliũ impſſio/
nũ. quo circa corpa occiſorũ vel patibula
de nocte ardẽt quaſi cãdele. ignar⁹/facilli/
me ſeduci poſſet. vt latronẽ p ſancto hono
raret ſicut i aliq̃ꝝ ſanctoꝝ legẽdis factum
repit. ¶ Uirgo maria/nullũ legit i hac vi
ta feciſſe miraculũ: nec apl'i/in euãgelijs z
epl'is. de ei⁹ ſanctitate z vite excellẽtia/mẽ/
tionẽ fecerũt. niſi ſicut pphete cecinerũt v/
ginẽ paritura xpm/ Jta illi eam peperiſſe
xpm filiũ dei. Uñ ex ↄñti in hoc ſolo ver/
bo q eẽt mater dei/oẽm expſſerũt excellen
tiã z ſupeminentiã toti⁹ puritatis z ſancti
tatis. ſup oẽm creaturã corpalẽ z ſpũalem
Querere ergo ei⁹ ſanctitatẽ p miracula/nõ
eſſet ſane fidei. Nec miracula que p eam q̃
tidie fiunt/ad pbationẽ ſue ſanctitatis/ex
hibentur. nec ſanctitati ei⁹ aliquid addũt.
ſed ad manifeſtandã ei⁹ erga nos immen/
ſam caritatẽ z pietatẽ/ quã habet ad deuo
te eam implorãtes z venerantes.

terminabit ¶ Tertio ſigno cure ſpirituali
tatis/opponitur tota cura ꝛ occupatio /in
paruis et ludicris ꝛ tempalibus ſeu lucris
ſeu iuriſdicionibus ꝛ practicoꝝ ſola ꝓmo
tio atqꝫ ſpūalium quoqꝫ horror et deſertio
¶ Nunc ad ſtatum doctoꝝ qui ſm cano/
nem eſt quaſi pcipuus in eccleſia/et ad ſa/
pientiam diuinam correſpondēter ordina
tur/applicemus que dicta ſunt. Apud do/
ctores pſertim in ſacris litteris/ille ſapien
tior eſt/qui pluri humilitatis ſale id eſt ſa
pore/ſapientiam ſuam condiuerit. Nō di/
co pluri cognitione ſed ſapore. q̄ꝫq̄ꝫ ſapor
ſit quedaz cognitio Hoc dixiſſe fertur pto
lomeus q̄ ſapientior eſt qui et humilior
Huic humilitati aduerſant̄ tria ſigna. cu/
rioſitas. ſingularitas. impatientia vel in/
incorrigibilitas. ¶ Curioſitas eſt dimiſ/
ſis vtilibus et edificatorijs pro ſe et popu
lo: contercre ingenium pdere tempus/i eis
in quibus non eſt bonum neqꝫ finis. ſicut
de mathematicis dicit Areſto. Aut quorū
finis ſolum ē ſcire vt ait Seneca. Aut for
ſan ſupbire vaneſcere et de ingenio alto et
ſubtili p̄ ceteris gloriari. Hoc agere ſignū
eſt inſtinctus diabolici aut nature corrup
te. et ibi ceciderunt omēs quos ſub ſpecie
reuelationum et inſtinctum diuinoꝝ ſedu
xit ſathanas: trāſfigurans ſe in angelū lu
cis. Sane. dum hincinde multa legi/mul
ta cogitaui multa audiui et quedam exper
tus ſum ſuper diſtinctione inter bonos in
ſtinctus et malos: inter diuinas reuelatio
nes et diabolicas illuſiones. Deniqꝫ inter
bonas reuelationes et immiſſiones p an/
gelos malos: hanc in veritate comperi pre
cipuam diſtinctionem et indefectibile ſi/
gnum. q̄ inſtinctus bonus ſemper eſt ad
humilitatez et cum humilitate. Malus ve
ro/ad vanitatem quandam et cum vanita
te ad ipam excellentiam. palam vel occulte
Qualiter autem curioſitas ſciendi inuti/
lia/vanitate careat. viderint curioſi. etiam
quo pacto abſqꝫ tumida elatione ſpiritus
poſſit aliquis geſta legendas hiſtorias et
miracula ſanctoꝝ/nihilipendere/ego non
intelligo. quorum lectio maxime ardens ē
et humiles ad imitatiōem potenter inflā/
mans. ¶ Porro/ſingularitas. Scdz ſig
num ſuperbie in doctis. aut de nouis ꝛ in/
auditis et peregrinis adinuentionibꝫ. im/
mo habet hoc mirandum ſingularitas q̄
ex ſuperbia generat pigriciam ſilentiū ob/
ſtinatum puſillanimitatem. dum videt ſe
non poſſe ceteros in loquendo vel docen/
do p̄cellere. Hec eſt mater erroꝝ et ductrix
ambulandi in aduentionibus ſuis. Deni
qꝫ impatientia vel incorrigibilitas tertiuz
ſignum ſuperbie ponitur a ſapiente. Do/
ctrina inquit viri p patientiam cognoſcit̄
Errare quidem humanum eſt. ſed plane
diabolicum corrigentibus ſuccenſere nec
adquieſcere. ¶ Nunc ad religioſos ꝛ deuo
tos/quales decet eſſe xpianos omnes qui
ſunt profeſſi in baptiſmo ſub vno abbate
chriſto. quorum ſtatus reſpicit appriataz y

ſpiritusſancti bonitatem. inducamus que
diximus. et inferamus. In chriſtiana reli/
gione ille ſanctior eſt qui et humilior. ⁊ hu
milior qui ſanctior. Huius humilitatis
triplex ſignum eſt. confeſſio. compaſſio. et
voluntaria ſui deiectio. De reliquis videa
tur deuotus Bernardus de duodecim gra
dibus humilitatis et ſuperbie. Confeſſio
nem ideo poſui pro ſigno humilitatis. q̄a
vix temporibus noſtris fit aliqua confeſ/
ſio/ pure nude et integre. Et quid ita? Cer
te ꝓpter hipocriſim et amorem vaniſſime
fame noſtre que timorem mundanum par
turit et pudorem talem quidem et ita tirā/
nicum. vt cogitare ſit ingens horror. Ve p̄
cipitantibus ⁊ volutantibus ſemetipſos
in paſſiones ignominie. in flagicia corpo/
ris extraordinaria. quia claudunt ſepius
os ad confeſſionem. et muti tendunt ad in
fernum. Nam et zodoma interpretat̄ mu/
ta. Audiui a quibuſdam/ ꝙ maluiſſent to/
lerare dolores partus. vel mortis eterne pe
riculo ſe exponere. q̄ȝ aliqua de ſuis pudeu
dis impudicicijs confiteri. non ob defectū
fidei et credulitatis ſacramēti (vt dicebāt)
ſed quia tanto pudore vexarentur. ne ſalu
briter loquerentur coram vno ſecretiſſimo
ſacerdote. que ipi damnabiliter et quaſi pa
lam impudenter operabantur. cum alijs/
nihil celare ſcientibus. Ceterum compaſ/
ſio de peccatis aliorum/ certiſſimum ē hu/
militatis vere ſignum. ſicut econtra ꝓpriū
eſt ſuperboꝝ alijs indignari. Vera iuſti/
cia inquit Gregorius compaſſionē habȝ
falſa indignationem. Si quis audit vl' co
gnoſcit aliorum peccata multa vel magna
et inde p̄catur vindictam. aut gaudet de in
flicta. nō ſecure precatur neqȝ gaudet. quo
niā reuerſus cognoſcere debet ſe mľta pu
nitione digniſſima commiſiſſe. quibus ta
men petit indulgeri non iraſci. Sic egit
ſanctus pater qui audiens peccatum fra/
tris fleuit et dixit. Ille heri. ego hodie. Id
circo. vis aptam meritis. vicem impende/
re (inquit Boetius) Dilige iure bonos/ et
miſerere malis. ¶ Nouiſſime ſubiectionē
ſeu deiectionem poſuimus tertium humi/
litatis ſignum. Nam vere humilis eſt/ qui
ex vera ſui cognitione ſibi vileſcit. Hic ſe
diuinis gratijs indignum comparat. Hic
laudes horret ꝓprias veluti inſidiatrices/
tollere volentes ipſum in altum/ vt lapſu
grauiore ruat. Propterea deijcit ſe iugiter
in terram ſue fragilitatis. prout de antheo
gigante fingit fabula. cui ex caſu ſuo in ter
ram vires augebantur. ſed in ſublime leua
tus/ ab hercule ſtrangulatus eſt. Hic ſe in
omnem creaturam dei peccaſſe fatetur. in
celum et terram et omnia que in eis ſunt.
Nullam ergo flagellationem ab eis reijcit
nullam leſionem. iniuriam nullā. Hic de
niqȝ iudicia dei magna et occulta velut ti/
mentes ſuper ſe fluctus expaueſcit. Atten/
dēs quomodo nec fortium bellum. nec ar
tificum gratia. et qđ de cathenis et carcere
trahitur quis ad regnum ⁊c. et quod nemo
ſcit an amore vel odio dignus ſit Eccleſia
ſtes. ix. ¶ Ad hec alta et longe diuiniora
vere humilitatis monita capienda/ plus ꝓ
ficit vnctio q̄ȝ lectio. oratio q̄ȝ peroratio. al
ta ſuſpiria q̄ȝ acuta ingenia. ⁊ ſuper omnia
frequens fidelis ⁊ pia commemoratio paſ
ſionis chriſti Qui a deo exiuit in mundū
vt eam in ſchola ſua doceret. et hodie duȝ
regredi vult ad patrem/ verbo ſimul et fa/
cto confirmauit. Ad hoc enim lauit pe/
des diſcipuloꝝ et dixit. Exemplum enim
⁊c. huius humilitatis nos particeps vo/
lens.

## Secūda cōſidera. z

Vbi humilitas/ ibi ſapiētia. Prouerb. xi.
Anima quippe rationalis/ exiens a diui/
na ſapientia in ſuam inſipientiam ſapide
cognoſcendam/ ſibi vtiqȝ ſtulta redditur.
ac perinde diuinam illam ſapientiam adi
piſcitur. quam iubet apľus. i. ad Coꝝ. iij.
Si quis inter vos videtur ſapiens eē ſtul
tus fiat vt ſit ſapiens. Hanc veram ſapien
tiam dicit lactantius non alibi querendā
eſſe/ q̄ȝ in ſchola cui titulꝰ eſt ſtulticia. Ita
pater. quoniā ſic placitum eſt apud te ait
chriſtus. O quis dabit nobis hanc ſtul
tam ſapientiam? Ve filijs hominum qui
ſapientes ſunt in oculis ſuis. et coram ſe/
metipſis prudentes. quia quanto magis ſa
pientiam queſierint. tanto ipſa longius fi
et ab eis. Et pfecto niſi fiant paruuli. niſi
crediderint captiuando omnem intellectū
in obſequium fidei/ ipi non intelligent. O
ſtium ad ſapientiam veram/ chriſtus eſt. ⁊
idem ſane humile. turgidus et elatus ſpiri

tus/illud quando poterit introire? Atten/
damus obſecro quātulum illud eſt ꝙ extra
deum egredientes/ſcire conamur. ¶ Vi/
derunt hec philoſophi Plato et Socra/
tes: et omnis achademicoꝝ ſchola. qui pꝰ
ꝗ̄ defecerunt ſcrutantes ſcrutinio/vocem
hanc ſuſpirauerunt. hoc ſcio ꝙ neſcio/imo
nec hoc ſcio ꝙ neſcio. Bonus erat talis ex
itus in inſipientiam ſuam cognoſcendam
ſi non ſupra deum exeuntes/euanuiſſent i
cogitationibꝰ ſuis. etſi a deo ſub deo egreſ
ſi/rediſſent in idipſum. deum vt deum glo
rificantes et gratias agētes. qui ſcientiarū
dominus eſt: et docet hominem ſcientiam
ipſi non ita. ¶ Aſt verus humilis/in ſe qui
dem ſtultus. deum conſtituit ſapientiā ſu/
am. conſilium ſuum. et dum profundiſſi/
me concauatur. recipit in ſeipſo velut in cē/
tro quodam ſpeculi concaui intelligibili/
ter radios ſibi incidentias illuſtrationum ſu
pernarum. tam dei qui humilia reſpicit. ꝗ̄
aliquando intelligentiarum deſuper efful
gentium. a quibus illuminatur mirabili/
ter. ſicut a montibus eternis. ¶ Hec intel/
lige non ꝙ verus humilis querat ſolū du/
ci per reuelationes ſpirituales/contempta
ratione naturaliter indita ſibi ſeorſum hec
preſumptio. ſed eādem rationem plurimū
obſcuram et nubiloſam ac proinde in erro
rem quemlibet promptiſſimam/petit ter/
gi mundari poliriq;/vt in lumine hoc vul
tus dei ſignato ſuper eam/oſtendantur bo
na ſibi. Preterea ſenſum alienum prefert
ſuo/non innitens prudentie ſue. Exinde
cauet ſibi ab illuſione demonis meridiani
transfigurantis ſe in angelum lucis. ꝗ nō
aliter ꝗ̄ per hanc credendi alijs humilita/
tem/exufflatur. Non omnes aliter laquei
ſui/teſte oraculo ad anthonium euaditur
¶ Deniq; videre eſt in hoc humilitatis ex
itu/precipue in chriſto/ſtupēda diuine ſtul/
ticie miracula. Naz de peccato damnauit
peccatum. et de infamia famam. De ludi/
brio et ignobilitate/glorioſam nobilitatē
progenuit. Placuit inſuper per ſtulticiam
predicationis deſtruere omnem ſcientiam
extollentem ſe contra deum. Nam contra
ſcandalum iudeorum/irriſionem gentiuz
aſtuciā demonum/atrocitatem tyrannoꝝ
reclamantibus vndiq; magno boatu phi
loſophis. imo proprijs ſenſibus. docuit p
nulos ſimplices/ea que doctus plato ne/
ſciuit. que demoſtenes eloquens ignora/
uit. et ſic docuit ꝙ nihil certius teneatur ꝗ̄
ꝙ humili fidei ſtulticia creditur

# Tertia cōſideratio 7

Deus ſuperbis reſiſtit humilibus autem
dat gratiam Jacobi. iiij ¶ Ad quem reſpi
ciam ait dominus/niſi ad pauperculum ⁊
contritum ſpiritu et trementem ſermones
meos? yſaie. lxvi. Itaq; anima quantum
exit a diuina bonitate et perfectione in ſu/
am vilitatem deiectionem et imperfectio/
nem. tanto eſt perfectior. Noli mirari hec.
quia diuinis gratijs et donis eo eſt pleni/
or/tanq; vallis abundans frumento virtu
tum. tanq; intelligibilis quedam abiſſus
fluenta ſorbens aquarum viuentium. qſi
vacuum quoddam ſpirituale/ad quod re
plendum cōfluunt omnia. nec implere ſuf
ficiunt niſi deus. ſm Auguſtinū primo cō
feſſionum ¶ Hanc perfectiſſimam imper
fectionem. hanc optimam (ſi ſic dici pōt)
peccabilitatem/ſibimet aſcripſit paulus/
dum ſe primum inter peccatores nomina
uit. et quia non mentiebatur ita vere ſen/
ſit. Hoc plane magnum miraculum/vide
re hominem in virtutibus omnibus clare
ſcere. et laborare plus omnibus. nihilomi
nus ſe primum inter homicidas et matri/
cidas et omnes ſceleratiſſimos computa/
re. ¶ Dicere aliquid grandius meditor.
neſcio. ſi potero iuuare me. puto immo cer
te credo. ꝙ chriſtus et maria/pauluz in hu
militate non paululum tranſcenderunt.
Vellem ergo ſcire. Nunquid fecit hec hu/
militas vt chriſtus et maria/ſe tanto veri/
us inter peccatores primos nominarent.
quanto humilius a deo in ſe exeuntes/ſu/
um imperfectum lucidius cognouerunt?
Poterat eſtimo ſic intelligi (ac ſi non hor
rerent pie aures) ſic dici. nō quidem de pec
cato cōtracto abſit. ſed de labilitate ad pec
candum. Nam creatura rationalis queli/
bet labilior eſt et pronior ad caſum et defe
ctum/quanto in naturalibus aut etiā gra/
tuitis fuerit ornatior/ſecluſa dei manute/
nentia ſpāli. qſi videlicet plus hēat creata
oīs/de vanitate tēdētia i nihilū/ꝗ̄to plus

de entitate. Signum huiuſmodi euidens
fuit in lucifero adam et alijs multis. quoꝝ
nobilitates et pfectiones/quid fuerũt eis/
niſi pondus grauius ad ruinam? Hoc ſen
tit anima chriſti. hoc maria eo pfundiori
humilitate quo lucidius contemplantur.
Hinc Auguſtinus vocauit mariam/puel
lam vilem et abiectam in oculis ſuis. Naꝫ
quo pacto maria et chriſtus ſm animaꝫ ſi
xius ſe et omnia dona ſua ſtabilirent in do
mino. ſi quomodolibet fidendum eſſe ſen/
tirent in viribus ſuis et in abundantia di
uitiarum ſuarum. Et ſi preterea non ſeipos
computarent in illorum numero de quibꝫ
pheticus ſermo dicit. Verumtamen vni/
uerſa vanitas omnis homo viuēs Si nō
inſuper iubentem audirent. Quanto ma/
gnus es/humilia te in omnibus et coram
deo inuenies gratiā. Eccleſia. iij. Demum
qui ſe humiliat ſi exaltetur/quomodo ma
xime exaltabitur qui maxime ſe humiliat.
Chriſtus auteꝫ humillim⁹ eſt. ergo ſibi ip
ſi ſm humanitatem (vt ſic conſideratam)
vaniſſimum aliqd ens et inane reputatus
eſt. recte quidem. vt non in ſe ſed in domio
glorietur. i. ad Coꝛ. i. ¶ Audis ne hoc
o pſumptio ſtulta cordis humani. o ſtultiſ
ſima inq̄ꝫ cordis humani pſumptio. num/
quid hoc attendis? Ut quid ſuperbis ter/
ra et cinis veſica ventoſa. cur inflaris? o pel
lis fragilis et cito rumpenda cur tenderis?
Si queris honores ſupba ceruice/ſi ſapi/
entiam/ſi gratiam/tota (vt dicũt) erras via
Tu q̄ tibi maior: eo vilior: paupior et ſtul
tior efficieris. Tu phariſaico more/diuiti
as tuas iactas/noli mirari ſi nihil elemoſy
ne capis. ſed humilitas egena eſt. ſibi dat.
Alios iudicas. in alios indignaris. et vin/
dictam optas. tu peccator maximus. ſꝫ hu
militas benigniſſima eſt. ignoſci petit om
nibus. Tu ergo/cum ſeueritate. humil' cũ
miſericordia. et ſicut elegiſtis. iudicabimi
Ta princeps es/tu pprij freni impatiens/
etiam in eis que dei ſunt. quaſi man⁹ tua
ſit excelſa ad cōſtituendum alium in bonũ
et non dominus faciat hec omnia. Humi
lis autem exemplo dei cum tranquillita/
te manſuetudine et pace ſingula tractat in
domino faciens virtutem. Utinam q̄ vir/
tutes cōgregat vel edificat/ſaperet et intel
ligeret. quoniam omnes cum humilitate
connexe ſunt. omnes fundate. omnes ag/
glutinate. qua ſublata/fugiunt omnes no
cent ꝛ oberunt. velut cedēte fundamento
cuius domus omnis inclinata recumbit.
Amplius ſola mens humilis ſecura eſt. q2
non habet vbi cadat profundius q̄ꝫ in de/
um. illic experitur pacem dei que exuperat
omnem ſenſum. Porro ſecura mens qua/
ſi iuge conuiuium. quamobrem leta eſt ſꝑ
et iocunda humilitas. ſed cum ſeueritate.
imo et miraculoſe quodāmodo ſm multi/
tudinem dolorum in corde ſuo conſolatio
nes tue domine letificant animam iſtam.
Superbia vero/tumida ꝛ timida eſt/ꝛma
le triſtis. vel peius leta. inquietiſſima quo
q̄ꝫ. quia ponit in ore hominum famam ſu
am quaſi alteram vitam ſuam. nimirum ſi
ſepe diſcerpitur laceratur conculcatur deij
citur et ſi nunq̄ꝫ in eodem ſtatu permane/
at. Nimirum ſi difficulter humilietur. q̄a
infamiam ſuam horret ſicut mortem alte/
raꝫ. Quinetiā hoc ad humilitatis adquiſi
tionem difficillimum eſt/q2 pugnant con/
tra eam/non vnum tantummodo vicium
aut duo/ſed omnia. et q2 plus obſtupeſces
pugnant ipſe virtutes omnes contra eam
licet ex indirecto primo. imo et ea quando
q̄ꝫ gignit monſtrifico partu/mens noſtra
ſupbiam. Quale igitur patꝫ effigium vbi
vicia et mortes vicioꝝ/virtutes inſuper ꝛ
mortes virtutum/habent manus contra
eam. niſi caute puiderit. et niſi in timore di
inſtanter ſe tenuerit.
¶ Explicit ſermo factus a dño cancellario
in cena domini p humilitate

## ¶ Carmē cōtra timidum cor et quid ſanat illud.

Cur te diſtēdis vētoſa ſupbia/q̄d te
Sufflas et iactas/dum tibi vana places.
Vidi ego veſicam modico turgeſcere flatu
Que piſis ſonuit quattuor impoſitis
Hāc puer vn⁹ acu pupugit diſploſa repēte
Vilis et abſq̄ꝫ ſono flaccida detumuit
Quiſquis adulātũ turgeſcis voce/ſub iſto
Diſce tipo tibi quid mortis acumen aget.
Te pri⁹ ergo humilē pprij cōpũctio cordis
Spina ve configens/ſi ſupis/efficiet.
Nullus adulator peior tibi q̄ꝫ tibi fies
Si tibi blandiris teq̄ꝫ colēdo tumes.
Lucifer hic cecidit/nec mirꝝ. dũ videaſ noſ
Turpes ꝛ viles/peſte ſub hac ruere.

Pulcer quid faceres/q̄d in oī pte decorꝰ.
Omni cū plenus ſorde/ſupbis homo?
Dicis diues ſum nec egēs/neſcis qꝛ pauꝑ
Nudus/cecatus/vilis es atqꝫ miſer.
Proſpa ſors nutrix ē huiꝰ ſubdola peſtis
Aſpera ſanat eam pſperiore manu.
Unus vt e patribꝰ ventoſo corde careret
Demone vexari queſiit/obtinuit.
Ergo q̄d aduerſas tāto fugimꝰ ſtudio res
Cōſulimus ſortes/fidimus in medicis.
Sed nolo temptare deum dices/agis apte.
Si tamen anteferes pſidiū domini
Angelicum ſi ſubſidiū/ſi ſpemqꝫ fidemqꝫ:
Cura nec humanis ſit nimis auxilijs.
Cura ſupflua fit/ſi plꝰ ſi nō vt oportet.
Nec p pſone conditione ſtatu.
Tu corpus refoue/tu cura ſedulo carnem
Quid niſi cōfeſtim putre cadauer erit?
Spūs eternus datus eſt tibi/iure colatꝛ.
Atqꝫ humilis/mitis/vilis/et eſto tibi.

¶ Finit.

a ¶ Sequitur ſermō
de penitentia factus ꝑ eundem dominum
cancellarium/in cena domini.

SI non lauero te/nō habebis
partem mecum. Joh. xiij. ꝛ in
euangelio pſentialiter recita/
to. Amplius laua me domine
ab iniquitate mea et a pecca
to meo munda me. qꝛ coinquinauit me mi
nis/ne ad pnunciandum ſermōnem verbū tuuꝫ
vir pollutis labijs reprobus ꝛ incircumci
ſus inueniar. Male nimiꝝ pſumit ſordes
alienas vel loquendo vel opando tergere
qui totus peccati volutabro demerſus eſt.
Quamobreꝫ tibi domine ieſu/non tantuꝫ
pedes affectionum ſed etiam caput inten/
tionum et manus opationum ad abluen/
dum offero. Irrora deſuper diſtilla pluui/
am voluntariam gratie tue. quatenus per
venam oris mei egrediatur verbum plenū
virtutis. et bene ſonans. quo per auditum
ſuſcepto. mundi fiant omnes ꝓpter ſermo
nem tuum. digni quoqꝫ inueniamur habe
re partem que repromittiꝛ mundis corde.
quia ipi te deum videbunt. Fiat hoc illa. i
tercedente mundarum mundiſſima matre
tua quam interpellamus ꝓpter hoc atqꝫ ſa
lutamus dicentes. Aue gratia plena. Si
non lauero te ꝛc. Dura valde qꝫ tremenda
ſententia. ſi non lauero te: non habebis ꝑ/
tem mecum. Attendat veſtra deuotio que
ſit pars cuius ablationem dominus cōmi
natur ei qui lotus ab eo non fuerit. ꝛ agno
ſcet qꝛ hic ſumma paupertate miſeria ꝛ ca/
lamitate pmitur. Quippe pars iſta domi/
nus eſt. qui ſe mercedem magnam et omē
bonum nominauit de qua gloriabundus
ꝓpheta totus exultauit dicens. Deus cor/
dis mei et ps mea in eternum deus. ¶ Pro
qua inſuꝑ commendatur maria quia opti
mam partem elegit que non auferetur ab
ea. cui pars hec vberrima et maxima por/
tio non ſufficit/ nimis auarus vel ſtolidꝰ ē
Quid eſt igitur dominum dicere. Si non
lauero te/non habebis partem mecum: ni
ſi eum dare patenter intelligi. ſi non lauero
te. nō hēbis me. ſeparaberis a me. ¶ Por/
ro quid vltra pfecto reliquum eſt. niſi vt ta
lis illotus/pijciatur a facie dei/etiam a ſor
te ſanctoꝝ. eatqꝫ maledictus in ignem eter
num cū illis. quoꝝ (ſicut apocalipſis ſcri/
bit) pars erit in ſtagno et igne ardenti ꝛ ſul
phure. Ignis quoqꝫ grando nix glacies
ſpiritus pcellarum pars calicis coꝝ. Si
pars vero illotoꝝ tam horrenda tam into
lerabilis dicitur. de toto quid expectandū
cenſemus. Maledictus qui partem ſuam
hoc modo facit deteriorem. ¶ Terreat igi
tur vnumquēqꝫ noſtrum viri patres ꝛ fra
tres. terreat et erudiat hec formidanda ni/
mis ſententia. ſi non lauero te / non hēbis
partem mecum. Primum erat vt viuēdo
innocenter/cuſtodiremus nos immacula
tos ab hoc ſeculo. nūc vero qꝛ polluta ē no
ſtra mens et cōſcia. ſupereſt vt lotio diuina
nos emūdet. Sed vnde ſordes in nobis?
Undiqꝫ pfuſis. Polluit nos ſupbia inui/
dia ira accidia ꝛc. Polluit nos ſicut olim
in lege immūdus cibus ꝛ hoc ꝑ malam de
lectatiōem. Polluit nos immūdus mor/
bus vt lepra ꝑ malū conſenſum. Immun
dus tactus in ope. Immūdus locus in ꝑ
uerſa cōſuetudine. Polluit nos ꝑ omneꝫ
modū ps quā arbitramur nr̄am eſſe/mun
dana cupiditas. que eſt ps vilis vana fra/
gilis ꝛ damnoſa. Talem ꝑtem figuratam
habemus in Nabugodonoſor. de q̄ Dani
elis. iiij. Cū feris ꝑ ſeſꝰ i herba terre. Cor
eius ab humano cōmutetꝛ ꝛ cor fere detꝛ ei.
Attendite vilē ſocietatem. qꝛ cū feris carē/
tibus ſenſu. Et nonne homo cū i honore
eſſet non intellexit: compatus ē iumētis i
ſipientibus ꝛc. Uide vilem poſſeſſionem

quia in herba terre. Et quid herba terre
niſi terrena felicitas. de qua ꝓpheticus ſer/
mo. Mane ſicut herba tranſeat. mane flo/
reat ⁊ tranſeat. veſpe decidet induret ⁊ are/
ſcat. Denique cōſidera vilem cōmutationē
et cor fere detur ei Fera etſi nō habet ſapiē
tiam/retinet tñ crudelitatem. Sic illorū/be
ſtie ſunt in humana effigie latitātes ſcdm
verbū Senece ⁊ Boetij. Deductōe ꝫ omit
to. ¶ Sed vnde vobis lotio? Attēdite q
B lauat nos ab inquinamentis nr̄is magr̄ ⁊
dñs noſter ieſus xp̄us. Effundam inquit
ſuꝑ vos aquam mūdam. Alioquin ſi non
lauerit/nullus mūdabitur. nemo nō priua
bitur ꝑte ſua. Lauat autē. Quō lauat? mi
niſterio penitentie ſalutaris. que velut lo/
trix ſagaciſſima diligens ⁊ virtuoſa/prepa
rat aquaꝫ in cōtrione. abluit in cōfeſſione
extergit in ſatiſfactone. Sic reſtituit pars
noſtra deus/in ꝑfecta recōciliatione. Felix
pars. q velut pars beniamyn/ſuꝑat in qn
qꝫ ꝑtibus/ꝑtem immūdoꝝ. In bonis na/
ture que reparantur. In bonis fortune q̄ poſ
ſidentur. In bonis gratie gratis. date que
multiplicantur. Denique in bonis gr̄e gra/
tificantis. ⁊ glorie beatificātis a quib⁹ alij
priuantur. ¶ Animaduertat vnuſquiſque no
ſtrū/quid dicat xp̄us quid ve intelligat ad
noſtrū documentū. ſi nō lauero te ⁊c. Ita
dicebat mihi ip̄a meditatio mea contexere
ſermonem cōſequenter de lotione peccato
rum ꝑ miniſteriū penitentie/cuius eſt hoc
officium deſuꝑ commiſſum, p reſtitutione
partis noſtre. Offerebāt ſe concordantie ⁊
diſtinctiones ſine numero de ſcripturis/ꝑ
dilatatōe, ꝓſecutionis ꝓmiſſoꝝ. tum ecce i/
ter meditandum ⁊ ſtudendum/irrumpere
viſa eſt ſecretum thalamuꝫ cordis mei. pe
ſtis improba/ſcientia inflans curioſitatis
notie germen. portentuoſa mater eadem ⁊
filia. Monſtrum heu horrendum ingens
Hic ambulat in magnis et mirabilib⁹ ſuꝑ
ſe. Ponit in celum os ſuum et lingua eius
trāſit in terra. caput quoque inter nubila cō
dit. quia ibi eſt tenebroſa aqua in nubib⁹
aeris. ¶ Hec poſtq̄ animaduerterit perge
re me vt de penitentia loq̄rer. pepulit me.
ad cuius impulſum cum tremiſſem et faci
em conuertiſſem. ip̄a me torua indignabū
daque animoſitate ſuſcipiens vt arrogans
eſt ⁊ tumida. Abi inquit in malam horam
tuam. quid cogitas. quid ordiris. quid pu
ſillus iſte et degener animus/obrepſit tibi

vt famam negligere vt perpertuam con/
flare nō horreas infamiam. Quid me ſpe
ctas ita. dum omiſſis conſiderationib⁹ al/
tis et ſubtiliſſimis ſpeculationibus. mate
riam communiſſimam aſſumis. quaſi in
eadem iugiter cantilena nugatoria perſe/
ueres. quaſi pueriliter vulgariſſimum car
men afferas vel efferas. Linque humiles
materias. nunquid deſunt tibi miſteria/lō
ge plus difficultatis et vere laudis haben/
tia/circa ſacramentū altaris et benedicte
paſſionis Illic tuum ingenium. tuam ma
nifeſta eruditiōem. coram viris omni do/
ctrina ſupeminēter eruditis. An ignoras
vbi loqueris. Adde qꝫ materia de peniten/
tia/non accuratū ſtilum vel elaboratū ſed
quotidianum exigit. qd̄ locutionis genus
quaſi ſordidū iam apud modernos diſſo/
lutum floccidū ⁊ nauſeans cōtemnitur. p/
ſertim in ſermocinalibus extra ſcholam.
Nonne demum habet in promptu quili/
bet materiam hanc de penitentia/ꝑ docto
res copioſiſſime ꝑtractatam. iiij. ſententia
rum et in ſummis atque tractatulis cōfeſſo
rum. Quiſquis ea legere voluerit, priꝰ in
telliget. Preterea queſo non te caſſo labo/
re fatiges. neque turpem riſum tibi ſuſcites C
¶ Hoc modo ſcientia inflans ſtomachan
do loquebatur. tum eſurſum elapſa eſt ſicut
placuit altiſſimo charitas edificans cuius
introitum decorem ⁊ aſpectum ſcientia in
flās que et ſuꝑbie ſpiritu ⁊ inuidie tota ve
xabatur ferre non valēs/mox abſceſſit tūc
charitas ſic orſa eſt. Te nō fallat ꝑcor. pre
cor non abducat meretrix hec peſſima. ſci/
entia inflans curioſa vana garrula quietis
impatiens. que ſub ſpecie vana ſubtilita/
tis/mentes ſibi deditas euiſcerat torquet.
veluti quibuſdaꝫ minutis muſcularū acu
leis. Hec gignit pruritū nō extinguit. Hu
ius hec occupatio eſt ſemꝑ diſcere ⁊ nunq̄
ad ſcientiam virtutis. ꝑuenire. arrogantio
res que omnibus hominibus ſuos efficere
ſectatores. Hanc deſere. delectent te vtilia
magis q̄ ſubtilia/ad imitatiōem illius qui
loquitur ꝑ ꝓpham. Ego deus docēs te vti
lia. Nunquid non in tanta temporis egeſta
te/in tanto diſcrimine rerum/in tali mor/
tis incertitudine docendi ſumus viuere po
tius q̄ diſputare vel acute fātaſiari. Quod
tibi ꝑcipit deꝰ inq̄t ſapia illa cogita ſꝑ. Por
ro ſi q̄tidie peccādo ſordeſcimꝰ. q̄d ſalubri
us q̄d ve cōſulti q̄ vt de nr̄a lotiōe crebro

loquamur. Antie queramus. aſſidue ꝑtra
ctemus. O quot ſibi videntur ſapiētes in
oculis ſuis. quot litterati et docti q̄ hec ne
ceſſaria ideo neſciunt. quia velut facilia le
gere retinereq̄ deſpexerunt. q2 inſuꝑ tem
pus ingenium curam in ſuꝑuacuis cōtri
uerunt. q2 deniq̄ bonam vitam que taliū
optima doctrix eſt. colere neglexerūt. quos
tandem ſi deo ꝓpicio reſipiſcere contingat
ſi ad meliora ſtudia mentem diuertere. pi
gebit affirmo pudebitq̄ tempis acti. Quia
reꝗ2 feſſi et confracti nihil inuenient de vni
uerſo labore ſuo niſi vanitatem arguendā
et curam ſuꝑfluam. ſentientq̄ vix ſe diſci/
pulos idoneos ad illa cogitanda/ in quib9
dudum magiſtri eſſe debuerant. qđ et falſo
crediderant. q2 tam ceca ſemꝑ eſt tam inſo
lens/ inſtantis ſcientie arrogantia. Senti
ent ad extremū nihil difficilius eſſe arte be
ne viuendi. nihil plane ſubtilius: nihil ſub
limius atq̄ diuinius. Perge igitur vt cepi
ſti. neq̄ ſermonem de lotione pedū anime
hoc eſt affectionū/ quōlibet interrūpe. hoc
neceſſitas quotidiana. hoc inſtans paſche
feſtiuitas qua verus agnus dei cū azimis
ſinceritatis ⁊ veritatis. edendus ē. Hoc ꝑ
ſens ſocietas eoꝝ qui non ſe ſolos ſed ali/
os habebunt erudiendo lauare/ flagitat et
expoſcit. At uero tradita ſunt hec in libris
theologoꝝ copioſe. tradita ſunt: ſcio etiā
veritas altera que non tradita eſt. nec va/
cat omnib9 omnia legere. et habet quid la/
tentis energie viue vocis actus ⁊ in aures
tranſfuſa fortius ſonat ⁊ tenacius memora
tur ¶ Charitas hec ſuadens/ credite pſua
ſit facile monitis ſuis obſequi. Unde glo/
rior in dn̄o de cuius munere eſt modeſtuꝫ
piumq̄ quodlibet ingeniū. Remāſerat ta/
men ſcrupulus aliquis/ ſi materiaꝫ hāc de
penitentia lotrice mentis optima/ tractare
cōuenientius oporteret vel declamatorio
more vel ſcholaſtico. Primum accuratius
et venuſtius eſt. alterū acutius ⁊ quodam
modo verius eſtimatur. Primū magis ac
cōmodatur affectui. ſcḋm intellectui Primū
plus allicit. Scḋm plus inſtruit. Tādem
ex circūſtantia tempis ⁊ ꝓ auditoꝝ quali/
tate inductus ſum ſcholaſticū morē gerere
Quotidianus nanq̄ ſermo eſt et ſcholis
vſitatus. nec rurſus egemus interpte ſi in
telligatur etiam a parum intelligentib9 be
ne ſatis eſt. Omittatur ornatus/ niſi q̄ ſpō
D te prouenerit. ¶ Dicamus in primis alti/

us repetentes/ ꝙ lauat nos chriſtus mini/
ſterio penitentie ſalutaris. que penitentia
haurit aquam et quodammodo fundit in
peluim cordis noſtri per contritionem. ab
luit et ſordes eijcit per confeſſionem. exter/
git deſiccat et clarefacit per ſatiſfactionem
Hec tria per ordinem nunc egit emun/
dator noſter chriſtus miſit aquaꝫ. lauit. ex
terſit. Hec dicendo ꝓſumma eſt hec tria no
taſſe lego pſalmiſtam. Dixi confitebor ad
uerſum me ⁊c. id eſt firmiter ꝓpoſui. ecce cō
tritionem. Iniuſticiam meam domino. ec
ce confeſſionem. Et tu remiſiſti impietatē
peccati mei. ecce ſatiſfactionem. Et rurſuꝫ
alibi. Iniquitatem odio habui. hec eſt cō/
tritio. ⁊ abominatus ſum. hec eſt confeſſio
que extra vomit abominabilē peccati ſor/
dem. Et legem tuam dilexi ⁊c. Hec eſt ſa/
tiſfactio in cuſtodia legis dei. ¶ Nunc per
tractemus triplices huius officij cōditio/
nes. quaſi iter trium dierum perambulan
tes. Et quia in paucioribus via magis: rē
totam ſub breuibus terminis atq̄ metha/
phoris coartemus.

Itaq̄ ꝓ lotione noſtra miſtrata/
quam contritio non qualemcūq̄
ſed calidam. mundam. amaram vi
uam crebram et cōtinue ſcaturientem. Iu
xta que quattuor/ quadruplex eſt de cōtriti
onis qualitate cōſideratio.

## Prima cōſideratio

aqua contritionis ſit calida. hoc fit per cō
uerſionem in deū. fide ſpe et charitate ſub/
nixam. Sicut homo auertens ſe a deo et
conuerſus ad creaturas/ ſordes contrahit.
ſic e contra mundatur. Hoc eſt quod dici/
tur a doctoribus. quia quattuor requiſita
ſunt in contritione. Conuerſio ad deum.
auerſio a creatura. Infuſio gratie. et expul
ſio culpe. Hunc calorem non habet aqua
illorum qui dolent de peccatis ſolo timo/
re pene. ſicut fit in iā damnatis ⁊ in cōdem
nandis. ſicut communiter euenit in morte
vbi affectio commodi que gelida eſt et nō
iuſti/ dominatur. Quo circa ſequitur ex/
pediens eſſe ꝑuenire horaꝫ mortis ad hau
riendum hanc aquam et calefaciendū/ ex
bona et quotidiana meditatione Signū
frigiditatis eſt/ ſi homo crederet diu viue/
re/ vellet diu permanere in peccato. Non
ſic ille q̄ dicebat: ſe nō minus ſeruituꝝ do
ſi ꝯſtaret certiſſīe ꝙ mille annorum ſpacio

protracturus eſſet vitam Sic illa que co/
gitans de inferni ſupplicijs et de odio dei
regnante in damnatis/ſupplicabat vt eti
am ſi damnaretur tamen deũ diligeret. ſic
Job Etiamſi me occiderit/tamen in ipſo
ſperabo.

**Secunda.** Preterea ſit aqua mũda contritiõis
Hoc dicit ꝓpter eos qui cum ſuis lachri/
mis miſcent ꝓpoſitum delinquendi vel in
volũtate peccati huius vel iſtius manent
vel a manifeſtis peccati occaſionibus nõ
declinant. Hec turbida aqua eſt/non mũ/
dans ſed inquinans Sed queret q̇s. Op
tet ne contritũ firmiter credere ꝙ de cetero
non peccabit. Plane non oportet. imo for
midandum eſt de ruina. alioquin temeri/
tas eſſet/qualis in petro. Siquidez aliud
eſt ꝓponere et velle non peccare ꝑ futuro.
aliud de hoc ipſo pſumere. Dixerũt in hac
parte doctores aliqui ꝙ ſufficit negatiue
ſe habere. hoc eſt nõ habere actuale ꝓpoſi/
tum peccandi. pſertim cũ additur cõfeſſio
ſicut dicunt de baptiſmo qñ non opponit
obex. Alioꝝ rationabilior et ſanctis con/
formior eſt ſententia/ qḋ oportet poſitiue
deteſtari peccatũ et de meliori vita ꝓpone/
re. Cõpatitur autem ꝓpoſitũ illud timorez
et tremorem de caſu. ſed non amorem de/
linquendi

**Tertia.** Rurſus tertio ſit aqua cõ
tritionis amara. Hãc ha
bere volebat q̇ dixit. Recogitabo tibi om
nes annos meos: in amaritudine aĩe mee.
Notandũ tamen ꝙ duplex eſt amaritudo
talis. Una ex dictamine rõis et ſua deli/
beratione deteſtando peccatũ. et hec ẽ vir
tus imperans dolorem. Alia ſequitur ama/
ritudo in ſenſu ſi non ſit indiſpoſitio com
plexionis vel conſuetudinis vel aliũde. et
hec non ſemꝑ exigitur. qꝛ nõ ſemꝑ eſt ĩ po
teſtate noſtra flere ſenſibiliter etiam cũ vel
lemus. imo et in aliquibus dolor iſte poſ/
ſet eſſe nimi⁹ et declinans ad exceſſum. ſi/
cut in mulierculis aliquibus aut melãco/
colicis/habentibus ex leui cauſa lacrimas
etiam vſq̧ ad turbatiõem cerebri et oculo
rum caliginem. Aliqñ plus meritoriũ eſt
velle flere et non poſſe q̃ꝫ fletibus abunda
re. hoc eſt qḋ dicitur. Dole ꝙ non doles.
Queret vlterius aliquis/ſi cõtritiõis ama
ritudo tanta eſſe debet vt homo mallet dã
nari vel annihilari q̃ꝫ rurſus peccare. vel
etiam ꝑdere omnia que habet/etiam cor/
pus. Tolle inquiſitiões tales curioſas ꝛ
et ꝑiculoſas et ideo omittendas o anima.
et dic ita. Tu ſcis fragilitatem meã. tu fi/
delis es ꝛ nõ ꝑmittis me tentari ſuꝑ id qḋ
poſſum. id eſt. non cadere in tales neceſſi/
tates hoc vel illud eligendi niſi dares vir/
tutem bene eligẽdi. Hoc mõ ſeruatur humi
litas cum iuſticia vbi ſi fieret electio alteri
us partis / immineret alterũ ex his ꝑicu/
lis ſcꝫ pſumptio vel mẽdaciũ. Queres ꝑ
terea ſi quis habens filiũ ex adulterio/te/
netur dolere de tali filio et velle ipm nõ ha
buiſſe. Rñſio ꝙ hic facienda eſt ſepatio fi
lij et peccati. Diligend⁹ eſt filius. odiendũ
eſt peccatũ. nec eſt vna dãda electio in his
rebus. Nota de matre magiſtri ſentẽtiaꝝ.

**Quarta.** Poſtremo ſit aqua cõ
tritionis viua. id ẽ cre
bro et quaſi iugiter ſcaturiens. hanc opta
bat ꝓpha dicens Quis dabit capiti meo a
quam ꝛ oculis meis fontẽ lachrimarum.
Hoc ſic iplebitur/ſi mox et ſemꝑ vt ſit actua
lis recogitatio de peccato. dolet homo de
teſtãs illud/modis ꝛ dictis. alioquin vide
tur illud approbare ꝛ nouiter delinquere.
ſic q̇ iuſtus eſt iuſtificabitur adhuc. ꝛ ſordi/
dus ſordeſcet adhuc. Qualis autẽ exigatur
contritio de venialib⁹. Dicitur ꝙ virtua/
lis ſufficit. dum ſcꝫ quis in generali dete/
ſtatur omne peccatũ ꝛ ad deũ cõuertitur.
Felix aĩa cui datũ eſt habere talem aquaz
calidã mũdam amaram et viuã. Sed ve
cordi noſtro ꝛ ſimilibus cordi duro ſuper
adamantem ꝛ ſilicẽ qḋ niſi emollia tur/male
habebit in nouiſſimo. Quis dabit huic a
quam in peluim cordis mei. Percute do/
mine ieſu virga tua ſilicem hanc/vt fluãt
aque largiſſime. queãdmodũ factũ eſt oliz
ꝑcutiente moyſe petram in deſerto. ¶ Le
gi de quibuſdam tuis ꝙ nõ hñtes hãc aq̃ꝫ
ad nutum. ꝑcuſſerũt ſeipſos etiam verbere
et virga materiali vt inde cõſequẽter te mi
ſerante cũ plagis ꝛ ſanguine ꝑflueret riuu
lus lacrimarũ. Hec eſt vna ex induſtrijs ꝑ
ducendi hanc aquaz. ¶ Alteram induſtri
am habemus in figura iacob/qui puteos
impletos humo et limo ſcꝫ philiſteis rplẽ
tib⁹/mũdabat. aut alios fodiebat. vt abie/
cta terra/manent libero cõductu vena pu/
riſſima. O quotiens impletur aĩa nr̃a limo ꝛ
terra ſcꝫ terrenis affectib⁹ et deſiderijs. qui
bus obſtruitur pñs meat⁹ anĩe/ne ꝯtritiõis

aq̄ fluant. Ceteꝝ purgatio hec fit ꝑ emun/
datorium ieiunij et abſtinentie amarū. ſi/
cut chriſtus ſurrexit a cena. depoſuit veſti/
menta. ¶ Tertia additur induſtria ꝑ ad/
iutorium orationis. vt ſi haurire aquā ſo
li nō ſufficim⁹. haurientes nobiſcum aduo/
cemus. Quēadmodum egit ille qui a maria
magdalene gratiam impetrauit lacrimaꝝ.
Ad hoc figuraliter induceretur illud ſoli/
ni (ſi tamen verum eſt) de quodā puteo ꝓ
fundo. in q̄ dum deeſſet aq̄/ aduenit virgo
ad os putei. et ſuo clamore aquam eduxit.
ſic anima per orationem ſicut axa ſuſpirās
impetrauit irriguum inferius et irriguum
ſuperius. ¶ Utuntur alij ꝑ quarta indu/
ſtria/ conſideratione miſeriarum ⁊ calami
tatum quas vident in proximis. vt inde ꝑ
compaſſionē lachrimas eliciant. Sic fit
vt conſequenter miſereatur eoꝝ benigniꝰ
et miſericors deus. Conſiderat animā ꝓ
priam quaſi ſit in purgatorio. Hec indu/
ſtria locum habet in conſideratione paſſi/
onis domini noſtri ieſu chriſti. De qua di
cit Bernardus ꝙ nullum cor tam durum
eſt qđ non molliat ſi paſſio domini ad me/
moriam reuocetur. Hic oculus xp̄i in hac
conſideratione petrum reſpicit et flet ama
re ¶ Per has vtinam aut ſimiles induſtri
as/ proferret terra cordis noſtri/ fluenta a/
que viue. ne eſſē vel ſit ſicut terra ſine aqua
Deſerta inanis et vacua. terra inuia et in/
aquoſa. terra monſtruoſa gelboe vbi nec
ros nec pluuia cadit. Itaq̄ ſine hac aqua
incurritur illa maledictio chriſti. Si non
lauero te non habebis partem mecū. Pro
bibeat hanc altiſſimus.

Habita aqua per contritionem/
bonum erit initium vt fiat ablu
tio per confeſſionem. Fiat autē
opportune. fiat integre. fiat vere
et non ficte. fiat a ſuo iudice.

## ¶ Fiat opportune.

Hoc eſt tempꝫ ordinato ꝑ eccleſiam/ ſaltē
ſemel in anno. Et hic eſt primus caſus.
Secūdus caſus eſt ante ſuſceptiōem bn̄/
dicti ſacramenti. et hoc extendere voluerūt
aliq̄ ad oēm actū hierarchicū eccleſie/ ꝙ n̄
ſine confeſſione deberet exerceri. Sed ra/
tio eoꝝ non videtur concludere niſi de cō
tritione. ¶ Nota ſi occurrat peccatum ce/
lebranti. Alter caſus eſt in periculo mortis
ſm ꝓbabilem coniecturam. alioquin bo/
mo ſe exponeret periculo peccati. quia te/
netur ad minus ante mortē confiteri. Ceſ
ſante illa ꝓbabili coniectura/ licet differre
confeſſionem. ¶ Quartus caſus ſi nunc ha
beat copia ſacerdotis vel penitentiarij/ nec
eſt ſpes ꝙ poſtmodum ante paſcha vl' mor
tem vel eucharistie debitam ſuſceptionem
habeatur. ¶ Confeſſio crebrior etſi lauda
bilior ſepe ſit. nō tm̄ āpli⁹ in obligationem
cadit regulariter. Dixi laudabilior ſepe. qꝛ
contingere poteſt vt repetitio eſſet vitioſa
et quaſi tota eneruans deuotionis virtutē
ſicut in ſcrupuloſis tedioſiſſimis/ nolenti/
bus adquieſcere cuiuſq̄ conſilio. Dixi ꝑ/
terea regulariter non cadere in obligatio/
nem. qꝛ vel ratione conſcientie hoc dictan
tis. vel ſtatus aut tribulationis aut neceſſi
tatis hoc exigētis/ aut regule ſtatuētis poſ
ſet obligatio conſurgere.

## Fiat etiam integre

ſicut integra eſt contritio de omnibus. ſic
confeſſio. Hic ſtudioſitas ſpeculatrix de
plurimis querit Ad que reſpondere poteſt
charitas edificans. Illa eſt enim que docꝫ
de omnibus. quippe ſpūſſanctus charitas
eſt/ qui docet omnem veritatem. Eſt etiā
charitas finis legis. ſm quam cetera debet
moderari. ¶ Queritur ergo primo de ve/
nialibus. Dicitur ꝙ non eſt de neceſſitate
cōfitendum. et hec cōſideratio docet tolle/
re ſcrupulos multoꝝ celebrantium. qꝛ ve/
nialia poſſunt aliter deleri q̄ ꝑ confeſſiōē
¶ Queritur de oblitis. dicitur ꝙ ſufficit fe
ciſſe diligentiam moralem ſicut ꝓ magna
re fieret. Et ſic vel deus indulget. vel alias
reducet ad memoriā. Talis certitudo ſuffi
cit ad nō peccandū nouiter/ in celebrando
vel ad cōfeſſiōem nō inualidandū. Sꝫ an
deberet fieri reductio ad memoriam confi
tētis vel inquiſitio. Sic vtiq̄ cū recto mo
deramine. et ſine curioſitate noxia ſicut ob
ſtetrix omnia et medicus ⁊ iudex diligēter
inueſtigat. Alioquin a pueris puellis ⁊ lai
cis et idiotis/ qui nō habent reflectiōē ſu
per actus ſuos/ vix hr̄etur aliq̄ pura cōfeſ/
ſio. Sciūt hoc expti. Hec eſt valitas prin
cipalis cōfeſſionis. Animaduerte tamen/
ꝙ ſi oblita redeūt ad memoriā. illa cōfiten
da ſunt eidem ſacerdoti vel alteri/ q̄q̄ eēnt
dimiſſa. ſicut de peccatis diximus in cōtri
tione deletis. ¶ Queritur de dubijs. Du/
bia ſunt in triplici differentia. ſicut pōt hō

eſtimare ſe deliquiſſe in hoc vel in illo. Aut
enim credit magis. ꝙ peccauit mortaliter.
in hoc facto vel in illo. et ſic tenetur confite
ri vel deponere conſcientiam Aut dubitat
ex equo. et ſic ſimiliter obligatur. Aut credit
magis. ꝙ non peccauit cum dubio tamen
de oppoſito/ et hoc dicitur ſcrupulus. et ꝑ
hoc dubio non tenetur/ niſi aliunde tenere
tur. quãq₃ expedit dicere quãq₃ et ſepius con
temnere et cõtra agere/ ꝑſertim habito con
ſilio ꝑitoꝝ. Item in dubijs ſub conditone
cõfitendo eſt ⁊ poteſt certa abſolutio dari.
Item in dubijs conſurgentib₉ ex iurib₉ et
ex ſententijs poſitiuis/ poteſt nõ confiten/
tibus expſſe abſolutio admĩſtrari. ¶ Que
ritur de circũſtantijs? Rñdetur ꝙ quedam
ſunt peccata mortalia/ que ſcȝ mutãt ſpẽm
vt furari in templo. ille ſunt de neceſſitate
confitende. Quedam aggrauant peccatũ
notabiliter. vt rapere centum. plus ẽ ꝗ̃ de/
cem. et tales ſi habentur in memoria. dicẽ/
de ſunt Quedam aggrauant tantũmõ mo
dum faciendi. tales non ſunt dicende d̃ ne
ceſſitate. imo quãq₃ omittende. vt in pecca/
to carnis. niſi ꝑ ſecuritate maiori ⁊ dubio
ne peccatum mutauerit ſpẽm. Quedam al
leuiantes. quedam imꝑtinentes. Alleuiã/
tes non ſunt dicende niſi in dubio ſcanda
li ſacerdotis. Imꝑtinentes omnino dimit
tende ſunt niſi ꝑ familiaritate ↄtrahenda.
¶ Queritur de circũſtantia ꝑſone cuȝ qua
ſit peccatum? Rñdetur ꝙ eſt regulariter tacẽ
da. niſi vel vbi/ nõ poteſt aliter peccatũ di/
ci. vt ſi vir/ abuſus eſt ꝓpria vxore. Vel vbi
poteſt ꝓdeſſe non obeſſe. tam dicenti ꝗ̃ au
dienti. ꝗ̃ ꝑſone illi peccatrici. Addũt aliq̃:
ꝙ ſi aliter non poteſt dici peccatũ quin cõ/
feſſor agnoſcat ꝑſonam: ꝑgendum eſt ad
alterum. Hoc eſtimo cõſilium eſſe/ non ꝑ/
ceptum. niſi vbi poſſet obeſſe ꝑſone illi re/
H uelate. ¶ Queritur de caſibus reſeruatis.
Hic eſt tam ꝓfunda difficultas/ vt Duran/
dus doctor exercitatiſſimus in iſtis. tractã
do hanc materiam dixit ꝙ expediret habe/
re ſuper hoc papale cõſilium. Et difficul/
tas (vt bene tangit) ꝓuenit ex reſeruationi
bus peccatoꝝ/ aliter ꝗ̃ fit in curia romana
q₂ non reſeruat curia romana vt dicit niſi
quaſdam irregularitates aut penas Dicũt
aliqui ꝙ iura nunq̃ voluerũt reſeruare pec
cata aliqua/ niſi publica ad terrorem alio/
rum. Una mollicies reſeruabitur: adulteriũ
mulierum/ peccatũ ſacerdotũ cõcubinario

rum. ¶ Si ꝓlati omnes attenderent ꝓfun
de/ ꝗ̃ta eſt difficultas ꝗ̃tum onus dicere
peccata ſua ſecreta etiam vni/ ipſi (credo fir
miter) nunq̃ tale iugum imponerent leui/
ter ceruicibus ſubditoꝝ. Unde innumera
biles ꝑcipitantur in infernum Mille pe/
nitentiarij non ſufficerent in hac ebdoma
da/ ꝓ conſeruatoribus reſeruatoꝝ Cogno
ui plures qui ꝑ biennium vel trienniũ vix
potuerunt induci ad confitendũ quedam
ſuoꝝ peccatoꝝ. Qualiter ergo talia dixiſ/
ſent vni ꝓlato vel penitentiario. ꝑſertiȝ pu
eri et puelle et mulieres verecũdiſſime. Di
ci non poteſt ꝗ̃tus ẽ in pudore tyrannus
Credentes terrere ſubditos occidunt. ⁊ de
mergunt tacentes in infernum. ¶ Ex hac
materia et alias ꝑpendite/ quanta diffi cul
tas eſt in materijs moralibus et theologi/
cis vtilibus/ in quibus homines ꝑ totam
vitam exercitati/ vix ſciũt q̃d dicere. Quid
igitur facient ſcholaſtici noſtri tꝑis/ q̃ ma/
terias tales nec cogitare nec legere ſufficie
tenus dignantur dicentes. O ſciem⁹ talia
cum vellemus. Velint ergo tales aliquan
do. alioquin nihil ſcient etiam quando vo
luerint pauca ſcient. ¶ Sed dicamus ad
id qđ queritur/ qualiter ſe habebit pecca/
tor/ habens caſus reſeruatos? Hec eſt cer/
ta concluſio ꝙ ſi habeat talem ſacerdotem
qui poteſt et velit eum abſoluere nec inde
ſcandaliſetur/ tenetur totũ dicere Exempli
gratia. Si vadit ad epm/ ⁊ epus vult totũ
audire dicat. Si ad ſuum curatũ qui po/
teſt abſoluere/ ſimiliter dicat. dum tñ vtro/
biq₃ ſit ſecuritas ꝙ neuter ſcandaliſabitur:
ꝑ ꝓnitatem ad peccatũ. vt in materia fidei
vel in peccato carnis. Sed querat tunc ali
os de licentia ſaltem petita. Si autem eps
qui poteſt omnia abſoluere/ non vult niſi
reſeruata audire. ⁊ alius nõ poſſit niſi non
reſeruata. ⁊ nõ abeſt bona volũtas ⁊ bona
fides in cõfitente. Nõ auderem dicere quin
poſſet peccata ſua iſto mõ dimidiare. ſicut
ligatus duabus excõicationib₉ põt abſol/
ui. primo de vna. poſt ꝑ decem dies ab alte
ra. ſicut etiaȝ in diuerſis dieb₉ põt fieri vna
cõfeſſio. Itaq₃ nõ requiritur tanta vnitas
hic ſicut in alijs ſacramẽtis. Et eſt ibi que
dam vnitas in miniſtris iſtis duob₉. in vni
tate ſcȝ vni⁹ potentis ſacramẽtaliter integre
et ꝑfecte ſuꝑ iſtius peccata. Nõ auderẽ ꝑte
rea aſſerere in onus ſacri cõfeſſionis/ ꝙ ta
lis teneretur ſuo ſacerdoti qui non põt de

omnibus abſoluere omnia dicere. Scio
tamen ꝙ tutius eſt et ſalubrius (ſed non q̃
liber poteſt faciliter induci) dicere peccata
ſua ſic diuerſis. q꞉ (vt dicit ſcotus) talis cõ
feſſio de vno peccato pluribus non vocaꝛ
ex genere ſuo eſſe ſecreta. q꞉ iſti duo q̃ audi
erunt/ poſſent ferre teſtimoniũ cõtra cõfi/
tentem in foro cõtentioſo. licet peccarẽt. tñ
valet et teſtimoniũ. Item nullus inuitus
poteſt (vt videtur) cogi dicere bis peccatũ
ſuum in cõfeſſione. cum lex diuina non co
git vel obliget niſi ad ſemel cõfitendũ. Et/
ſi in religioſis oporteat pluribꝫ cõfiteri. h
eſt de eoꝝ volũtate qui ſe regule ſummiſe/
runt. Si dicitꝛ ꝙ ſic curatus ſacerdos/ nõ
cognoſceret peccatorẽ ꝛc. hoc argueret ꝙ
omnia peccata dicenda rurſus eſſent

D **Tertio fiat uere ſci**
licet non ficte. hoc eſt in cõtritione ꝛ chari
tate. ſm ꝓbabilem cõiecturam. ¶ Utrum
autem cõfeſſio que fit ſine charitate liberꝫ
ne iterũ dicantꝛ peccata vel a ꝑcepto eccleſie
eſt difficultas/ vix inter ſcholaſticos ſuffi/
cienter diſſolubilis. Oſtendit hoc multi/
plex opinionũ varietas. Dicit aũt dominꝰ
ꝛ vilhelmus piſieñ. ꝛ alij cõiter/ ꝙ attritõ q̃
alias nõ eſſet ſufficiens/ fit ſufficiens virtu
te ſacramenti. Ponendũ eſt igitur ꝛ dicen
dum ſicut quidam in euãgelio, Credo do
mine, adiuua incredulitatem meam. ita pe
nitentiario. adiuua dñe impenitentiã meã
¶ Queritur ſi tali debeat dari pnia꞉ Rñde
tur ꝙ ſic/ nõ abſoluẽdo ſed ad cautelã et ꝑ/
ſeruatiõem ꝓ futuris vt deus cor illumiet.
Cõſiliũ Ambroſij Age interim quicquid
boni potes. et malũ abbreuia. ¶ Quid ſi
dicit ſe cõtritũ. et putat cõfeſſor ꝙ mẽtitur/
vel ſcit aliũde. vel nõ vult facere cõſcientiã
ſed excuſare꞉ Reſpondeo. ꝙ ꝑdicere dẽ ſi/
bi꞉ ꝙ abſolutio nõ vꝫ ſi poſuerit ipedimẽtũ
et ꝙ intentio ſua nõ eſt eũ abſoluere niſi fa
ciat que ꝓmittit ꝛ dicit. Attñ abſolutio de/
bet fieri abſolute. Eſt aũt forma talis Ego
te abſoluo primo ab excõicatione. Item
ego te abſoluo a peccatis tuis mihi cõfeſ/
ſis in noie patris et filij ꝛ ſpũſſancti amen.
¶ De cõfeſſiõis ſecreto hoc tenendũ ẽ pri
mo. ꝙ in nullo caſu reuelanda eſt etiam in
hereſi. nec papa poteſt diſpenſare. Itẽ nec
de cõſenſu cõfeſſi niſi dicat extra confeſſio
nem. Item nec ad interrogatiõem cuiuſcũ
ꝗ iudicis ꝑ quodcũꝗ iuramentũ. niſi bo/
mo ſciuerit aut ꝑ teſtimonia q꞉ dicere tunc
põt et ideo debet. Nõ fatuam cautelam ali
quoꝝ. Item etſi ſola peccata ſint ꝓprie de ſi
gillo confeſſionis. tamen penitentie date ꝛ
interrogationes rationabiles hincinde et
ꝑſone noĩate ſunt celande. Inquirẽtes au
tem ꝛ reuelantes/ grauiter peccant. ꝛ eſſent
puniendi ꝑſertim vbi ex curioſitate non ex
charitate diſcreta ꝓcedit inquiſitio. Item
de ꝑſonis cõfeſſis expedit magis tacere ꝗ
aliquid dicere vel laudando vel vituperã/
do in generali vel ſpeciali.

**Fiat poſtmodum a** I
ſuo iudice. Iudex in cõfeſſione eſt vel pa/
pa vel epũs. vel curatus vel aliquis legitti
me ab aliquo iſtoꝝ delegatus. Queritꝛ cui
ſit expedientius cõfiteri꞉ Rñdeo ꝙ regula
riter et ceteris ꝑibꝫ ſuo curato ordinario.
Primum ꝓpter obedientiam. deinde ꝓpter
facilitatem habendi eum poſtmodũ in pe/
riculis mortis. vel in ſacroꝝ adminiſtrati
one. ¶ Queritur ſi cõfeſſi habentibꝫ pote/
ſtatem delegatam/ teneantur iterũ peccata
eadem ſemel in anno cõfiteri꞉ Rñdeo ꝙ nõ
ꝑſertim vbi de conſenſu curati hoc factuꝫ
eſt. Ideo tutius eſt petere licentiam. Expe
dit etiam vt talis in anno ſemel ſe preſentꝫ
curato ſuo ꝓ ſacro ſuſcipiendo et obedien
tia impẽdenda. alioquin curatꝰ poſſet ne/
gare euchariſtiam. ¶ Quid ſi curatus nol
let credere꞉ Rñdetur ꝙ cuilibet in foro cõ/
ſciẽtie ſeu cõfeſſionis credendũ eſt ꝓ ſe ꝛ cõ
tra ſe. niſi in caſibꝫ publicis qm̃ aliter cura
tus nõ poſſet certificari. etiamſi ſibi fieret
cõfeſſio. ¶ Quid ſi cõfeſſor erret/ in abſol/
uendo plus ꝗ põt꞉ Rñdetꝛ ꝙ ſi pctõr erat
bona fide/ ꝛ neſciat impedimentũ/ ſecurus
eſt. Si aũt ſciat/ ñ rite abſoluitur. Si etiã
poſtmodũ ſciat impedimentũ fuiſſe/ tenetꝛ
vt plurimũ iterũ cõfiteri. Dare vero regulã
generalẽ/ qñ ſic ꝛ qñ nõ. eſt plurĩ nimis at/
ꝗ difficile. ¶ Felix ablutio pedũ ꝑ cõfeſſi/
onem/ que ita fit opportune. integre. nõ fi/
cte. ꝛ ſecrete. ꝛ a ſuo iudice. Sed ve ſordibꝫ
abominalibus aliquoꝝ ꝛ eluibilibꝫ quos
in aꝑtũ cõfeſſionis venire ꝛ palpari vel tã
gi/ imo vel videri nõ ꝑmittũt/ quattuor pe
ſtes improbe. pudor. timor. ꝑſumptio. de/
ſpatio. ¶ De pudore habemus in Tho/
bia cui volẽti lauare pedes occurrit piſcis
volẽs eũ deuorare. Quid piſcis i aq̃ latẽs/
niſi pudor occultus. ſed ſuffocandus ẽ pu

doꝛ talis.et ad multa tandē vtilis inuenit.
ad cibum contra demonium.et ad viſum.
Applicationem nō pſequoꝛ. ¶ Ceterum
ſcabies ſic latet in aliquib⁹/vt ſe ſcabioſos
non credant/dicētes quid ego feci? Sum
ego fur vel homicida? Hoc cōtingit etiā il
lis qui deuoti reputant.qꝛ latꝫ ſupbia ſub
tile malū que nō pmittit deuenire in ↄgni
tionem peccatoꝝ.cōtra qđ oꝛabat pꝛeſta.
Illumina oculos meos ꝛc. Exptus ſū de
multis et in mltis/qui p quattuoꝛ aut tres
annos fuerūt in peccatis grauiſſimis quā
uis fere quotidie cōfiterent ꝛ vt erat ſua o/
pinio penitebāt. Quid ergo erit de nō reco
gitatiōib⁹ annos ſuos in amaritudie anīe
ſue.ſi recogitantib⁹ ſedule/talis cecitas e/
ueniat. Quē ñ exterreat qđ dicit apl's. Nihil
mihi cōſcius ſum ꝛc. ¶ Amplius vero pꝛe
ſumptio ſeu repꝛomiſſio nequiſſima dece/
pit plures/hñtes vocē coꝛnicā/cras cras
cōuerti poteris cū voles. Hec vox innūera
hoim milia ꝛ pdidit ꝛ pdet.qꝛ qui nō ē ho/
die/cras minus aptus erit. ¶ Poſtremo
vidimus deſperatiōem in iuda ꝛ cayn ꝛ q/
buſdam alijs. Migrat iudas.i.cōfeſſio ſer
uus optim⁹/ꝓpter multitudinem ꝛ afflictō
nem ſeruitutis.qꝛ ſcꝫ quotidie fit reiteratio
peccatoꝝ que iudas abluere tandem refu/
git et deſperat. Abijciamus hec impedimē
ta.qꝛ dñs ꝛ ſi rē grādē nobis diceret bñ face
re debueramus q̃to magis qꝛ dicit cuilibꝫ
nrm: vade ꝛ lauare ſepties.i.pfecte.

Conuertamus poſtremo oc'los no
ſtre cōſideratiōis ad exterſiōem q̄
fit p manū ſatiſfactiōis. ¶ Hec q/
dem exterſio hēat aſpitatem ſeu penalitatē
habeat rōnabilitatē.hēat claritatem. hēat
celeritatem. ¶ Pꝛepoſueram ſm hec qua
tuoꝛ quedā diſſerere ſalubꝛia de mōis iniū
gendi ſatiſfactiōes: vt nec graues ſint nec i
poꝛtabiles.nec publice.p peccatis ſecretis
Nec dentur inuitis aut ſi nō fieri credātur
qꝛ melius eſt cū pua pnia ꝛ quaſi nulla du
cere hoies in purgatoꝛiū: q̄ cū foꝛti q̄ nō fi
et oppꝛimere ꝛ detrudere i infernū. Nec ex
igantur irregulariter iuramēta aut pmiſſi
ones de hoc vel hoc faciendo. Sed magis
oīa in monitiōe atq3 cōſilio. Deniq3 ſalu/
berrimū eſt inducere hoies vt aduerſitates
et laboꝛes huius vite accipiant in patien/
tia et bona gratiarūactiōe.qm̄ p hoc poterit
efficaciter vt crebꝛo ſatiſfacere de peccatis
ſuis.et gratiarū augmenta pmereri.fiat vir
tus de neceſſitate ¶ Sunt aūt ſoꝛdide trāſ
greſſiones alique/que vix ad fundū poſſit ex
tergi. Exempificemus in quatuoꝛ. ¶ Pꝛi
mo.coꝛruptio alioꝝ in moꝛib⁹. Sup quo
accipite quid Berengarius moꝛiens i die
ephie dixerit. Hodie mihi apparebit dñs
meus ihus xpus.vel ad glām ſicut ſpero p
pter pniam meam.vel ad damnatiōem ſi/
cut foꝛmido ꝓpter alioꝝ coꝛruptiōes quos
ad viā veritatis reducere nō potui. Hoꝛre
ant ꝛ caueant hi qui ad ſimilitudinem de/
monū/gaudent alios ſecū trahere ad inte
ritum pſerti iuuenes ꝛ pueros.tales neſcio
ſi potuerūt vnq3 ſatis penitere.ſufficer̄ eis
debuerat damnatio ꝓpꝛia. Quid de malis
exemplis magnoꝝ ꝛ litteratoꝝ viroꝛum?
¶ Alterum eſt vitium qđ vix ſuſcipit ſatiſ
factiōem ꝛ exterſionem ſcꝫ iniuſtū bellum i
tempalibus.et iniuſte pmotiones in ſpūa
lib⁹.vnde oꝛiūtur moꝛtes tam tempales q̄
ſpūales. O felices quos de⁹ tollit extra ne/
ceſſitatem aut piculū talia faciendi. vt nec
iniuſte militent/aut militare conſulant. ¶
Inferimus adhuc tertio iniuſtam patroci
natiōem.que dolis et aſtutijs tollit heredi
tates alioꝝ.qꝛ fit vix conſcientia vel reſtitu
tio ſup iſtis. Et adhuc inſanabilioꝛ eſt iniu
ſta diffamatio que debitam vite ciuilis fa/
mam aufert. ¶ Poſtremo ponimus pom
poſitatem ſtatus.vt p ſymoniam vel rapi/
nam aut vſuram.qꝛ vix poteſt fieri ceſſio:
vt deſcendat quis a ſtatu alto q̄q3 damna
biliſſimo/in baſſum debitū et tranquillū.
Tanta eſt humani coꝛdis arrogantia. vt
ſe et ſuos/plures damnari citius patiātur
q̄ humiliari qđ ſi nō eſſet/nō tm̄ duraſſet
hoc execrandū ꝛ eiciabile ſciſma peſtifex.
¶ Tandē epilogantes oꝛem⁹ vt lauet nos
xpus.q̄tenus ptem ſecū hēamus. Lauet āt
p miniſterium pnie. Que hauriat primū
aquam cōtritionis calidam mūdam ama/
ram ꝛ viuam. Scđo abluat p manū cōfeſ
ſionis oppoꝛtune integre ꝛ nō ficte ſecrete
et ſuo oꝛdine hoc eſt ſub ſuo iudice.nec ob
ſtent q̄tuoꝛ peſtes pudoꝛ timoꝛ pſumptio
deſpatio. Exterſio demū fiat que hēat aſpi
tatem rōnabilitatem claritatem celeritatē.
ſubtrahētes nos a voꝛaginib⁹ pctōꝝ. que
nos in alienas man⁹ p iniurias pcipitant
a q̄b⁹ vix vnq3 poſſum⁹ emergere Sic mū
di erim⁹ in cubili ↄſcie nr̄e tranq̄lli hñtes
me ventrem quid eſt niſi bolus exiguꝰ? nā
ſi mille milia mundorum adieceris/cū nō
implebunt. Patuit in alexandro in ceſare
in alijs tirannis. Ve miſero mihi inquit a
lexāder ex democriti ſētētia innūerabiles
mundos audiſſet. ego nec vnum ſubiuga/
ui. Idem de ſcientie cupiditate. Exemplū
deinde ſenſerunt qui tota ſtudioſitate ſua
nihil aliud inuenerūt q̄ȝ nihil ſcire et q̄ mt
ta ſcire magna fatuitas ¶ Porro quid mi
randū ſi non ſatiatur comedens in ſōnis.
Vt loquitur yſaias. et vt poete de toto fa/
bulantur. Sed et vmbram et ventum den
tibus atterens et paſcens/ſaturitate quali
ter implebitur? Ideo bene enunciauit qui
dixit appetituȝ diuitiaꝝ eſſe infinitū. Mi
dam et tantulum poete/et creſum cuȝ innu
meris diuitijs/hiſtorici pro exemplo poſu
erunt. ¶ Ecce cui aſſignata erat ſors vber
rima ſorſqȝ pleniſſima. dū derelicta ea/vm
bram et ventum conſectatur temporaliuȝ
cōmodoꝝ vel lucroꝝ. dum querit ea tanq̄ȝ
pcium quoddam huiuſ cōmutationis dei
cum māmona. ipſe neqȝ rem habet neqȝ p̄/
cium. Poſtremo cum iuda ſuſpendit/ſtrā
gulaturqȝ laqueo temporalis ſolicitudi/
nis. intercipientis ſpiritum vitalem gra/
tie/ne interiora refrigeret. et crepat medius
et diffundantur omnia viſcera eius in ter/
ram. Fingo iſtud niſi aſſit teſtis ſapiens.
Auaro inquit nihil eſt ſceleſtius. Sequit
Proiecit enim in vita ſua intima ſua. ¶ C
Vultis accipere ſimilitudinem vt dicitur
palpabilem p p̄dictis. Ponite ante oclos
veſtre conſiderationis/canem aliquē/mor
dicitus inter dentes geſtantem fruſtuȝ car
nis. tranſnatet canis iſte flumen aliqd. vi/
deatqȝ vmbram carnis in aqueo ſpeculo.
hic canis vt auidum eſt animal/ſi hiando
nititur vmbram hanc arripere vel glutire
quid agit niſi vt verum carnis cibum per/
dat? elabitur enim/fundoqȝ mergitur. non
tamen vaneſcente potitur. ¶ Aut ſi ſimili
tudo magis placet in hominibus. Recogi
tate aliquem i horto pomifero poſitū. ſup
cuiꝰ horti filices humi repentes ſuper vrti
cas et vepres/iaciantur ab alto vmbre po
morum ex radiatiōe ſolis obiecta. quanta
precor eſtimabitur ſtoliditas in hoc homi
ne/ſi ſpretis veris pomis/ipſe nitendo et ſer
pendo pedibus manibuſqȝ totus incum/
bat inhians aperto ore ſuper huiuſmodi
vepres et vrticas/ cupiens vmbratilibus

pomis ſaturari. Quid ipſe niſi vſtiões pū
cturaſq; quid niſi lacerationes referet de to
to conatu ſuo? ¶ Profecto hic eſt typus a
uari. qui ſpreto deo/ vero cibo et fructu/ ꝓ
ſequitur vmbras eius vmbratiles ſcʒ diui
tias/ quas Jeſus ſpinis q̄ꝛ cruentant ꝛ pū
gentibus curarum aculeis vulnerant/ cō
parauit. Jtaq; niſi hec vmbra quaſi ſomni
aliter et vmbratiliter fieret. ſicut vnus poe
tarum dicit referente fulgentio non ceciniſ
ſet pſalmiſta. Dormierunt ſomnum ſuum
et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarū
in manibus ſuis. Et rurſus. Uerumtamē
in imagine ꝑtranſit homo. Minus quip
pe habet entitatis et ꝑmanentie tempora
litas eternitati comparata/ q̄ꝫ ſomniū auo
lans vel vmbra ꝑtranſiens. ſi eaꝝ cū tem
poralitate q̄ꝫtumlibet extenſa fiat collatio
¶ Talem (niſi me fallit eſtimatio) forma
uerant imaginem rerum humanarūʒ duo
philoſophi/ democritus et eraclitus. quo
rum alter moꝝ vt ingrediebatur ſolium do
mus/ ridebat. ita nihil ſibi ſerium vel inep
tum videbatur. Alter flebat/ arbitrās om
nia que gerebantur miſerrima. Talē Job
talem ille qui introierat in ſanctuariūʒ dei
imaginem pinxerat. Job dicit. Uidi ſtul
tum firma radice. et maledixi pulcritudini
eius ſtatim. Alter. Uelut ſomnium ſurgē
tium domine imaginem ipoꝝ ad nihilum
rediges. ¶ Clerus vtinam ſic ſentiret ex i
timis rerum vanitatem. qđ quia non facit
tradit Jeſum. ꝓtendens ex ſtatu et nomīe/
ſe habere ſolum deum in ſortem hereditaſ
tis a quo longiſſime piectus eſt ꝑ viciū cu
piditatis. Qđ ſi vult regredi/ formam ha
beat iam allegatam adoleſcentis. reuertaẗ
de exterioribus ad ſe. ꝯ ſe ad patrem. dicēs
Pater peccaui in celum et coram te. Pro
ditor nedum tui ſed cuiſlibet creature. fac
me ſicut vnum ex mercenarijs non mundi
ſed tuis. ne peream cum iuda ſimonis ſcha
riotis.

D

## Secūda cōſidera.

¶ Ad imitationem iude. proditor eſt eccle
ſiaſticus. qui corporaliter etiam aſcriptus
ad conſortium eccleſiamq; ſanctoꝝ/ deſe
rit illos corde neq̄ꝫ/ tranſiens ad ſynagogā
peccantium. Jbiq; ſymon exiſtens. i. mero
rem audiens. ¶ Hec fuit iniqua iude pro
ditio. vt dum cum ſanctis apoſtolis ꝛ ma
ria matre Jeſu corporaliter verſaretur/ ipſe
totus animo cum iudeis/ de traditione do
mini ſui/ de deſolatiōe cetus iſtius ꝑtracta
ret. vt verum ſit illud per pſalmiſtam. Et
enim homo pacis mee: qui edebat panes
meos/ magnificauit ſuper me ſupplantati
onem. ¶ Jmitantur autem eum qui ſunt
ex parte illius. quoꝝ conuerſatio corpora
lis cum catholicis/ mentitur fidem ꝛ deuo
tionem/ que longe ſunt ab eis. Non enim
ſunt fratrūʒ amatores ſed ſpoliatores. frau
datores irriſores eorū: etiam ſpiritualiter
in moribus ciuiliter in fama/ ꝑuerſiſſimis
machinationibus occiſores. Jta traditur
chriſtus in mēbris ſuis. ¶ Eccleſiaſticos
itaq; quos auaricia peruertit iam a deo. in
uidia comes auaricie ſuſcipit. dum vident
in alio quod non habent. Fraus inſuꝑ do
lus detractio ira furtum ſacrilegium. odiū
tedium veri boni et ſimiles vicioꝝ peſtes/
tanq̄ꝫ latrones aliqui ꝛ proditores inueni
unt eos. Jnuentoſq; cecant illigant ſauci
ant trahunt diſtrahunt. Deniq; extra viā
virtutis eijciunt. Uix ad tempus relinqui
tur pallium hypocriſis/ tegens cadauero
ſam feditatem intrinſecus horridam/ ope
rimento quodam conuerſationis exterio
ris cum reliquijs velut in ſepulchris deal
batis. ¶ Dignum plane eſt. vt qui talē tā
tamq; portionem deum faſtidiunt: quiq;
auaricie tyrannide diſtract⁹ a loco vberis
paſcue/ a monte coagulato et pingui/
corruit in deſertum vallemq; totius egeſta
tis et ſalſuginis. Jpſe incidat in latrones
cum illo qui de hieruſalem deſcendebat in
hiericho. et de pace in mutabilitatem. de ꝗ
ete in confuſionem. Jta qui noluit eſſe ſo
cius apoſtoloꝝ. nec habere ſoliditatem fi
dei cum Petro/ mititatem cū Andrea. pu
ritatem cum Johanne. et ſic de reliq̄s/ fit
conſors perfidoꝝ. fit preda vicioꝝ et ꝗ pri
us nutriebatur in croceis. amplexatur ſter
cora et cū inimicis domini terrā lingit.
Occurrit vero inter loquendum veneran E
dus ille cetus apoſtolicus/ cui gratiſſima
caſtiſſimaq; pñtie tue ſerenitas. O virgo
benedicta ſplendorem ſanctamq; leticiāʒ
aſpirabat. quo magis execranda redditur
iude proditioſa malignitas que cū tot ſan
ctis ſact⁹ eſſe nō voluit. Dic o iuda ſcelera
tiſſime quid hec virgo cōmenſalis tua. fa
miliaris tua. obſequioſa tue. Dic vt de reli
quis ſileam quid fecit tibi quid moleſtie
intulit: vt filiū ſuūʒ chariſſimūʒ traderes

ad mortem/et tā diram mortem. Nunqd
tibi dura fuit vel iniurioſa que benignita/
te nitebat apud omnes? Nequaꝙ̄ prorſ⁹
quin etiaʒ pia credulitate ſuſpicor etſi euā/
gelium ſileat ꝙ erga te plus officij plus be
niuolentie monſtrauerat exemplo filij/tē/
ptās ſi forte duriſſimam cordis tui nequi/
ciam cuius non erat penitus ignara/ mol/
liri leniri ve fraterna vel materna correcti/
one contingeret. Sentiebat te ad iudeos
curſitare clam et redire. neꝙ tamen prode/
bat te. ſed in bonam potius parteʒ trahēs
omnia/forſan p̄cabatur te rogabat horta/
batur vt inuideam iudioꝝ erga filium ſu/
um magr̄m tuū tu mitigares tu pacis con
ſiliator fieres. Nec deerant quantum ſuſpi
cari fas eſt/blandicie virginales cum gra/
ui maturitate monendi ꝑ verba potentia
gignere compaſſionem in cordibus belua
rum. An forte ſeorſum te aduocans alloq̄/
batur. vides o iuda chariſſime/quo pacto
magiſtrum tuum filium meum/querūt iu
dei perdere. Sciuiſti. aderas enim quan/
do ſuſtulerunt lapides vt iacerent in eum.
quando vir e templo viuus euaſit. Nūc ꝑ/
cor te ꝑ ſocialem omnium noſtrum conui
ctum. ꝑ ſi quid ipe totus bonus noſꝙ om
nes/bene vnꝙ̄ de te meruimus. roga iude
os que ad pacem ſunt. Js enim et redis ad
eos. oſtende nihil eſſe in filio meo dignum
morte. qui infirmos eoꝝ curauit. qui do/
ctrinis erudiuit qui ſolum dei honorem ꝛ
gloriā viuēdo p̄dicandoꝙ queſiuit. Cur
in huius morte peribimus omnes? Scis
ꝙ ex eius vita pendet mea. Quinetiam tu
ipe qualem alium dominū vel magr̄m ha/
biturus es/in quo plus benignitatis gra/
tie et fauoris expectas. Elegit te in fratreʒ.
in apoſtolum. in amicum pauit te. miſtra/
uit tibi. poſtate miraculoꝝ cum auctorita
te p̄dicandi dotauit te. diſpenſatoreʒ ſuum
conſtituit te. Deniꝙ maiora ſunt que pro
mittit. ¶ Ad hec et ſimilia virginis alloq̄a
ſcire velleʒ. o crudeliſſime iuda. que tibi fa
cies. qui geſtus. qualis ꝓ reſponſiōe vl' ſer
mo vel nutus. Sed certe leue erat/te im/
pudenti ſimulatione velle fallere matrem/
qui filium dei putaſti decipere. dicēs. Nū/
quid ego ſum rabbi. Et rurſus. Si opor/
tuerit me mori tecum/no te negabo. Nam
teſte Matheo omnes diſcipuli cuʒ Petro
ſimiliter hoc dixerunt Alij forſan improui
de. tu ꝓditorie. Cupiditas tua (o iuda) ob
uoluebat te/tanta noctis caligine. vt in lu
cidiſſimo die/turpitudinem tuaʒ latere pu
tares nec erubeſceres. Nunqd nō in ipa ꝓ
ditionis hora/verba reuerende blandeꝙ
ſalutationis ꝓtuliſti/dicens. Aue Rabbi
Magiſtrū vocas de quo nuꝑ ad iudeos
tanꝙ̄ de malefico ꝛ fraudulento dixeras. te
nete eum et ducite caute. ¶ Animaduerti/ f
tis o viri patres et fratres animaduertitis
ꝙ̄ ceca ſit auaricia/que ita cor iude firma/
uit obduſitꝙ vt egreſceret medendo deteri
orꝙ redderet? Quid non mortalia pectora
cogis auri ſacra fames? nam ad ipos etiaʒ
iudeos vltro cucurrit non ſolicitat⁹ ab eis
ſed more emptoris interrogās. Quid vul
tis mihi dare et ego eum vobis tradam?
Habet itaꝙ cogitatio auaricie radicata/
ſuam ebrietatem. ſuum furoreʒ. ſuamꝙ in
ſaniam inexorabilem p̄cibus. inflexibileʒ
conſilijs. ſurdam monitis. demum ad mi/
nas omnes iamiam irruentes imperterritaʒ
Et putatis auaricie ſoli ꝓpriam hanc eſſe
ſurditatem ad conſilia? Putatis huic iude
ſoli contigiſſe? Habet hanc incorrigibili/
tatem comitem/hanc melancolicam inſa/
niam/hoc demonium ſurdum/affectio q̄/
libet. vel paſſio vicioſa. dum ꝓfundari ra
dicariꝙ ſinitur. Hoc in philocaptis ad a/
morem. Hoc in vanigloriosis ad gloriam
pompas p̄lationeʒ. Hoc in inuidis ad odio
ſam malignandi libidinem/quotidie con/
ſpicim⁹. Alioquin melius irent res huma
ne p̄ſertim eccleſiaſtice ſi nō ſalubrib⁹ mo/
nitis/cōſilijſꝙ legum eternarum/paſſiōes
vicioſe. ebrioſe. ſtulte. furioſe. vel dominati
onis. vel auaricie. vel ambitionis/obſtitiſ
ſent. Neꝙ tam diuturna contagione/ſciſ/
ma p̄ſens labefactaſſet eccleſiam/ſi ꝑ extir/
pando ſolum ſciſmate non pro obſequen/
do paſſioni multiplici vicioſe/fuiſſet inſu
datum. Exitus vero qualis habebitur/ne
ſcio. de⁹ ſcit. Hoc vnum fidenter aſſero. ꝙ
par quam auara ſuꝑbia clericorum/p̄ſer/
tim in ſublimitate poſitoꝝ exulare fecit ab
eccleſie domo/non regredietur per eandeʒ
viam auaricie et ſuperbie/in regioneʒ no/
ſtram. Non muneribus/non terrori/
bus ſolicitando animos contrariantium
ſed per viam liberalem ac benigne humili
tatis. A qua tamen ꝙ̄ longe abierimus co
gitare ſtupor eſt. querentibus omnib⁹ que
ſua ſunt non que Jeſu chriſti. non ſine rea
tu ꝓditionis/cuʒ iuda ſimonis ſcharioti

b **Tertia cōſideratio**

¶ Proditor eſt cum iuda eccleſiaſticus p̄
dicans et confitens Jeſum verbis. operi/
bus autem negans. Judas interpretatur
confitens. ſed eſt confiteri deum ore. nega/
re vero factis ſm apoſtolū. ¶ Ignoſce mi
hi domine Jeſu. quoniam hic contra me
ip̄m pbaturus ſum/ contra animam me/
am/ niſi miſerearis locuturus. Heu quoti
ens ego cum meis ſimilibus te Jeſum/ le/
gemqꝫ tuam ore tractauimus? Quotiens
aliorum languores p̄dicando ſanare. quo
tiens ſpiritus immundos errorum et vici
orum ab alijs depellere. quotiens teipſum
in eoꝝ cordibus ꝑ ſemen verbi tui ſpiritu/
aliter gignere tentauimus? Cor autem no
ſtrum longe erat a te. languidum. egrū. vi/
cijs obſeſſum. cui ex ſententia dicere potue
ras illud ꝓuerbij. Medice cura teipſum.
Illud inſuꝑ dictum tum Peccatori. qua/
re tu enarras iuſticias meas et aſſumis te/
ſtamentum meum ꝑ os tuum? Tu vero o
diſti diſciplinam. ꝓieciſti ſermones meos
retrorſum. et cetera que ſequūtur. ¶ Sic
ſic vrias tulit ſecum litteras ꝓprie mortis.
Sic fabricatores arce pro ſaluando Noe
cum ſuis perierunt. ſic dicente Señ. Tur
piſſimum eſt quod nobis obijci ſolet/ ver/
ba phie tractare non opera. Sic dominū
cognoſcentes philpſophi/ neqꝫ tamen euꝫ
ſicut deum glorificantes non gratias agē/
tes/ dati ſunt in reprobum ſenſum. quāto
magis theologi xp̄iani.

**Nolo tamen inſul/**
tent p̄dicatoribus/ canes muti non valen/
tes neqꝫ volentes latrare. quoniam ſi ꝑdi/
tionis rei ſunt eccleſiaſtici qui loquentes
bona/ non faciunt. nūquid obſecro gloria
buntur illi/ nunq̄d excuſabuntur/ quoruꝫ
officio annexa eſt obligatio p̄dicandi? Ip
ſi autem bona neqꝫ dicunt neqꝫ faciūt Ita
qꝫ duplici cōtritione conterentur. q2 ⁊ ſeip
ſos interimunt letali gladio criminum. et
alios ſilēdo ociandoqꝫ male ꝑdūt. ¶ Quā
q̄ꝫ terribile ſit valde vnde tanta ſurditas in
auribus p̄dicantium qui ꝓpriam vocē nō
audiunt. quo pacto non verentur ferre dā
nationis in ſeipſos ſententiam. Quomō p̄
ſumunt deum (vt ita loquamur) edocere q
li pena mulctandi ſunt? Qua fronte nō ex/
paueſcunt ſeueriſſimuꝫ illud de euangelio
improperium. Ex ore tuo te iudico ſerue ne
q̄ꝫ. Sed ꝑfecto aliquando facilius eſt ac/
cuſare vicia q̄ꝫ vitare. facilius laudare vir/
tutes q̄ꝫ implere. Deniqꝫ. non omnes qui
ſcripturarum verba vel legunt vel loquun
tur/ formauerunt in ſeipſos veros ꝓprios ⁊
intimos conceptus eoꝝ que dicūtur. non
plus aliquando q̄ꝫ pueri vel pice vel ceciſō
coloribus. Proprij nimirꝝ et veri cōcept⁹
ſpūales/ ꝑ guſtum intimum. guſtus vō in
timus/ ꝑ operis exercitium cum deſiderio
vehementi/ gignūtur formanturqꝫ. Nota/
uit hoc qui dixit A mandatis tuis intelle/
xi. Et rurſus. Guſtate opando. et videte co
gnoſcendo. Nam guſtus ip̄e cognitio ē ex
ꝑimentalis noticia. ſm Greg. in omelia.

**Atuero ne miſera**
bilis hec admiratio. hec fatuitas inſenſibi
lis. hec incorigibilis inſania/ videatur apud
arrogantes et emulos/ ꝓpria ſolis theologi
cis. cōmunis eſt affirmamus omnib⁹ hoi/
bus quos non exceperit gratia ſaluatoris
Miraris tu et mirando deteſtaris et irri/
des/ q theologus dicit aliqua de contem/
ptu mundi et gloria futuri ſeculi/ et ea īter/
pretaris qđ non credit que loquitur. Oſtē
dam tibi plus vel eque mirandum. Quis
precor eſt ex hominib⁹ qui neſciat ſe mori/
turum. qui non fateatur et dicat? Ego abſ/
qꝫ vlla momenti interpolatione ſicut reus
fugio ad mortis ſuſpendium. ego ſicut vm
bra p̄tereo. Nihilominus q̄ꝫ raros ex hoi/
bus oſtendas mihi/ qui non talia et taliter
operanter in adquiſitione diuitiarum/ in
luxu ſeculi/ in contentionib⁹ et emulatiōi/
bus et ſimilibus inſanijs/ quaſi ꝑpetuo vi
cturi ſint. quaſi non ꝓtinus et repente ve/
lint nolint ab hoc vmbratili ſeculo migra
turi. Currunt ad mortem ſicut vitulus ali
quis ſaltans laſciuiens et ludens. Ita ni/
hil mouet eos illud qđ ſciunt/ qđ loquunꝫ
qđ pro certiſſima re ꝓfitentur. ¶ Mentior
ſi non viderim hominem dampnatum ſu/
ſpendio mox interiturum/ cum ſocijs q̇ iā
pendebant/ fabulari in quadriga ridere io
cari. Deniqꝫ quoties videmus hoīes hila
ri vultu cum riſibus et cachinnis/ recentia
alioꝝ funera p̄ſentiaqꝫ celebrare/ Intra ec
cleſias. quotidianum tibi erit hoc ſpecta/
culum monſtruoſum. Deſinant igitur the
ologoꝝ inſanias/ ip̄i qui non minus inſa
niunt/ ſubſannare. Accipiet talis quilibet

illud Oratij Tu tandem maior parcas in
ſane minori. Ceterum. habet hoc vnũ pre
dicatio cõmonitioq̃ʒ ſupbia. q2 fit interdũ
vt loquens alijs/ ſeipm tandem aliquãdo
audiat. ſe inſtruat. ſe conuertat: quẽadmo/
dum contigit vni ex ſanctis patribus. rita
de ꝑditorio peccatore/ verus iuſtus exorit
carens ſpiritu obdurationis. Jam iamq̃ʒ
diſſimilis Jude ſymonis ſchariotis.

## ¶ Quarta conſidera

tio ¶ Proditor eſt eccleſiaſticus ſuſcipiẽs
ſacrum pſbyteratus honorem et officium
ſi ꝑdite viuendo exhibet ſe diabolo execra
bile mancipium quem oportuerat ſanctis
operibꝫ eſſe dei ſacerdotem et miniſtrũ. Ni
mirum q̃to ſtatus altior/ tanto caſus gra/
uior. Pergebã in ſacerdotes noſtri tempo
ris declarare volens exaggerare ꝑditionis
ſue nequiciam ſupra iniquitatẽʒ iude quo
ad plurima. Nam iudas mortalem. iſti im
mortalem tradunt vendunt pſtituũt fe/
dant dilaniant crucifigũt. Sed affuit ſtu/
dioſitas ſpeculatrix familiaris noſtra con/
tra faciem mentis mee. Querelam inquit.
hanc declamatoriam linque. Noli fruſtra
niti et intendo odiũ querere. deſine ſurdos
imo obduratos ſupra petram quorundaʒ
animos velle verbis emendare. Contere/
res eos potius q̃ʒ emollires. habeto iudaʒ
in exemplum. Quamobrem his ſibi dere/
lictis/ dic obſecro te. ſolutiõem ad dubitati
ones aliquas litterales/ ex dictis habentes
originem. ¶ Dic ſi iudas quem apoſtotaſ
ſe iam cõſtabat a deo. vẽdiderat quippe cũ
nocte p̃cedenti. Dic iniquam/ ſi in hac ce/
na/ vere ſacerdos eſt effectus: Reſpõdi ve/
re effectum ſacerdotem. Jta eniʒ doctores
ſentiunt ex q̃ ſuſcipere intendebat id quod
xp̃us dabat omibus apl'is dicẽs. Hoc fa/
cite in meam cõmemoratiõem.

## ¶ Dic igitur ſi potu

iſſet corpus chriſti verum cõſecraſſe: Rñ/
di cõſequens eſſe vt hoc potuerit. ¶ Dic
igitur ſi ſupra corpus chriſti miſticum po
teſtatem ſuſcepat/ ſacramentaliter abſoluẽ
di. Rñdi non ſuſcepiſſe ſicut nec petrꝰ nec
apl'orum ceteri/ vſq̃ʒ poſt reſurrectiõem Pro
miſſa fuerat antea talis poteſtas. ſed pꝰ re
ſurrectiõem exhibita. ſicut pontificatꝰ ſum
mus. niſi dixerimꝰ q̃ eccleſia duos papas
Jeſum et Petrum tũc in carne mortali ſi/
mul viuentes habuerit Jtaq̃ʒ ſacerdotalis
ordo ꝓ ſui cõplemento duas formas habʒ
habetq̃ʒ duplicem caracterem. ſicut dupli/
cem poteſtatem. vnam ſup corpus xp̃i ve/
rum. ſup miſticum alteram. ¶ Dic cõſeq̃n
ter cur Cyprianꝰ et alij doctores plurimi
quorum dicta recitantur in decretis/ poſuẽt
nihil fieri in ſacramentis nihilq̃ʒ conferri
a ſciſmaticis: qualis erat iudas: Hoc etiaʒ
in p̃ſenti ſciſmate quidaʒ dogmatiſare ſcri
bereq̃ʒ voluerunt: Rñdi determinationeʒ
Auguſtini ⁊ eccleſie ad oppoſitũ eſſe ſi ſim
pliciter ita ſentiebant Cyprianus cũ ſuis:
Eſt quoq̃ʒ ratio manifeſta. q̃m poteſtas in
abdicabilis eſt humanitus que caractere i
debili ſtabilitur Jntelliguntur autem dc̃a
Cypriani cum ceteris. de ſciſmaticis vl' he
reticis. qui vel nõ faciunt vel facere non in
tendunt/ ſꝫm obſeruationem forme et ma/
terie ab eccleſia traditam et a chriſto inſti/
tutam. Vel dic. non poſſunt. glo. ſine pctõ

## Dic ſi iudas ſtatim

vt excidit a fide et a religione ꝑ apoſtaſiaʒ
ꝓditoriam vendendo Jeſum iudeis/ ꝑdi/
derit ius in apoſtolatu. Et vt clarior ſermo
fiat in ſimili. Dic ſi ep̃us vel p̃latus aliq̃s/
eo facto q̃ errat in fide et ꝑtinaciter: ſit de/
poſitus. Rñdi q̃ et ſi p̃latus hereticus di/
gnus ſit deponi. nihilominus non eſt eo
facto depoſitus. ſicut aliquis q̃tumcunq̃ʒ
ſit dignus epiſcopari/ non eſt ꝓpter hoc eo
facto factus ep̃us. niſi ꝑ electionem huma
nam vel diuinam manifaſtam Jtaq̃ʒ neq̃ʒ
deponitur inuitus niſi diuina vl' humana
auctoritate coagente. Alioquin incertiſſi/
me eẽnt et vage eccleſiaſtice poteſtates hie
rarchice. Signum huius manifeſtum ha
betur in iuda quem in honore apoſtolico
Jeſus tenuit. nec a conſortio ſeꝑauit q̃tũ/
cunq̃ʒ ſciret illũ apoſtatam in occulto. Sʒ
nec virgo eum Maria/ ſui facinoris con/
ſcia/ deuitauit.

## Dic igitur qualiter

ille erit caput in eccleſiaſtica hierarchia q̃
non meretur dici membrum: Rñdi pote/
ſtates et gratias iſtas eſſe diſtinctas ſcd̃m
donum p̃lationis/ et donuʒ charitatis ſeu
fidei. Proptera poteſtas p̃lationis mane/
re poteſt imo dari/ deſinentibꝫ alijs. ſic ab/
ſcedente charitate/ manet ſepe fides et ſpes
¶ Error oppoſitus/ magnam vt audio in

anglia ricam dedit. Materia igitur ſuffici
ens ad plationem de facto vel ſuſcipiendã
vel recipiendam/eſt homo baptiſatus via
tor intendens recipe id qḋ eccleſia cõferre
conſtituit. ¶ Hic cur dñs iudam quẽ caſu
rum ſciebat elegit in aplm? Ego inq̄t duo
decim elegi/et vnus ex vobis diabolus eſt
Reſpondi qḋem iſtam eſſe vnam de illis.
quas intuens aplus/reuerenti ſilentio pre
teriens honorauit exclamans. O altitudo
diuitiaꝝ ſapiẽtie et ſcie ꝛc. Hoc vnũ ſcimꝰ
ꝙ in iuda non cauſauit deus improbã vo
luntatem pditionis ſcelerate/ineſſe mali/
cie. Attamen ipe hac mala voluntate bene
vſus eſt tanq̄ʒ dei ſapientia attingens a fi/
ne vſq̄ʒ ad finem fortiter et diſponens om/
nia ſuauiter. Corripit hic ſtulta ambitio
cordis humani. proruẽs impauide ad cul
mina dignitatum. quem honorem/hõ eti/
am vocatus etiam electus a deo/non tute
neq̄ʒ ſine multo cadendi diſcrimine ſuſci/
pit. teſtimonio ſunt iudas et ſaul plurimi/
q̄ʒ. Quis igitur manet exitus/dum ingerit
ſe quiſpiam prece pcio non vocatũ võ ele/
ctum vtinam non reprobatum.

## Hic ſi miracula fie

bant a iuda vtiq̄ʒ reprobo. quale erit p ca/
noniſatione ſctõꝝ apud ecciam argumen
tum? Rñdi vitam inſpici debere. que ſi in
humilitate certa et nõ ficta cõiuncta ſit mi
raculis. reſultant (vt determinat Greg. i di/
alogo) duo ſigna ſufficientis ſanctitatis o
ſtenſiua. Porro miracula ſine vita quo ad
hoc ſignũ fallax. Propabat ingenioſitas
ſtodioſa multiplicare queſtiones hmõi ſu
per numerũ. cui ego vale faciens/noli inq̄ʒ
amplius me interrogando morari. quoni
am grandis adhuc reſtat dicendoꝝ via de
ſignis pditionis iude ſimonis ſchariotis
Paruit illa. illa petens ſcholaſticũ exerciti
um. ego ad morale negociũ redeo ꝛc.

K (e) Numeratis itaq̄ʒ quattuor ſilla
lationibꝫ ſumptis ex iude ſtatu
vel pfeſſione p collationis pre
prima/ſuperſunt iuxta ꝓpoſitũ
ab initio/ſimulationes alie/quibꝫ pditio/
nem ſuã iudas vel tegere vel excuſare cona
tus eſt/tam geſtu q̄ʒ affatu. Quattuor vtri
q̄ʒ notaueram q̄ʒq̄ʒ plures inueniri poſſe ñ
abnuo. Has ſimulatiões tum occupatio/
num turba irruens/tum amica breuitas p
terire iubebat. quas nihilominꝰ breui cõ/
pendio non tam ambulare q̄ʒ excurrere p/
poſui/octonarium ſub quaternario cõple
xurus. et ad mores ſub quadruplici conſi/
deratione traducturus.

## Prima cõſideratio

Judas cum Jeſu cibũ ſumpſit nedũ car/
nalem ſed ſacramẽtalem. qḋ eſſe debuerat/
non mediocre federis argumentũ. Omit/
tamus iudam. cleꝝ intueamur. et pchdo/
lor eccleſiſticos ſiles inuenimus/comedẽ/
tes patrimoniũ Jeſu. eũ vero in ſuis pau/
peribꝫ ſpoliantes. ſumentes eucharistiam.
ſed eam venalem faciẽtes. Hinc puenit eſti
mo tanta ſup omnes hoĩes in eccleſiaſti/
cis quibuſdam cecitas. tam incorrigibilis
obduratio iuxta impcatiõeʒ ꝓphe. Fiat mẽ
ſa coram tpis in laqueum ꝛc. Tolerat ni/
hilominus eccleſia tales/ſicut xpus iudã:
agricola zizaniam. pſertim in occultis ne/
vel confeſſio pdatur vel ſecretum.

## Secunda cõſidera

tio. ¶ Judas tolerauit lotionem pedum a
chriſto ſibi fieri. quibꝫ pridie ambulauerat
ad vendeudũ eũ. Fuerat hoc ſignũ mundi
cie et amicicie. q̄ʒq̄ʒ non emũdatior interiꝰ
ſed ſordidior et odioſior effectus eſt. Tales
aliq̄ʒ videre in clero eſt: extendẽtes palam
pedes affectionũ/vel in cõpũctione vel in
cõfeſſione tanq̄ʒ xpi manibꝫ abluendos. ſʒ
remanent ſordes in pedibꝫ eoꝝ. Quare: q̄ꝛ
nolunt peccandi deſerere penitus volũta/
tem. ſed eligunt vel in ſterquilinio libidis
cõputreſcere. vel in alieni retentione rubi/
gine conſumi. vel igneo vindicãdi zelo ſuc
cendi. Tales etſi quotidie videãtur confi/
teri et celebrent. irriſores ſunt pditorij/nõ
penitẽtes idonee. Hoꝝ cuilibet dũ oſculã
tur xpm in ſacro vel frẽm in eccia/dici põt
ex ſnia. Juda. filiũ hoĩs oſculo tradis. Et
rurſus ex pſona ipius xpi. Amice ad q̄d ve
niſti. Amicũ intelligite non moribꝫ ſed na
tura. Vel iõ amicum noĩat xpus. q̄ꝛ ad a/
miciciam quẽlibet peccatorem recipe ſi ñ
obſtiterit patus eſt in hac vita.

## Tertia cõſideratio Z

Judas ſe curam paupm gerere/officio ge
ſtu et verbo videri voluit. Erat quippe iu
das loculos hñs inferens ea q̄ aſportabã/
tur. Propterea indigne tulit effuſiõem vn
guenti dicens. Ut quid pditio hec. Hoc

preterea velamine exitum ſuum a cena cō
oparuit. cuius intentioni accōmodās xps
vocem ait. Qđ facis facis fac citius. quod
ita acceptū eſſe ab apl'is quaſi ad vſus ne/
ceſſarios exiſſet tradit euangeliū. ¶ Si a
iuda ad eccleſiaſticos huius tpis deuolua
mus noſtre cōſiderationis oculos/ q̄t īſpi
ciemus q̄ ſub titulo alēdi ſuſtentādiq̄ʒ pau
peres/ redditus vberrimos in loculos bñ/
ficioꝝ recōditos habent. curant nullos. au
ferunt ea q̄ aſportata ſunt. non iam vt dent
vxori ꝛ filijs. ſed execrādo ſacrilegio in ob/
ſcenioribus vſus vertūt. Currunt alij/ di/
ſcurrūtq̄ʒ Martham ſe iactantes. qui oci/
oſoꝝ Marie ſimiliū vnctiōem/ hoc eſt de/
uotiōem faſtidiūt improbātq̄ʒ dicentes
Vt q̄d pditio hec? Quaſi vicʒ ipos/ practi
ca talia tractare/ ingēs amoꝛ chriſti ꝛ pau/
perum/ non lucroꝝ tpaliū ardoꝛ agitaret.
Tales/ nihil magnū/ nihil eccl'iaſtico viro
dignū deputāt: niſi qđ lucrū affert tpaliuʒ
cōmodoꝝ/ in pecunie vel neſcio cui⁹ ſolici
te iuriſdictiōiſ dilatatiōe. Profūde apđ cos
inualuit illđ. Spūalia ſine tpalib⁹ diu eſſe
nō pñt. Et illud Oratij. O ciues ciues/ q̄/
renda pecunia p̄mū. Virtus poſt nūmos
p̄dicāte ex aduerſo Jhū. Primo q̄ri. reg. dei.
ꝛc. Cū p̄terea xps vt exēplo ſuo doceret nō
magnipēdendā eſſe apđ eccl'iaſticos prela/
tos/ tpaliū curā. Ipe/ iudā reprobū furē ſa
crilegūq̄ʒ/ talib⁹ p̄fecerit/ nolēs tali ſolicitu
dine cōteri ſanctiores apl'os. ¶ O deus o
religio o fides o pietas. eloq̄r an ſileā? Nūc
heu ſpūalitas oīs. vt aīaꝝ cura cōfeſſio vel
p̄dicatio vel omittit' vel peſſimis ſoꝛdidis
infidis diſcholis inſcijs/ paſſim cōmittit'.
Et a quib⁹? Ab illis q̄ nō tute ſuanda tra/
derēt taliū alicui bona ſua niſi ſđ q̄tidiana
rōe. Et q̄ bona? nō dicā aurū/ nō argentū/
nō vaſa p̄cioſa. dicā poma. dicā cibaria vel
alia vilia ſua ſeu ludicra. Tam vilis ē apđ
eos/ tā nulli⁹ p̄cij aīaꝝ pditio p q̄b⁹ moꝛtu
us eſt xpus. Quotidie vigilāter apud eos
calculus ponit' de expēſis. ꝓ moꝛib⁹ vltra
fit q̄ſtio. vtimā vel vltima ſʒ iā nulla. ¶ Ex
hec loco de loculis Jeſu grādis olīʒ q̄ōnū
et aſſertionū rixa p̄ſertīʒ tpe Johis. xxij. ex/
citata eſt. dicētib⁹ plurimis/ xpm habuiſſe
aliq̄d in cōi expſſam eſſe in euangelio veri
tatē. neq̄ʒ mēdicaſſe apl'os. nec paupertatem
vouiſſe ſicut nec caſtitatē. Erat eni iudas
vxoꝛatus nimirū ſicut Petr⁹. Decertabāt
alij tota animoſitate ponētes ex aduerſo p
hereſi dicere q̄ chriſtus habuit aliquid in

ꝓprio vel cōi. Nam hec eſt inquiūt euange
lica p̄fectio/ altiſſima q̄ʒ paupertas. Studio
ſos remitto ad ſcripta. niſi placet phariſea
cas de p̄fectiōe cōtētiōes magis ſpnere q̄
īſpicere. p̄fectō xpiana ē dei dilectō. i q̄ q̄ fer
uētioꝛ ē h̄ ꝛ p̄fectōꝛ iudicat' ¶ Quarta ꝯſiđ D
ratio Judas ad extremū r̄ferēs. xxx. argēte
os/ dixit. Peccaui tradēs ſanguinē iuſtuʒ
¶ Sed dicā hic qđ ſentio. Vox iſta nō pe
nitētis ē ſed pditoꝛis/ pditiōem ſuā ad cō/
plemētū deducēt. Quo pacto inq̄es? Non
ne iudas hic et cōfitet' pctm̄. et ablatū reſti/
tuit ꝛ mgr̄o ſuo/ iuſticie titulū aſcribit. quo
mō vox iſta pditiōis erit nō cōtritōis? Po
nat igit' volo iudas mecū rōcʒ. Appello te
o iuda. ſi iuſtus eſt ille quē tradidiſti ſicut
iuſtū noīas. verax fuerit neceſſe eſt. debui/
ſti credere q̄ docuerat te. q̄ ve p̄dicāda tradi
derat. Docuerat aūt dñs dī. Veni aīas nō
pdere ſʒ ſaluare. Juſſerat inſup q̄ fri peccā
ti dimitteret' pctm̄ nō tm̄ ſepties ſed vſq̄ʒ ſe
ptuageſies ſepties. Cur ergo de taʒ veraci
miſecoꝛdiq̄ʒ doctoꝛe/ deſperas. Poꝛro ſi tā
ta ē iniq̄tas tradidiſſe Jeſum/ cur hoc prī
us q̄ſi diſſimulādo puipēdebas? Hec pla
ne fuit diabolica fraus q̄ te poſſederat tēro
lente. Jlle eni pditoꝛ ꝛ homicida diabol⁹/
pctā priuſq̄ʒ fiant q̄ſi nulla eſſe ſuadet/ vt p
ſumat hō. dū vo ppetrata fuerit illa nimis
exaggerat vt deſperet. Jnde eſt foꝛſan q̄ in
vocē caȳn erūpis o iuda p̄fide dicēs Ma/
ioꝛ eſt iniq̄tas mea q̄ vt veniā merear. Ve
niā mercaris o iuda. vis igit' grām dei. vis
eius miam/ meritis emi. vis eā opeꝝ tuoꝝ
mercede cōduci? Hoc prius eſt qđ dico. tu
a mercenaria cogitatōne tua/ nō diſcedis.
Cōples eā poti⁹ dū iuſticiā tuā cōſtituere
volēs p merita tua. nō es iuſticie dei ſubie
ctus. illi inquā iuſticie cui vox tua teſtimo
niū p̄hibet dicēs. Peccaui tradēs ſangui
nē iuſtū. ſed coꝛ negat. ſuſpēdium cōdicit.
Quō iuſtus ſi ſpantes in ſe. ſi penitentes/
abijceret ꝛ dānaret. ¶ Sed q̄s erā inquies
q̄ facere poſſeʒ irritū verbū. dei dicētis Ve
tm̄ hoi illi p quē tradar. meli⁹ erat illi ſi na/
tus nō fuiſſet hō ille? Cōminatio hec erat
o iuda q̄tenus reſipiſceres. nō neceſſitatis i/
ductio. Alioquin petrus neceſſitate peccaſ
ſet. nec iā peccaſſet ſi neceſſitatus. Alioqui
p̄terea plurimis nunq̄ʒ poſt ꝓpheticas mi/
nas ſalus patuiſſet. Mutaſſes volūtatem
penitēdo/ mutaſſet ſniam indulgendo.
Sʒ irriſerūt inq̄es ſacerdotes iudeoꝝ/ ſpē
auferētes. ꝛ dicētes. Quid ad nos? tu vide

ris. Nūc ergo ꝯgnoſcis/cū qlib⁹ mercatus
es.qꝛ cū odioſis ꝛ pfidis.nihil ſolatij.irri/
ſionis vero plurimū afferētib⁹ Propterea
cur eoꝝ ſbſānatiōes iuſta viciſſitudie ñ irri
ſiſti.fugiēs pſtim ad mrē ꝫ illā totā beniuo
lā et miſericordē. Affirmo ſecur⁹/ipſa tibi
veniēti gremiū pietatis extēdiſſꝫ aptū.hec
qñ ſubſānaſſꝫ aut iproperaſſꝫ tibi more iu
deoꝝ.aut ſtultoꝝ illoꝝ qui de ſctitate ſibi
blādiētes/abijciūt cū auſteritate vocis aut
geſt⁹/hūiles i ꝯfeſſiōe penitētes.nō attēdē
tes illō apli. Frēs ſi occupat⁹ fuerit hō i ali
q delicto.vos q ſpūales eſtis/iſtruite eū in
ſpū lenitatis/cōſiderās teipm ne ꝛ tu tēte/
ris. ¶ Sꝫ iā pridē ſentio o doctiſſimi ꝛ ſa/
piētes viri qꝛ ꝛ mēoria q fallit i aliqb⁹ q di/
ctauerā ꝛ plixitas inculta/gigner pōt faſti
diū. Eſto finis igif i obſecratiōe dñi nři ie
ſu xpi ꝛ miſericordiſſime mřis ſue ne ſit in aliq
nřm cor obduratū ꝛ deſperās/ inſtar Iudō
ſimonis ſcharioťis.ſꝫ peniteam⁹ tpalr hic
in ſpe.vt tādē re ipa gaudeam⁹ in eternita/
te/pſtāte eo q ē bñdict⁹ in ſecľa ſcľoꝝ amē.

b **Sequitur ſermo de**
xpi reſurrectiōe i die paſce eiuſdē cācellarij

¶ SI cōſurrexiſtis cū xpo/q ſur/
ſū ſunt qrite.originalr ad Co
loceñ.iij.ꝛ recitatiue i epľa ho
dierna. ¶ In nře breuis vti
nā efficacis collatiōis exor/
dio p ipetrāda ſpūſſcti grā/vt affectū boni
generet:genitū nutriat.nutritū vſqꝫ in effe
ctū pducat.mrē ꝫ virginē ſalutabim⁹ corde
hūiliato ꝛ voce pia di. Aue maria. Si cō
ſurrexiſtꝫ ꝛc. Circa hec apli verba/tres ꝯſi
deratōes occurrūt,p nūc qꝫtū dederit deus
pſequēde. Pria ō xpi reſurrectiōe meditā/
da iugiter.ſcda ō nři ꝯſuſcitatōe affectāda
ſalubriter.tertia de celi hitatōe ingrēda feli
citer.pria ꝛ ſcda ꝯſideratiōs ſumūr ex pria
pte theāťſ. Si ꝯſur.ꝛc.p ſbeni apte inuiſr re
ſurrexiſſe xpm. Tertia ſumir ex ſcda pte q ē
ſurſum querite. ¶ Eſt igitur prima con/
ſideratio de xpi reſurrectiōe meditāda iugi
ter. Meditāda prſus hec glorioſiſſima xpi
ſcꝫ ieſu reſurrectio. In eāqꝫ fideliū mentes
ſedulo cōuertēde. c⁹ vigor ineſtiabilis. c⁹
valor iappciabilis.c⁹ iſup ifallibiliſ certitu
do ¶ Infallibilis plāe certitudo/qppe hāc
angelici ſpūs locuti.hāc ſcē mľieres agno/
uerūt.hāc thōas pri⁹ heſitās et palpatōne
xpi certior effcūs pfeſſ⁹ ē.hāc pri⁹ irridens
paul⁹/cōſtātiſſime pdicauit.hec demū nūc
piſcātib⁹ nūc orātib⁹ aplis nūc ſil nūc diui
ſim/appariſſis oñſa ē indicijs. Ex xpi palam
fctā aſſūptōe.ex miraculis inūerſ i veritatꝭ
h⁹ atteſtatiōe celebratꝭ/mirablr affirmata.
Addam⁹ hos pene oēs alioſqꝫ inūerablēs
ſūme ſctitatꝭ viros/qꝝ nōnulli eā ex reuela
tiōe ſcriſpūs vt paul⁹ accepant/p hac aſſer
tiōe ſpōtaneā ſubijſſe mortē.i qb⁹ nihil e/
rat cur mētiri aut fallere vellēt.vt q pmptiſ
ſimi erāt hac p fidei pmulgatōe/cōtūelias
carcereſqꝫ ppeti.oēſqꝫ a ſeipis pñtis vite io
cūditates abdicare. Dānabile igif eſt de ea
vel tātiſp trepidare.aut eā qſi nouellā velle
p⁹ tot atteſtatōes diſcutef ¶ Sꝫ ē et reſur
rectōis h⁹ bñdciſſie vigor ieſtiablis quam
oñdit ppria reſurgētis vt⁹/alieō ñ egēs ſbſi
dio.qō antea nō ſiluerat xps d. Ptātē hēo
ponēdi aiaꝫ meā ꝛ iterū ſumēdi eā. Jo.x.
Vigor iſup palā fit ex eo qꝛ p eā xps i mor
tē aſſūpſit nomē qō ē ſr oē nomē ſm aplm
fortior glioſiſſim⁹qꝫ qꝫ pri⁹ erat/reſurrexit
xps iſtar fabuloſi illi⁹ regis anthei c⁹ occi/
ſor hercules fuit.q(ſi qd vetuſtati credif)q
tiēs aduerſarij ipetu humi pcūbebat qſi vi
res eiuſdē eidē terra miſtraret robuſtior cō
ſurgebat atꝫ ad pugnāduꝫ alacrior. Itaqꝫ
terre viſceribꝫ cauernoſoqꝫ ſeplcro vtuoſior
exit xpus.pleſqꝫ hoſtes ſāſonis ad moduꝫ
moriēdo qꝫ ātea viuēdo cōtriuit. ¶ Eſt p/
terea reſurrectiōis xpi valor inappciablis.
Hec ſiqdē peti nři cirographū deleuit.hec
diſſoluit hoiēꝫ ſb dura dēonis tyrānide cō
peditū ꝛ e teterrimo tēbraꝝ carcere eūdē e/
ripuit. Hec ſm pphaꝫ ferreos ifregit vectes
ereaſqꝫ obtriuit portas hec ſuperne citatis
aditū reſerauit.hec poſtrēo oēs i adā mor/
tuos viuificꝫ e vite reſtituit ſuſcitauitqꝫ Per
qō vltimū pprijſſie xps ſic p pphicū os oliꝫ
iſonuerat.ſilis fctūs ē pelicāo q pprio ſan/
guie ppriaqꝫ morte fct⁹ ī aiatos viuificat a/
more qdā mirabili. ¶ Ita ex reſurrectione
hac magiſ hēm⁹ vñ gratulemur vñ grās cu
mulati⁹ rferam⁹qꝫ ex nřa creatiōe.qm q dē
nil aut paꝝ creaſſe pfuerat/niſi lapſos rele
uaſſe mortuoſqꝫ ſuſcitaſſe ꝯtigiſſꝫ.magnū
ꝑterea ꝛ ad erigēdos aios pcipuū ē feſtitatꝭ
hodierne miſteriū.reſurrectōis dñice my/
ſteriū.hoiēꝫ nāqꝫ nihil adō vite h⁹ moribū
de ꝯſtituit amatorē:eūdē nihil ita i vicioꝝ
ꝑceps trahit ſicuti futꝫ e vite imortal tatiſqꝫ
deſpatio. Etenī q pacto aſpnabif viciū/et
āplexabif vē⁹ cū h plexꝗ dlectꝫ hec ꝯtriſtꝫ
ſi nec illi⁹ ſuppliciū nec h⁹ pmiū fiaľr expe d

cretur.preſertim cum in preſenti ſeculo ne/
qꝫ vt plurimum/via impioꝝ pſperetur.
Fitqꝫ iuſto ſed occulto dei iudicio ſuũ ini/
quitati premiũ:ſuus honor ſueqꝫ volupta
tes.virtute aut nequiter ſpreta aut nequi⁹
irriſa/aut nequiſſime contempta. Hãc au
tem future immortalitatis retributioniſqꝫ
deſperationem/e fidelium mentib⁹ hodier
na xp̄i reſurrectio funditus euellit.quoniã
ſi xp̄us reſurrexit et nos reſurgemus. pro/
ut cõſcius archanoꝝ dei paulus ap̄l'us.i.
ad Coꝝ.xv.ꝑ totum capitulũ copioſe ma
nifeſtat.et.i.Pe.ij.de deo ſcribitur.ꝙ ꝓpter
miſericordiam reſuſcitauit nos in ſpem vi
te ꝑ reſurrectiõem Jeſu xp̄i a mortuis. Et
egregi⁹ qꝫ doctor Greg.exẽplo inquit do
minus miniſtrauit qð ꝓmiſit in p̄mio vt ſi
cut ip̄m reſurrexiſſe fideles cognoſcerent.
Jta in finem mundi p̄mia reſurrectionis
ſperarent. Et ideo non plus quam tridua
nam mortem eſſe voluit.ne in illo reſurre/
ctio differret̃.in nobis deſperaretur. Pre/
terea ille cuius ſtatim memini paulus apo
ſtolus ad Colo.ſcribens omẽs nihilomi/
nus inſtruens xp̄ianos ad hanc ſpem et re
tributiõis expectatiõem exhortabat̃ dicẽs
verba aſſumpta ꝓ themate. Si cõſurrexi/
ſtis cum chriſto ⁊c̃.

Juxta ſecũdaꝫ the
matis ꝑticulam videndum erat tertio d̃ ce
li habitatione inquirenda feliciter. Et hãc
conſideratiõem/exhortationis in modũ ꝑ
ſequar.et in ea collatiõem terminabo et ſi/
ne diuiſione. Adeſtote nunc vigiles for
teſqꝫ ꝑegrini.cõcito paſſu.que ſurſuꝫ ſunt
querite.celeriter omnes p̃cipitate moras.⁊
ad illam ꝓpter quam facti eſtis/manentem
ciuitatem/omni tempe diſcurſo/curſuꝫ di/
rigite. Non vos tenebroſa mortis/nox oc
cupet/qꝛ tranſuolat ecce irremeabile tem/
pus. Jamqꝫ ſol decliuis/celerem minat̃ oc
caſum. Det animos pollicitatio p̃mian
tis.et ſtimulos adhibeat damnãtis cõmi/
natio et virtutis alliciat honeſtatis nomẽ
ip̄is etiam infidelib⁹ venerandũ. Moueat
creãtis bonitas.moueat charitas redimẽ/
tis.moueat viuificãtis gratuitas. moueat
ad extremum infallibilis inſtantia obligã
tis. Excitet menteꝫ mortalitatis vr̃e recor/
datio aſſidua.et quo pacto nondũ hũc in
traueritis ꝑpendite. Nõ vos deuiare cõ
pellant infeliciter mulcentes ꝑuerſi itine/

ris lati atqꝫ ſpacioſi oblectatiões quarum
amariſſimi ſunt exitus.nec virtuoſe ſemite
deterreat aſperitas. Spes lucri/minuat
vim flagelli.breuis labor eſt. momẽtanea
vexatio.ꝑ eternis omnia vt breuia eq̃ ani/
mo toleranda ſunt etiamſi anxia ſi aſpera
ſiqꝫ doloroſa exiſtant. Deinde ſeip̄m q̃ſ
qꝫ interroget.et ꝑ que momenta aut ſupua
cua aut qð ſepe accidit nocitura.in q̃s lan
guores in quas mentis et corpis ꝑturbati
ones in quanta fame aut vite pericula ſeyl
tro ꝓiecerit. Recogitet audiatqꝫ ꝑ hũa/
ne laudis cupidine aut patrie tempalis li/
bertate/q̃ꝫ horrenda quidam ſponte ꝑpeſ/
ſi ſunt. Mucius manũ regis.ardentib⁹ in
iecit. Occidit duos filios brutus. Curci⁹
armatus equo concito in abruptum terre
hiatum ſe precipitem dedit. Propriũ filiũ
ꝑemit maulius torquat⁹. Duo decij fauen
tes oraculis vt exercitum liberarent ſe mor
ti ſpontanee deuouerunt. Regulus ad cru
deliſſimos hoſtes ne fidem violaſſe puta/
retur rediĳt intrepidus. Fabricius ꝓ quar
ta parte regni pyrrhi regis epirotarũ a ro/
mana ciuitate nequit auelli. Catho ne iu/
lio ceſari ſubderetur/ꝓpria manu e pectore
vitam extraxit.et verbis vtar Senece pri
mo epiſtolarum.ep̄la.iiij. Alius ante ami
ce fores laqueo pependit. Alius ſe precipi
tauit e tecto: ne dominum ſtomachantem
diutius audiret. Alius ne reduceretur e fu
ga ferrum redegit in viſcera. Hec ⁊ ſimi
lia quiſquis qui ad eterna ſuſpirat/profun
da mente inſpexerit/delicatam vt arbitror
comprimet querelam.ſuecqꝫ ni fallor pude
bit deſidie. Properate igitur nec vt in/
ertis peregrini mos eſt/diuturnitatẽ tem/
poris vobis promittite. Jnſpiciatur rerũ
veritas.non multoruꝫ error aut rumor im
piorum.qui vt ſcribitur Sapientie.ij.di/
cunt apud ſe cogitantes nõ recte. Exiguũ
et cum tedio eſt tempus vite noſtre.nõ eſt
refrigerium in fine hominis.et non eſt qui
agnitus eſt reuerſus ab inferis.quia ex ni/
hilo nati ſumus et poſt hoc erimus tanq̃ꝫ
non fuerimus.et ſpiritus diffundetur tan
q̃ꝫ mollis aer.et nemo habebit memoriam
operum noſtroꝝ. Venite ergo et fruamur
bonis que ſunt.et vtamur creatura tanq̃ꝫ i
iuuentute celeriter. Vino precioſo et vn/
guẽtis nos impleam⁹ et nõ p̃tereat nos flos
tp̄is.coronem⁹ nos roſis anteqũ marceſcãt
Nullũ pratũ ſit qð non ꝑtranſeat luxuria

noſtra nemo noſtrum ſit exors luxurie no
ſtre. vbiq3 relinquamus ſigna leticie. q̄m
hec eſt pars noſtra. et hec eſt ſors noſtra.
¶ Non vos ad emulationē3 ꝓuocent tam
nefande carnalium ſententie. ſuos totoq3 im
petu/totoq3 malignitatis odore brutales
ꝓſequantur affectus. nec ꝓſequantur mo/
do ſed incitent et euocent. in ſpurcicijs. in
cubilibus. in impudicicijs. breuē hāc trāſi
liant vitam. ſuas ſibi diuitias habeant. ſu
os mores. ſuas voluptates. Nempe quas
eternas vellent diuitie abibunt. et ipe qui/
bus maxime aſtricti ſunt voluptates fugi
ent. At quib9 caruiſſe cuperent ꝑuerſi mo/
res ſtabunt et comitabūtur inuitos. Cun/
cta hec que illos/vulgo mirabiles oñdunt
momento tempis euaneſcunt. ſub ipſa for
midine viuūt. ſi illa pepercerit/mors non p/
cet. ducunt in bonis dies ſuos. ſed expecta
te paululum: ad inferna deſcēdent ¶ Quā
obrem deuoti fideles peregrini/quos p̄cio/
ſiſſimus agni immaculati regenerauit ſan
guis/ſi peccata tanq̄3 hoſpites peſtiferos
expuliſtis. ſi nō tm̄mō peccata ſed affectu3
etiam ꝓpoſitumq3 peccandi qui vtiq3 ſine
peccato nō ſunt/bona fide deſeruiſtis/ſi ꝑ
ſynceram fidem/reſurrectionis dominice
ꝑticipes effecti eſtis. ſi ꝑ viuam ſpem/vos
indubitanter reſurrecturos expectatis. ſi
poſtremo ꝑ charitatem et grām cū chriſto
cōſurrexiſtis: que ſurſum ſunt querite vbi
chriſtus eſt in dextera dei patris. Querite
inq̄3 in p̄ſenti per bonorum operum et me
ritorum abundantiam. vt compheñdatis
in futuro ꝑ gloriam. quam nobis preſtare
dignetur. qui mortuus eſt et reuixit: domi
nus noſter Jeſus chriſtus. Amen.

¶ Finit.

# Sermo in concilio

Remenſi per prefatu3 Cancellarium Pa
riſień. factus Anno dñi. Mccccviij.

BOnus paſtor animam ſu
am dat pro ouibus ſuis.
Origininaliter Math. x.
et recitatiue in euangelio
dominice currentis p̄ſen/
tialiter lecto: Animaduerte nunc o bo/
ne paſtor O reuerendiſſime pater ſancte ſe
dis huius Remeñ. antiſtes. Animaduerte
tu qui anima3 tuam habes pro ouibus tu
is dare. non venalem habere. non preiudi
cialiter retinere. Leua nunc in circūitu o/
culos tuos et vide. omnes iſti congregati
venerunt tibi. obedientes ſunt. non ſicut o
ues errantes. ſed conuerſi ſunt ad te paſto
rem et epiſcopum animarum ſuarum ſecū
dum verba primi paſtoris petri in epiſto/
la eiuſdem dominice currentis. Interrogē
tur qui et quales ipi ſunt: Reſpondere cō/
uenit eis ex ſententia illud de Geneſi. Pa/
ſtores ouium ſumus. Conueniat et o vti/
nam illud alterum de euangelio cuilib3 eo
rundem. Ego ſum paſtor bonus qualis a
nimam ſuam dat pro ouibus ſuis. Pro il
lis inq̄3 ouibus que propheticum illud ca
nunt deo. Nos autem populus tuus et o/
ues paſcue tue. Miretur igitur et affluat ⁊
dilatetur cor tuum. cum videas tu bonus
paſtor coadiutores tuos conſodales du/
ces gregis tui. Ipſoſq3 rationales quoſdā
paſcue tue hoc eſt prouintie tue Remeñ. a
rietes. Quidni miretur in hac die et afflu/
at et dilatetur cor tuum cum ꝓmiſerit ſum
mus paſtor noſter dicens: Ubi fuerit duo
vel tres congregati in nomine meo/ibi in
medio eorum ſum. Grandis promiſſio vi
ri patres et fratres et omni cōſolatione ple
niſſima. Hec nempe celeberrima congre/
gatio. Hec tua conuocatio ſanctiſſima o
bone paſtor/nunquid non in nomine Je
ſu facta eſſe vere putanda eſt. Putanda eſt
profecto. Fit enim ad extirpationem vici/
orum et virtutum plantationem. Fit ad e/
uulſionem ſciſmatum et pulcerrime pacis
radicationem. Fit deniq3 ad fortem cuſto/
diam gregis dominici. ne male diſperſum
ne vagabundum per deſerta negligētie ra/
piat/diſſipet/perdat/deuoret ipſu3 lupus
ille vorax infernalis. quin potius viſitat9.
crebro colligatur ſub vnius ouilis tectum
quod eſt fides chriſtiana. Illicq3 protectō
ne ſolicita foueatur. Ecce ergo domin9 no
ſter Jeſus chriſtus in medio noſtrum eſt
viri patres et fratres. Intendite que dico.
dominus in medio noſtrum eſt. quid aſpi
citis quid ſtupetis: Ita eſt credite non mi
hi. ſed pollicenti qui mentiri non poteſt.
Ego inquit in medio eorum ſum Et quis
ego qui loquitur: Domin9 fortis et potēs
Ipſe eſt paſtor bonus qui animam ſuam
dedit pro ouibus ſuis. O certe pulcra/o fe
lix hec et deo grata ſocietas. in cui9 medio
dñs ille ē cui āgli ſeruiūt. cui ſol ⁊ lūa famlant

Nemo iam deſperet nemo trepidet ex aſpe
ctu vel occurſu tot lupoꝝ rapacium inſidi
antium quotidie gregi chriſti. confidat po
tius vnuſquiſq; in verbo heliſei. Plures ꝓ
nobis ſunt q̄ cum illis Adeſt quippe de⁹
aſſunt et miniſtri eius milia millium et de/
cies centena milia: Qđ ſi tales ꝓ nobis q̄s
contra nos? Ades et tu pulcerrima non di
cam pales quam paſtoꝝ deam gentilitas
fabulatur. ſed ſumm i veri paſtoris mater
virgo miſericordie virgo benedicta. Ades
plane. nam vbi mater ſi non vbi filius in/
uenitur. Adimus ergo nūc te cum fiducia
que thronus es gratie. mater miſericordie
vt gratiam et miſericordiam inueniamus
in auxilio opportuno. qđ vt aſſequamur p̄
ſentamus illud angelicum. Aue gr̄a plēa
dominus tecum ⁊c̄.

R ¶ **Bonus paſtor ani**
mam ſuam dat ꝓ ouibus ſuis. fiat hoc fiat
¶ Congratulor tibi o bone paſtor. cōgau
deo et glorior in domino. quonia video vi
dent et ceteri omnes hic p̄ñtes ſtudium tu
um. zelum tuum quo ad imitationem veri
paſtoris/ queris ꝑ hoc ſacratiſſimum con/
cilium dare animam tuam ꝓ ouibus tuis
Et qualem animam. Animam ſane q̄ tri/
plici virtute predita eſt. Habet itaq; aīa
tua ſicut et relique de humana ſpecie vim
triplicem. habet vim rationalem reſpcū ve
ri. vim iraſcibilem reſpectu ardui. vim con
cupiſcibilem reſpectu boni. Itaq; bonus
paſtor dat hanc totam animam/ ꝓ ouibus
ſuis. ¶ Fiat hoc igitur fiat. q2 tempus faci
endi domine loquitur ꝓpheta ad dominū.
Quare tempus faciēdi? q2 diſſipauerūt le
gem tuam. Qualem legem? Legem euan/
gelicam naturalem ⁊ canonicam. Quib⁹
modis? Innumeris et peſſimis. Propte/
rea conuenit nunc eccleſia magna eccleſia
totius huius Remeñ. ꝓuintie/ cogitare q̄d
facerent. Et bene quid facerent. quia tem/
pus faciendi/ tempus ponendi manus ad
opus et ad aratrum. alioquin quid prode/
rit nouas veteribus ſuꝑaddere ſanctiones
ſi non veteres fiant nec noue? Apponatur
manus ori neceſſe eſt. hoc eſt oꝑatio locu/
tioni. ne ſit vox quidem vox iacob. manus
autem manus ſint Eſau. Euitetur impro
perium qđ vulgari ꝓuerbio melius ſonat.
dictum optimum eſt. ſed querite quis hoc
aget. Illud inſuper quod obiectum fuiſſe

Platoni Seneca refert. Aliter loqueris a
liter viuis. Deniq; ſatis fuit mordax i pa/
ſtores reſponſio femine cuiuſdam deuote.
Hec redibat de ſermone quodam cum tur
ba multa. Interrogatur ab obuio quodā
ſi ſermo factus eſſet. nequaq̄ inquit. Por
ro dum interrogans miraretur ſueq; reuer
ſionis cum hominum hac copia cauſā re
quireret ex quo nō erat ſermo fact⁹. Sub/
intulit ipa Sermo vtiq; dictus eſt ſed nō
factus. Dicunt enim et non faciunt.

**Fiat igitūr ab vno**
quoq; paſtore quod ꝓponit dominus. det
animam ſuam pro ouibus ſuis. Illā ita/
q; animam que imago eſt beate trinitatis
ſm triplicem vim prenominatam. Relucz
nimirum in ſua vi rationali. Sapientia
ſeu veritas que appropriatur filio. Relu/
cet in vi iraſcibili. Potentia ſeu ſtrennui/
tas que appropriatur patri. Relucet in cō
cupiſcibili Beniuolentia ſeu bonitas que
appropriatur ſpiritui ſancto. Hanc o bo/
ne paſtor totam aīam nō vnicam ſue vir/
tutis portiōem curaueris dare ꝓ ouib⁹ tu/
is/ triplici ſedulitate paſcendis. Nec enim
eſtimo te latere quemamoduz olim primo
paſtori Petro ter interrogato terq; r̄nden
ti/ bonus paſtor xp̄us/ ter ſubintulit dicēs
Paſce oues meas Paſce agnos meos. et
rurſ⁹. Si diligis me paſce oues meas. pa/
ſce verbo. paſce exēplo. paſce ſubſidio. pa/
ſce verbo predicatiōis docte. paſce exēplo
cōuerſationis ſancte. paſce ſubſidio chari
tatis pie. Predicatio docta fundat̄ in fide
quo ad vim rōnalem. Conuerſatio ſancta
roboratur in ſpe quo ad vim iraſcibilem.
Subuētio pia cōſumat̄ in charitate q̄ ad
vim cōcupiſcibilē. Quiſquis hoc mō pa/
uerit oues ſuas triplici pabl'o ſalutari/ ve/
rus imitator cenſendus eſt paſtoris boni.
implēs ſñiam ſuā ꝯprehēſā in verbis the
matis. Bon⁹ paſtor aīā ſuā dat ꝓ ouibus
ſuis. Sic ei repellit ab ouib⁹ ſuis rōabl'ib⁹
tres turmas caldeoꝝ interficere ꝗrētiū gre
ges cū pueris. iuxta figuram in principio
iob poſitā Sic arcet ſic reprimit tria lupo/
rū ſpūaliū genera ſeuiſſia ab ouib⁹ xp̄i. lu/
pū carnē. lupū mūdū. lupū diabolū Fides
appropriate reprimit mundum. Que eſt
hec victoria que vincit mūdum? Fides no
ſtra Spes coercet ⁊ configit carnem dum
agit vt noſtra cōuerſatio ſit in celis. nō car/

nalis. Charitas demum fugat diabolum
quia ſola diuidit inter filios regni et perdi
S tionis.dei ſcꝫ et diaboli. ¶ His itaqꝫ p̄lo/
cutis tam pro fundamento quaſi ſolido di
cendoꝝ q̄ꝫ vt poſito ordine lucido/confu/
ſio faſtidioſa et memorie inimica vitetur.
Pergamus conſequenter iuxta hanc trip/
titam anime tue virtutem o beate paſtor.⁊
exequamur tres in hac noſtra qualicunqꝫ
exhortatione partiones principales ſub
ternario conſiderationū in vnoquoqꝫ par
titionis articulo.quatenus edificium no/
ſtrum tanq̄ꝫ triangulari triplicitate ſubni/
xum.fortiori ſtabilitate ſubſiſtat. Erit pri
ma partitio de pabulo docte p̄dicationis.
Erit ſcd̄a de pabulo ſancte conuerſatiōis.
Erit tertia de pabulo pie ſubuentionis.fi/
at fiat.

Exequentes igitur prime partiti
onis ſtructuram collocemꝰ i ea
primam conſiderationem que
talis eſt. ¶ Prima coſideratio
Paſcere oues pabulo p̄dicationis.dando
animam quo ad vim rationalem pro eis.
eſt officium de neceſſitate annexum paſto/
rali dignitati. Dura ꝑ quibuſdam ſed ve/
riſſima ſententia Proba.ꝑſpicuuꝫ certe ē
policiam eccleſiaſticam a chriſto legiſlato
re ſapientiſſimo/ꝑfecte conſtitutaꝫ eſſe.q̄ꝛ
pe ille eſt de quo moyſes cecinit. Dei perfe
cta ſunt opera Sed ad huius inſtitutiōis
perfectionem exigitur nutritio ſpiritualis
ꝑ vita animarum conſeruanda.quemad/
modum in policia terrena neceſſarius eſt
corporalis cibus.alioquin ſine pabulo cō
uenienti ſicut illa tamporalis ſic et illa ſpi
ritualis vita ſuo modo deficeret nec eſſꝫ cō
munitas per ſe ſufficiens. Ad hoc reſpicit
dictum vetus a chriſto renouatum. Nō in
ſolo pane viuit homo ⁊c̄. Oportuit igitur
ordiare miniſtratores aliquos pabuli hu/
ius ſp̄ualis ꝑ rationalibus ouibus gregis
chriſti ne perirent.qui hoc agere.⁊ poſſent
ex officij auctoritate et deberent ex ſuperio
ris obligatione. Tales vero quales alios
conuenientius accipimus q̄ꝫ prelatos.
Hos ideo paſtores appellat crebro ſcrip/
tura tam veteris q̄ꝫ noui teſtamenti.incre/
pans eos qui nō oues ſed ſe paſcunt. Un
de nec puduit deum ad huius ruſticanuꝫ
humilitatis exemplum ſeſe deijcere. Ego
ſum paſtor bonus ⁊c̄. Hinc Zacharias
Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam et
legem ex ore eius requirent Propterea enī
dedit deus ipſis regiones gentium et labo/
res populoꝝ.vt cuſtodiant iuſtificatiōes
eius et legem eius exquirant.et ſint parati
iuxta quod vult Petrus/omni poſcēti red
dere rationem de ea que in eis eſt fide ⁊ ſpe
Hinc Paulus ad Thimo.et ad Tytum ⁊
alibi pluries vult ep̄m doctorem eſſe.⁊ po
tentem inſtruere in doctrina ſana.et eos q̄
contradicunt arguere. Hoc officiū predi/
cationis ita pretulit quaſi de reliquis nul/
la ſibi cura videretur. Unde et dixit. Non
miſit me dominus baptiſare ſed predicare
Conformis eſt ad hoc apoſtoloꝝ reſpon/
ſio dicentium. Non eſt equum nos relinq̄
re verbum et miniſtrare menſis. Quanto
magis exiſtimas hoc dixiſſent de alijs ope
ribus minus ſanctis.minus ſpiritualibꝫ
atqꝫ pijs. ¶ Sed o mores o tempora.lu/
dibrium nunc apud quaſdam ex prelatis
vel probroſum aliquid artificium/ſuaqꝫ i/
dignum dignitate predicatio vel publica
ad populum exhortatio iudicatur. Eſt in/
quiunt hoc officium vel mendicantiū vel
pauperum theologoꝝ. Adeo nihil ſapit q̄
dei ſunt animalis homo.adeo qui de terra
eſt nihil niſi de terra loqui poteſt. ¶ Sed
dicunt predicamus gregi noſtro per ſub/
ſtitutos.predicamus per tales qui ſe liben
ter ad hoc opus ingerunt.et hoc nonne ſa
tis eſt: Nonne multiplicatio fit ſermonuꝫ
tanta q̄ in nauſeam tranſit audientium:
Agimus vtiqꝫ alia grandia et ardua dum
iuriſditionem noſtram.dum temporalita
tem/vigilanter protegimus.ſpiritualia e/
nim ſine temporalibus diu eſſe non p̄nt.
¶ Sed reſpondeant velim primo q̄d de/
centius atqꝫ ſalubrius.aut q̄ acceſſorium
prelatus ꝑ ſeip̄m exerceat.et principale ꝑ
ſubſtitutos.vel econtra: Si enim illud o/
portuit facere ſcilicet predicare et aliud nō
omittere ſcꝫ iuriſditionem defendere.ſit ex
ecutor principalioꝝ ipſe qui principalis ē
habendus.quia etſi p̄dicatio poſſit ꝑ ſub/
ſtitutum fieri quanto magis id qđ minus
eſt.temporalium defenſio: Aduertat p̄inꝰ/
de q̄ꝫ pauci ſunt ſermones in tam multis.
multis inq̄ꝫ numero ſed perfectionis lau/
de rariſſimis. Quare: Quia adulteratꝛ ver/
bum dei atqꝫ corrumpitur:dum vel q̄ſtus
exiſtimatꝛ pietas.vel dū miſcentꝛ erroꝝ ma
la ſemia vel inutilia ſterilia qꝫ narratōnū fri
uolaꝝ zizania ſupſeminantur. Ita ꝑfecto

cura vigilantior apud quoſdã ex p̄latis ha
betur in eligẽdis mercenarijs ꝓ cultura a/
ter abſoluit. qualiter remittit pro caſibus
reſ'uatꝭ. Et qui ſunt caſus reſeruati qua
liter abſoluit excōicatos vel ꝑticipantes.
qualit' iniūgit penitētias. Et ſi abſoluat
eos qui nolūt habere ꝓpoſitū deſiſtendi a
pctis. vt rancore furto luxuria. Quib⁹ lo
cis ꝛ tꝑibus / audit cōfeſſiones. Si ꝓ pec
catis occultis / dat penitentiā publicā vel
ſolennē / ſicut faciūt ſtulti penitētiarij in
principio q̄drageſime mulierculis ꝛ hoī
bus qui ſepe nullā hn̄t culpā aut saltē nō
publicā ſuꝑ morte ꝑuuloꝝ ſuoꝝ. ꝛ docea
tur diligēter de oīb⁹ / verbo vel ſcripto
¶ Itē ſi eccl'iam ſuā cū ſacris ornamētis
et ſacro criſmate ꝛ fontib⁹ ꝓ baptiſmo / te
neat decēter ꝛ honeſte ꝛ ſecure ¶ Itē ſi al
tare ſuū ſit integrū. ſi hoſtiam ſacram mu
tat de menſe in mēſem vel crebrius / vel ſu
per his ſolicite moneat̄ atq̄ȝ doceatur. ¶
Itē ſciſcitet̄ caute ſecreteq̄ȝ apō parochia
nos de alijs morib⁹ ſuis vt ſi ſit ꝯtinēs vl'
cōcubinari⁹. ſi ſolicitat ad malū mulieres
ꝯfitētes / ſi ꝑ irā vel crapulā / frāgit ſigillū
confeſſiōis ſigno vel verbo. ſi ſit luſor ad
taxillos vel aliter ſcandaloſus populo. in
tabernis in iuramentis horribilibus. ꝛc̄.
Et ſic admoneatur vt emendetur vel eij
ciatur ¶ Item quos accipit adiutores in
confeſſionibus audiendis circa paſcha.
Et ſi ſe fratres ingerunt eo tunc inuito /
et ſi parochiani ſui omnes ſeu ſibi vel or
dinarijs ab eo repreſentatis licet ab alijs
ſe dicant fuiſſe cōfeſſos. ¶ Item ſi per ne
gligentiaȝ ſuam aliqui ſperant ſine ſacra
mentis vel pueri vel egroti. aut ſi ml'ieres
hn̄tes pueros ex cōcubinatu / admittit ſo
lenuiter ad purificatōeȝ. qm̄ hoc nō debȝ
¶ Itē qual'r denūciant̄ feſta. qm̄ ſe fit ex
ceſſus et laqueus apponitur ſi ne cit. ¶
Item qualit' facit abſolutōem generalem

in paſcha. et ſi neſcit doceatur ꝛ detur ſibi
forma. Item ſi habeat ſtatuta ſynodalia.
et ſi ſciat legere ea. et ſi publicat ea que de
bet et talibꝫ populo nūciare. ꝛ in hec de/
bent eſſe prelati paucis cōtenti quo ad il/
la que ꝯcernūt tempalitatē eccleſie. ſꝫ ma
gis de ſalute prouideat animarū ¶ Item
ſi ſciat cantare et legere/ in miſſali diuine
legis. ꝛ ſi denunciat ſuis parochianis ꝛ q̄
liter. ¶ Item ſi habeat in ſcriptis tenorē
generalium preceptorum. ſi ſciat ſeptem
peccata mortalia. et videat̄ de doctrinali
ſimpliciū. vel de tractatulis alijs ad hoc
ordinatis. quoniā hec ſunt magis neceſ/
ſaria ꝛ vtilia/ q̄ꝫ ſole conſtitutōnes ſinoda
les vt dictum eſt.

C Etez poſt inq̄ſitōez de moribus
curati vel ſui ſubſtituti/ poterit fi
eri inquiſitio ab eodē vel ab alijs
probis/ ſuꝑ conditōnibus parochianoꝝ
ꝛ hoc caute in generali petendo q̄lia vicia
magis regnāt in parochia. ꝛ ſm̄ hoc poſ/
ſet viſitatoꝝ ſermo meliꝰ adaptari ¶ In/
quirat̄ ergo ſi in parochia ſint plures ex/
cōmunicati. in q̇bus caſibus. vt viſitans
poſſit ad eorū abſolutōem ꝓcurandā me
lius ꝓcedere. ¶ Item ſi regnant ibi here/
ſes. ſortilegia ꝛ qualiter ꝛ ſi ſint ſuꝑſtitio
nes in ligaturis ſcripturis ꝛ breuibus ap
penſis. ſi blaſphemie/ ſi vſure/ ſi falſe mer
catōes. ſi furtū/ ſi peccatū cōtra naturam.
ſi adulteria ꝛ ſimilia. qꝛ ſm̄ iſta. poterit vi
ſitator/ predicatōem vel viſitatōem ſuaꝫ.
vel confeſſionē/ fructuoſius adaptare/ vt
dictū eſt. ¶ Item ſi parochiani bn̄ ſeruāt
feſta pricipalia. veniēdo ad miſſam. ꝛ ſtā
do per totū. vl̄ ſi recedūt ſumpta aqua be
nedicta. vel poſt eleuatōem corꝑis chriſti
Notet̄ hic de moderatiōe qualr̄ fieri poſ/
ſit in tot feſtis. ſiue per cōciliū generale. ſi
ue per ꝓuincialia de cōſenſu eiuſdē conci
lij generalis. Et notet̄ de feſto trinitatꝭ ſo
lenniſando ꝓut papa nouiter inſtituit ¶
Item ſi ſoluāt decimas. de quibꝫ ꝛ quibꝫ
Si veniūt om̄es ad confeſſionē ſaltez in
paſcha vt tactū eſt. et ſi ſciant pater noſter
ꝛ credo. et ſi dicunt illa. et ſi non cōpellūt̄
ad illa ſcienda ꝛ dicēda ¶ Itē ſi vexantur
ab officiarijs prelati vel alteriꝰ ꝛ q̄liter. ſu/
ꝑ his ꝓuideat viſitator ¶ Itē ſi teſtamē/
torū executōes faciūt/ moneant̄ ꝛ cogant̄
¶ Itē ſi fuerint inter aliquos inimicicie
capitales. ꝛ ſic finiant̄ ꝓut poterit fieri

Itē ſi ſint lites mote inter eos ꝛ q̇bꝰ cauſ
ꝛ ſi poſſent ad ꝯcordiā ſummarie ꝯuoca/
ri/ vt tactū eſt iuxta hoc moneant̄ ſimplr̄
querat̄. ¶ Itē ſi ieiunia eccleſie obſeruāt.
vel ſi irridēt. ¶ Itē ſi ſchole habent̄ ꝓ iu/
uenibꝫ ¶ Itē q̄liter inſtruūtur pueri ī pa/
rochia ꝛ alia loca viſitando ſiue ſit in reli
giōe ſiue alibi. qꝛ a pueris dꝫ inchoari re/
formatio eccleſie. Et ꝓhibeat̄ hic nimia
familiaritas fratꝝ ꝛ ſoroꝝ adinuicē et cū
parentibꝫ. qꝛ iacendo cū eis. aliq̄n ſuffocā
tur in corꝑibꝫ. ꝛ deterius aliq̄n ꝓuenit in
moribꝫ. ꝓuideat̄ igit̄ ꝙ ſint ſchole vbi nō
ſunt ¶ Itē ſi morientes in puerperio ape/
riant̄. vt infans viuꝰ recipiat̄ ꝛ baptiſetur
qm̄ hoc expedit. ſed cū cautela ¶ Itē qua
liter ſe habēt parochiani in eccl̄ia reuerēt
et ordinate ꝛ q̇ete. et ſi nō moneantur ipſi
nec fiant ludi diabolici fatuoꝝ. ¶ Itē ſi
fiant ſmones apud eos ꝛ q̄uo miſſi ſunt.
ꝛ quid dicūt ſuꝑ materia indulgentiaꝝ ſi
irrōnabilia aut mēdacia eſſet ꝓuidendū.
¶ Itē ſi laici ꝛ mulieres intrāt choꝝ. et ſi
ducūt choreas in locis ſacris. et ſi illic ce/
lebrāt cōuiuia. et ſi induūt veſtes ſacras/
et ſi ſic corrigant̄ ꝛ ꝓhibeant̄ ¶ Itē ſi irre
uerenter ſe habeāt dū baptiſant̄ ſui pueri
et dū fiūt matrimonia/ vel in alijs ſacris/
ridendo iocādo garrulādo et ſi fiunt nu/
ptie/ cū bannis ꝛ in eccleſia parochiali
Itē ſi infirmi prius querāt medicos aīa/
rum q̄ꝫ corpoꝝ. et iuxta hoc q̇d fieri debet
moneant̄ ¶ Itē ſi parochiani turbāt/ vel
ꝑ canes vel ꝑ infantes clamantes/ diuinū
officiū qd̄ neq̄q̄ꝫ ꝯueniēs eſt fieri ¶ Itē ſi
diebꝫ feſtiuis exercent̄ a ſecularibꝫ iuſticia
rijs/ torture ꝛ queſtiōes ad mortē et ſi ipe
diunt̄ ne ꝯfiteant̄ an̄ mortē. q̄ oīa fieri nō
debēt ¶ Itē ſi q̇ loquūt̄ irreuerent̄ de ꝑla
tis ꝛ dn̄is ꝛ alijs ſcandalū procurātes nō
correctōem Si querūt extremā vnctiōez
in īfirmitate Si abortiuos ꝛ excōicatos
ſepeliūt in cimiterio Si exercēt mercatu/
ras in feſtis ꝛ locis ſacris/ et ſi exercēt tūc
oꝑa ſuilia Et ſi in eccl̄ia ſint arce ſiue ne/
ceſſitate guerraꝝ/ ꝛ ſm̄ hoc doceant̄ quid
agēdū eſt ¶ Itē ſi parochiani excedūt in
crapul̄ ꝛ ludis ꝓhibitꝭ. ꝛ ſilibꝫ/ ſpecialr̄ in
nocte natal̄ dn̄i ꝛ alijs vigilijs ſacris/ ꝛ ſu
ꝑ his doceant̄ ¶ Ampliꝰ ſi ſint alicubi iu
dei/ videat̄ ꝙ nō ſeducāt xp̄ianos/ nec ſi/
gnis careant diſtinctis/ et ſi velint conuer
ti/ non omnino ſpolientur ſuis rebus

Amplius ſi in parochia ſint domus reli/
gioſoꝝ ⁊ hoſpitalia. fiat inquiſitio ſm ſta
tus eorundē. ⁊ qualiter ſeruant vota ſua.
ſpecialiter cōtinentie ⁊ paupertatis ſine ap
propriatōne. quomodo curāt de pauperibꝫ
⁊ ſpecialiter in ſpūalibus. et ſi anteq̄ reci
piant infirmi/confiteantur. quēadmodū
fit in domo dei pariſius. Item ſi illic ſint
monachi compatres. Si obligant eccle/
ſias ſuas. et ſi ſic: prohibeantur.

R RUrſus applicet ſe viſitator per ſe
vl' ſuos comites ad audiēdū con
feſſiōes diligenter et moroſe/tam
magnorū q̄ paruorū/ modis idoneis. et
ſm inſtructōes alibi memoratas. p̄ſertim
q̄ ad peccata carnis/q̄ difficili⁹ extrahūt.
nam in hoc ſtabit fructus pricipaliſſim⁹
reformatōnis ¶ Itē ſi ille q̄ deſeruit cure
repertus fuerit idoneus det ſibi bona ptās
ſup caſibꝫ occultis reſeruatis. ⁊ p̄ſertim q̄
ſint repetita. ⁊ erga iuuenes ⁊ feminas.
Item ſi nō reperiat eſſe talis/inſtituat in
primiori loco vnus idone⁹ ſecularis/vel
religioſus/tanq̄ penitentiari⁹/ad quem
poſſent remitti parochiani ſup talibꝫ caſi
bus reſeruatis ⁊ ſup habendo cōſilio i' ta
libus dubijs cōſciētie ¶ Itē de pbata ap
poſitōe remediorū p viſitantē expedit vt
habeat ⁊ haberi faciat/tractatl'os breues.
p parochias in vulgari de examinatōe cō
ſcientie. ⁊ de caſibus reſeruatis ad hos vl'
ad illos. cū ſtatutis ſinodalibꝫ abbreuia/
tis. p cognoſcendo q̄ ſunt forme preciſe
ſacroꝝ. necnō de p̄ceptis dei. atq̄ ſimili/
bus. ¶ Itē pro tractādo certū ⁊ fructuo/
ſum modū refuandi pctā. videt primo q
nullus caſus deb3 reputari reſeruat⁹ apō
pueros ⁊ puellas iuniores. xiiij. annis p/
pter cauſas i quadā quondā epiſtola no/
tatas que incipit. Pontificali dignitati.
¶ Itē modus traditus in ſinodalibꝫ dñi
epi Cameraceñ. videt idone⁹ paucis addi
tis aut remotis Primo loq̄t eps ſic dicēs
Refuam⁹ nobis maiora peccata. videlic3
pctā cōtra naturā in viris vltra. xx. ānos.
homicidia. incendia. ſimonias. hereſes.
apoſtaſias ſacrilegiū vltra q̄draginta ſoli
dos. inceſtus cū patre matre filio. filia. ſo/
rore. fratre. ⁊ cū religioſis mulieribꝫ ac p/
feſſis. iniectōes violentas manuū in pa/
rentes ex deliberatōe factas. ſortilegia in
ſacramētis. videlic3 in eucbariſtia ⁊ chriſ
mate. oppreſſiōes paruuloꝝ volūtarias ⁊
procuratas. negligētias parentū in igne.
vel aqua natos pdentiū/ piuria ſolennia
et fidei fractiōes ſolennes in terra noſtra.
votoꝝ ſolenniū tranſgreſſiōes. maleficia
impediētia coitū cōiugatoꝝ. pcuratiōes
ſterilitatū vel abortiuoꝝ/ppinatōes vene
ni. magnas blaſſemias deo factas. caſus
coꝝ q̄ falſificāt lrās curie noſtre. vel abu/
tunt eiſdem. oēs excōicatiōes/ tā a nobis
q̄ a canone latas. exceptis inferi⁹ noīatis
et expſſis. ⁊ oīa alia peccata/ iſtis grauio/
ra. ¶ Caſus penitentiaꝝ p decanatus cō
miſſi. cōmittim⁹ penitētiarijs noſtris ge/
neralibus p decanatus deputatis. Pecca
ta ꝯtra naturā in oīni etate a mulieribus
ppetrata. ⁊ a viris infra. xx. annū pollutō
nes manuū in oīni etate. piuria ⁊ fidei fra
ctōes que nō fuerūt fracte in curia noſtra
votorū nō ſolenniū trāſgreſſiōes. iniectō
nes manuū in parentes vbi nō fuit leſio
grauis vel deliberatio. ſortilegia que nō
ſunt de eucbariſtia vel criſmate. iniectōes
manuū paruulorū in clericos vſq̄ ad. xx
annū oppreſſiōes puuloꝝ nō voluntari/
as ſed caſuales. clandeſtinas nuptias. in
ceſtus. exceptis patre. matre. filio. filia. fra
tre. ſorore. oīa adulteria/hoc ſaluo/q ſi
clādeſtine nuptie inceſtus adulteria p du
os teſtes aut plures qui his interfuerint/
aut alias p cōem famā vel infamiā pbari
poſſint/prius ſuper his eccleſie vl' noſtrā
iuriſdictōnem exercentibus ſatiſfaciant:
Iniectōnes manuum in clericum vel ſa/
cerdotem. vbi nō eſt enormis leſio que ta
men ſi probari poſſit (vt predictū eſt) pri
us eccleſie et leſo ſatiſfaciat. Sacrilegia
vſq̄ ad. xl. ſolidos. ita tamen q debita fi/
at reſtitutio eccleſie de eiſdem. Oīa pec
cata in quibus curati habent poteſtatem
Item reſtitutōes incerte conuertende ad
pios vſus. ¶ Caſus qui presbiteris pa/
rochianis curatis et eorum vices geren/
tes/committūtur Inordinatus concubi
tus cum mulieribus. mollicies ⁊ peccata
contra naturam in etate puerili/ in viris
vſq̄ ad. ix. annum adulteria ex parte viri
prouenientia/ damnificationes et furta/
dummodo fiat reſtitutio eccleſie/iniectio
leuis manuum in parentes/ ſacrilegia in
rebus minimis et cōmunibus/ vbi non
eſt horror et turpitudo/periuria priuata
in quibus nullus dānificatur. ſtuprū vir
ginū aborſus nō procurati ſed caſuales

De caſibꝰ nobis aut penitentiarijs no
ſtris reſeruatis/curatis et eoꝝ vices gerē
tibus/excepto mortis articl'o aut alia ma
nifeſta neceſſitate/abſoluere omnē inter/
dicimus poteſtatē. ¶ Sacerdotes vero/
confeſſiones mulieꝝ cum q̄bus peccaue/
rūt aut fautoꝝ ꝛ mediatoꝝ nō audiant.
donec ſaltem de peccat̄ꝭ inter eos/alijs cō
feſſi fuerint competenter. ꝛ ceſſauerit infa
mia/ſi qua fuerit propter hoc ꝯtra eos. ſꝫ
mittant eos ad honeſtos ꝛ idoneos ꝯfeſ/
ſores. Ac ibidē noteť ꝙ hic expediret vt in
ꝯſilijs prouīcialibꝫ eſſet maioꝛ autoritas
collata a papa/circa ordinē caſuū reſerua
toꝝ/ꝛ irregularitat̄ꝭ/vt ſalubriꝰ ꝓuideret.

S Porro ſi talis viſitatio de qua loq̄
mur nō fiat ꝑ parochias/videtur
tamē iſta diligent̄ eſſe interrogan
da ſigillatim a quolibet curato et vicario
eius/ſcd̄m ſtatū ſuū. ꝛ hoc dū venit ad ſino
dū epiſcopi ꝛ alioꝝ. ꝛ hoc vel publice vel
ad partē. vulgari lingua vel latina. put ex
pedientiꝰ vel vtilius eſſe videbiť ad laudē
ſcientiū ꝛ neſcientiū verecundiā ac doctri
nam. Itē fieret talis examinatio de om̄ibꝫ
q̄ ad regimē curaꝝ/ꝑusq̄ꝫ eis littere con/
cederent. ¶ Itē dn̄i p̄lati ꝛ alij habētes iu/
riſdictōes poterint facere ſpeciales inſtru
ctōes pro inq̄ſitiōe faciēda ſup̱ abuſibꝫ q̄
dicunť fieri in curijs ſuis. vt ſciant ꝛ ꝓui/
deant. tāq̄ꝫ incipiētes reformatōeꝫ a ſeipſ
et a domo ſua. ¶ Itē noteť hic de iuramē/
tis officiarioꝝ req̄rendis ꝛ ſeruādis quo
niā ordinatū eſt ꝙ multa facto iurēt. ſꝫ fe/
re nihil obſeruāt. ¶ Itē de iuramēto exa/
cto ab illis q̄ queſtionātur. vel ꝑ impoſi/
tōnes a mercatōibꝫ. q̄ꝝ tn̄ iuramēto non
ſtať. cū finis oīs cōtrouerſie ſit iuramētū
ſcd̄m ap̄l'm. Nā ꝑ iſta grādis laqueꝰ ad piu/
ria etiā publica ꝛ ſolēnia ꝓcurať. ¶ Itē de
teſtamētis expediēdis ſine tali ſumpta et
tactu in p̄iudiciū graue aīaꝝ q̄ torquētur
in purgatorio. ¶ Itē de excōicatōibꝫ tā fre
quēter ꝛ leuiť fulminatis a iure et iudice.
¶ Itē ſi abſoluať iudicial'r ab excōicatōe
ꝯfiteať iteꝝ ſacramental'r. qꝛ ſic oporꝫ fie
ri. vt ſup̱ his fiat declaratio ꝑ hoc ſacꝝ cō
ciliū. iuxta inſtitutōes olim ꝛ nouiť ꝑ ve/
nerabilē vniuerſitatē pariſieñ. cōpoſitas.
Et licꝫ ſentētia excōicatōis nō ligat vt ex
cōicatꝰ viteť/niſi ſit iudicial'r ꝓnūciatꝰ eē
talis. Simil'r ꝙ irregularitas nō incurrať ꝑ
excōicatōe. niſi ſit declarata ꝑ iudicē. ꝛ ita

de ſiſtibus q̄ multos tolleret laq̄os aīaꝝ ꝛ
inde melioꝛ ordo ierarchie ciuil' ſeruareť.
¶ Itē de ꝓmotoribꝫ q̄ dū faciūt exactōes
iniuſtiſſimas nihil ſoluūt de expēſis/ nec
puniunť. ſed reportant ſalaria ſua ab in/
nocentibꝫ abſolutis diffamat̄ꝭ et except̄ꝭ.
¶ Itē de applicatōe ꝓ emendis taxatoꝝ
in pios vſus ꝛ publicos. qꝛ aliter eſt ſcan
dalū ꝯtra p̄latos in ꝑpl'is. ¶ Itē ad euitā
dū notā vel ſpēm ſimonie ī oībꝫ vbi danť
pecunie ad miniſtrandū ſp̄ūalia ſic ſunt
ordines. ſepulture. baptiſmꝰ miſſe ꝛc̄. Ex/
pediēs videreť et cōformiť ad iura. aut ꝙ
nihil recipeť. aut cū moderatōne maiori.
aut ꝙ ꝓus dareť ſp̄ūalia q̄ꝫ aliq̄d exigereť
vel recipeť tp̄ale. ſꝫ poſtmodū q̄rerenť con
ſueta. que ſi renuerenť cōtumaciť ſolui/ſi
eret tunc honeſtiꝰ actio ꝯtra tales. ¶ Itēꝫ
hoc eſſet interp̄tandū/ſi iura olim tradita
cōtra dantes aliq̄d in omni re ſp̄ūali/ꝛ in
introitu religionis/ ſint in ſua ſeueritate
ſeruāda. ſicut apparet ꝙ nō. alioquin fere
totus eccleſiaſticoꝝ cetus in damnatōis
ſtatu eſſet. fiat igiť declaratō. ¶ Itē in mi
niſtratōe ordinū fiat diligētioꝛ inq̄ſitō ꝛ
obſeruatio etatū inſtitutaꝝ ꝑ canones. et
hoc ꝑ religioſos ſicut ꝑ alios. Itē idem ſi
ſint priuilegiati. quia hic eſt laqueꝰ formi
dabilis ꝓ p̄latis ꝛ pro talibꝫ ordinat̄ꝭ ꝓ/
pter ſuſpenſionē ꝛ alias penas iuris vl' ꝓ
pter defectum p̄lati in intentōe. quia p̄di/
cunt publice/ꝙ intendūt tales ordinare.
vt ſubdiaconꝰ in. xviij. diaconus in. xx. ſa
cerdos in. xxv. anno nedum propter ſci/
entiā ſed etiam propter mores. ¶ Itē ꝙ
nō promoueanť ſine certo ꝛ ſtabili titulo
bn̄ficij vel patrimonij ſine fraude. ¶ Itē
ſciant cōpetent̄ loqui latinū ꝛ intelligere.
Et ꝓuideať ꝙ non ſint vt ſacerdotes in
ſcandalū. ꝛ hoc ꝓficeret ponere modū tot
miſſis quas habere volunt in domibus
ſuis cōmuniter homines parui ſtatus.
Itē denuncieť recipientibꝫ ſacros ordīes
ꝙ faciunt votum caſtitatis ſolenne ne pu
tent ſe liberos ad fornicādum ſicut fatui
quidam putāt. ¶ Item cōtra predones ꝛ T
vexatores terrarum eccleſie videreť proce
dendum ꝑ viam publice ꝛ pie predicatio
nis ad dominos. inſinuando grauamia
particulariter. et oſtendendo pericula ſu/
arum animaꝝ niſi ꝓuidereť. ꝛ nō dando
onera denunciādo curatis aut ſuis vica/
rijs. quia nec audent nec poſſunt exequi

Item querat̄ executio conſtitutiōis quā
papa fecerat pro theologis. immo verius
pro eccleſijs. vt ſcꝫ in qualibet eccleſia ca/
thedrali et collegiata notabiliter/ ſit vna
prebenda effecta in ꝑpetuū pro vno theo
logo qui legere docere ⁊ predicare ſit aſtri
ctus. Similiter prouidēdum eſſet abba
tijs ⁊ monaſterijs ꝙ nō carerent viris do
centibus eos etiā a puero/ meditari in le/
ge domini die ac nocte quia in tali quidē
de diuinis intelligerēt aut ſaperēt. ¶ Itē
reformetur honeſtas in diuino officio et
ſeruitio/ contra ludos fatuoꝝ/ contume/
lioſos deo ⁊ eccleſie. ⁊ ꝑ excōmunicatōem
et priuatōem diſtributionū vel incarcera
tionē. ¶ Item cōtra garrulatōes indeco/
ras in choro tpe ſeruitij ⁊ fiant noue con/
ſtitutōnes aut iam edite cōſeruent̄ ¶ Itē
deberet fieri ſpecialis inq̄ſitio vt viſitatō
pro mendicantib9 tam in facto ſermonuꝫ
confeſſionū ꝙꝫ alioꝝ. et ſpecialiter ꝙ eui/
tent cōſortia feminaꝝ in camerulis. et de
tractōnes in ſermonibus. ⁊ fabulas inu/
tiles. ⁊ aſſertiones temerarias/ diffinien/
do aliquid generaliter eſſe pctm̄ mortale
vel non eſſe. Et querat̄. qualiter in p̄miſ/
ſis ſe ingerūt. ⁊ ſi cōtra decretalem omnis
vtriuſqꝫ ſexus. Item querat̄ de quib9 pec
catis remittūt ad penitentiarios. q2 dicit̄
ꝙ aliqui abſoluūt ab omnib9. Itē ſi mi/
niſtrent ſacramenta ꝓhibita/ cōtra ꝓhibi
tionē iuris. ſi predicāt contra prelatos et
ſepulturas et decimas. ſi admittunt excōi
catos a iudicibus/ ad ſua cōſortia in diui
no officio ſeu ſeruitio et ceteros. ſicut fer
tur ab aliquib9 eſſe. ¶ Item pro priorati
bus deſolatis/ vbi non ſunt niſi vnus vel
duo religioſi ſepe in ſcandalū ſui ⁊ alioꝝ.
eſſet prouidendū/ quia dū redeūt ad clau
ſtra/ turbant alios nec proficiūt. ¶ Item
de obſeruatione benedictine pro mona/
chis nigris et alijs videant̄ illa que neceſ
ſaria ſunt/ declarent. ¶ Itē videat̄ de mo
do conferēdi bene ⁊ libere beneficia in ca
ſu reductiōis beneficioꝝ ad ordinarios
⁊ de reliq̄s cōſequētib9 ¶ Itē prouidēdū
eſt in exceſſib9 viſitātiū plus ſepe ad q̄ſtū
⁊ pompā ⁊ deſtructōem ꝙꝫ edificationē. ⁊
ordinent̄ circa moderata Itē videatur de
modo habendi certā contributōnem ꝓ to
ta prouincia/ ad defendendū ⁊ proſequē/
dum ea que fuerūt ordinata. Et ꝙ ipſa vi
riliter et prudenter exequātur/ vſqꝫ ad ali
ud ꝓuinciale conciliū ⁊ de triennio ad tri
enniū fieri debet ex pena appoſita
vel ordinetur alia: conſeruet̄ ⁊ declaretur
Similiter qui debent cōparere ⁊ qualit̄.
Item ſi expediat tres vel quatuor prouī
tias quandoqꝫ cōuenire. Item ſi ordinē
tur cōformiter ad decretalem aliq̄ qui ha
beant inquirere reformanda ꝑ q̄libet dio
ceſi. et referre auiſamenta prouiſionū decē
tiū/ in ſeq̄nti ꝯcilio ¶ Itē fiat in qualibꝫ
dioceſi monitio ſimilis illi quā eps fecit
pariſienſ. contra loquētes ſub ſpecie ioci
cōtra fidē ⁊ ſacramēta. vt ſcꝫ audiētes/ de
nūcient tales epo loci vel officiali vel ſuo
curato/ infra octo dies aut ꝙꝫ prio ꝯmode
pōt fieri. Et hic eſſent grauit̄ cantilene er
ronee ⁊ lubrice ⁊ contra honorē matrimo
nialis ſacramēti cōpoſite/ prudēter ſm lo
coꝝ ⁊ temporū ⁊ moꝝ q̄litates ¶ Hec in
ꝙꝫ plus in modū cuiuſdā mēorialis ꝙꝫ do
ctrine ſubtilis notata ſint. det autē in exe
quēdis ſpūs ſui robur deus q̄ eſt benedi/
ctus in ſecula. Amen. Finit

## ¶ Sermo eiuſdeꝫ in dominica. xix. poſt pentecoſten de q̄tuor domib9 Et poteſt dici in dedicatōe eccl'ie a

VAde in domū tuā. Origina
liter Math. ix. ⁊ Mar. ij. ⁊ re
citatiue i euāgelio dn̄ice cur
rentis Etſi hec xpi vox ad
me traduci ṗt q̄ſi me iubeat
in domū regredi ⁊ increpans dicat: q̄re tu
enarras iuſticias meas ⁊ aſſumis teſtamē
tū meū ꝑ os tuū. Attamē q2 ſic op9 eſt mo
uēdi audaciā ꝑſtat paralytic9 hodie a pctis
ſimul ⁊ morbo curat9 in illa quā ingreſſus
fuerat xp̄s domo. Sic agā. eo modo i do
mū vbi xp̄s grabato proprie fragilitatis
inſtrat9 plena fide deuoluar. q̄tin9 morbi
dā ipſe paralyſim mee mētis eijciat Et q̄ il/
la eſt xpi dom9 reuerendi p̄res: Domus
haud dubie de q̄ in hymno canit̄ Dom9
pudici pectoris templū repēte fit dei Do
m9 inſuꝑ quā ꝑ aſilo et tutiſſimo oīm cri
minoſoꝝ refugio xp̄s in celo lōge p̄clario
rē quā olim romul9 in latino ꝯſtituit De
aſilo romuli florius in epitomate libro p̄
mo Hec dom9 eſt ad quā te iubēte Ieſu ꝑ
go/ in qua ſanari cuſtodiri ꝙꝫ cōfido/ ac ꝑ
inde verbū tuū te conſentiente grati9 elo
qui/ ad quam cum gabriele nos omnes
accedamus precor dicentes. Aue Maria

Vade in domū tuã. Apud indoctos/ver
ba domini ac ſaluatoris noſtri Jeſu/hu/
milia quidē aridaq; videnť. Qui ſi auto/
ris ſapientiam perpenderent (Ipſe enim
eſt in quo ſunt om̄es theſauri ſapientie ⁊
ſcientie abſconditi Coloſ. ij.) intelligerēt
profecto ea verba multa ſententiarū ma/
ieſtate plena eſſe. multa inſuper ſenſuum
varietate fecunda. Nihil in eis ocioſum
reponi putanduꝫ eſt. nihil quod nō fidē
edificet. mores cōponat. ſpem erigat. cari
tatem corroboret. ⁊ ad beate felicitatis de
ſideriū accendat. Tot quippe ſenſus/ver
bi auctor intendebat (ſm guilhel. pariſi/
enſ in de fide et legibꝰ) quot ex eo elici vel
quomodolibet inſpici veritates poſſunt
quemadmodū deus tot in re creata boni
tates quot ex ea perueniūt bonitates pre
intendit. Qua in re perſpicuū eſt ſacram
ſcripturã. pro immenſa capacitate ſui/do
mū ex omni parte ampliſſimã exiſtere. in
qua fabricatrix ſapientia/ mēſam poſuit
copioſiſſima ciborū omniū ſuauitate re/
fertam. Sapientie nono. Ceterū veluti
ſpeculū cōcauū quatuor facies ex reflexio
ne varia radiorū viſualium oſtendit/ nō
aliter inſpector ſolers verbi diuini. quatu
or ſaltē veritates ſm quadruplicē expoſi
tionis modum poterit intueri. ¶ Qđ vt
manifeſtius fiat et ad collocandū noſtre
collatōnis fundamēta ordinē q; in dicen
dis obſeruandū/ ad thema noſtrū cōuer/
tatur intuitus. ¶ Vade inquit in domū
tuam. Poteſt certe domus iſta/ad materi
alē homis inhabitatōeꝫ referri iuxta ſen/
ſum litteralē. quomodo ſumptū eſt in lo/
cis ſcripturarū innumeris. nominati Lu
ce. xix. vbi chriſtus ad zacheū dicit In do/
mo tua oportet me manere. ¶ Poteſt ſe/
cundo per domū eccleſia militans intelli
gi iuxta ſenſum allegoricū. prime ad Thi
moth. iij. Scias quomodo oportet te in
domo dñi cōuerſari. Et. ij. ad Thimo. ij.
In magna domo nō ſolum ſunt vaſa au
rea Loquitur de pſperitate hominū in ec
cleſia ¶ Poteſt ſubinde domus iſta/ hūa
nam ſignificare conſcientiã. iuxta mora/
lem intellectū Hebreorū. iij. Filius in do
mo ſua eſt. que domꝰ ſumus nos. de qua
per pſal. Ambulabã in innocētia cordis
mei in medio domus mee ¶ Rurſum q̄r/
to. p domū hanc/ celeſtis accipiť paradi/
ſus/ſm ſenſum anagogicū Joh. xiiij. in/
quit xp̄s In domo patris mei mãſiones
multe ſunt. Et in pſal. Beati qui habitãt
in domo tua dñe. ¶ Quis igitur phibet.
R. p. his animaduerſis/arbitrari ſaluato
rem noſtrū Jeſum chriſtū quadruplicem
ad minus in preaſſumptis verbis dediſſe
monitionē quaſi dixiſſet.

Vade
- In domū tuã que ē mate rialť ſtructura iuxta pmū.
- In domū tuam q̄ eſt mi/ litans eccleſia.
- In domū tuam que eſt p pria conſcientia.
- Poſtremo in domū tuaꝫ que eſt felicitas ⁊ gloria

¶ Dū hec iacta ſunt fundamenta ait La
ctantius ex verbis Tullij/quibꝰ ſupedifi
care volens/quatuor cōponã orat̄oes mo
deraturus vtriuſq; q̄ad potero ſtilum pri
us magnope p̄cauens ac ſtudens ne ſmo
friuolus illiberaliſq; difformet ac ſorde/
at. dehinc elaborãs vt talis ſit qui intelli
gatur ſed ab intelligētibꝰ tum verbaq; la/
tina ſciētibus. Prima autē oratio noſtra
erit ſm hiſtoriã miraculi chriſti ꝯmenda
tiua. Secunda erit ſm allegoriã ad eccle
ſie gubernatōnem hortatiua. Tertia erit
ſm moralitatē/ad conſciētie habitudinē
inductiua. Quarta vero erit ſm anagogi
am ad felicem beatitudinē inductiua. Et
has duas vltimas p collatōne reſeruatas
eſſe volo.

PRimã que aliquãtulū ſpeculatio
nis habet aggredior reſerare. Ma
gnū eſt patres incliti/magnū ⁊ ad
erigendū ſurſum animos p̄cipuū/hodier
ni euangelij miraculū. q̄r ⁊ piã fideliū cor
roborat credulitatē. ⁊ execrabilē incredu/
lorū ꝯtra deitatē xp̄i blaſfemiã radicitus
exterminat Qđ vt pateat/hiſtorie veritas
ſummati ad memoriã reuoceť. ¶ Erat in
capharnaū vir quidã/cuiꝰ membra paly/
ſis adeo diſſoluerat/vt nec ſe ferre nec vlla
cōpage ſubſiſtere poſſet. ſed emortua ⁊ q̄ſi
coherentia in ſeipſa collabebantur. Neq;
eni a corde. vitalis calor p meatus fibraꝝ
diffundebať in artꝰ. quippe emarcuerat
aut ex frigore conſtringente. aut humore
ſupfluo opilante. ſiue in eis viuaces ner/
uos corrugauerat calor nimius/ſiue vul/
nus inciderat. Hunc egrotantē grabato
puolutū: hoies quatuor/p tecta domus/
ante chriſti pedes demittūt. Mira Jeſu

benignitas. moꝛ nanqȝ ſuam deferentiũ qȝ fidem intuitus eum a pctis tanqȝ egritudinis radice pꝛimitus abſoluit. Deinde agnita inculpataqȝ blaſfemoꝝ iudeorum cogitatõne ſanitati eũ reſtituit. Uigoꝛem inſup. domũ vſqȝ ꝑgendi/ grabatũ qȝ ferendi cumulauit Tolle inq̃t grabatũ tuũ ⁊ vade in domũ tuã ¶ Nõ hec humanis opibus/ nõ arte magica ꝓueniũt/ ait monicus rapax ad eneã eneyð. xij. maioꝛ ait deus. Non adhibit⁹ eſt herbaꝝ ſucus. nõ ꝑegrinoꝛũ vis lapidũ. ſed ſolo iubentis ſono/ repente exiliũt nerui. nutãt vene medullis ſanguineqȝ introꝛſus imbibitꝫ caleſcũt oſſa rubet cutis. ⁊ inertia languidaqȝ olim mẽbꝛa ꝓpꝛijs exultant officijs reſtitui. En grande ſtupendũqȝ miraculum. En pꝛeclariſſima humanitatis xp̃i dignitas que tanto in ope diuinitati ſubſeruiuit/ vera eni ꝓbabilitate dici pt (quãuis ꝯtrariũ dñs Durãdus opinet̃. iij. ſen. di. ix) ꝙ in oĩbꝰ xp̃i miraculis/ ſua hũanitas propter ipſi⁹ ad verbũ ypoſtaticam vnionẽ/ tanqȝ cauſa ſcd̃a principaliſſima cõicauit. ⁊ in hoc eminẽs eſt quedã ipius (vt ita loquar) oĩpotentia ⁊ ꝓꝛogatiua ſingularis ſuꝑ ceteros homĩes ſanctos ꝑ quos tm̃modo meritoꝛie ſine eoꝛũ cauſali ꝯcurſu/ mirabilia patrata ſunt ¶ Exurge nunc quiſqȝ ades/ tolle grabatũ ꝓpꝛie fragilitatis. ⁊ vade pedibꝰ mentis ĩ domũ hanc in q̃ audis tam glorioſum opus fieri. Circũgyra ratiõis oculos/ vt luie fidei colluſtrent̃. atqȝ effectu puro conſidera/ q̃niam hic triplicit̃ oꝑata eſt xp̃i diuinitas In pctõꝝ relaxatõe In cogitationũ agnitione. In ſubita palitici curatõe. Hec nẽpe oꝑa diuinitatis eſſe ꝓpꝛia/ hieronim⁹ i omelijs teſtis eſt ⁊ ex ſcripturis colligitur De pctõꝝ dimiſſiõe Iſaie. xliij. Ego dñs qui deleo iniq̃tates De noticia cogitationũ. ij. Paral. vi. Tu ſolus noſti coꝛda filioꝝ hoĩm. De miraculoꝛũ oꝑatõe in pſ. Facit mirabilia magna ſolus. Qd̃ in de ſecretis ſecretoꝝ Ariſto. nõ ſiluit O ꝑatoꝛ inq̃t miraculoꝝ vnus ⁊ ſol⁹ eſt deus Tria inſuꝑ ꝑſonis diuinis appꝛopꝛiata/ hoc ĩ actu cõſpicim⁹. Nõ ergo opificis xp̃i diffiteamur diuinitatẽ. Clemẽtie ſpũſſancti index eſt criminũ abſolutõ Sapie filij inſpectio ſecretoꝝ. potẽtie patris moꝛbi depulſio tã ſubita equidẽ ⁊ plenaria vt palitico iuberet xp̃s. Tolle. ⁊c. ¶ Sꝫ ecce in

z

domũ iſtam vbi xp̃s oꝑat̃/ veluti quondã in domũ Loth. irruit ꝑfida increduloꝛũ diuinitatẽ xp̃o eripientiũ turba q̃ incõdito murmure obſtrepens dat ſine mẽte ſonũ vt Maro ait. acclamãs fragilia hec eẽ immo nulla ad diuinitatis in xp̃o atteſtationẽ argumenta. Qualiter inquiũt pꝛobat xp̃i diuinitatẽ/ peccatoꝝ relaxatio cũ moſaycus ſacerdos pur⁹ indubie homo/ id habuiſſe legat̃ officiũ Leuiti. iiij. Ex ſi reſpõderis eũ nõ abſtuliſſe peccata autoꝛitatiue vt xp̃s. ſꝫ ꝙ duntaxat ad pctõꝛis cũ deo reconciliatõem ꝑ ipm ſacrificij ⁊ ꝑ cum fiebat oblatio. Non euadis inq̃t hereticus/ obijcio nanqȝ tibi p̃ſbiterũ noue legis/ q̃ autoꝛitatiuo verbo inſtar xp̃i vtitur dicens Ego te abſoluo ⁊c. qd̃ plus autoꝛitatis arguere videt̃ qȝ dicere. dimittũt̃ tibi pctã tua. Hanc calũniã de medio tollit trimẽbꝛis de ptãte diſtinctio q̃ ſuꝑ. iiij ſententiaꝝ diſt. ij. cõiter notata eſt ſtõ. arguit Bonauen. Eſt itaqȝ in relaxãdis criminibꝰ. poteſtas autoꝛitatis. poteſtas excellentie. ⁊ ptãs nuda miniſterialis Poteſtatẽ autoꝛitatis dicim⁹ que ſic ſumma eſt vt nulli alteri in ſua actiõe innitat̃. ⁊ illaꝫ ſoli⁹ dei pꝛopꝛiã eſſe cõſtat Ptãs excellentie quãuis ab altero fluat atqȝ deriuet̃. hec tamẽ eſt cũ pꝛerogatiua/ quã miniſterial' ptãs nõ obtinet. Et que ſine ſacrificio ſine ſacramẽto/ ſine foꝛma verboꝝ determinata/ crimina diluit. ⁊ miniſterialẽ oꝛdinat tribuitqȝ ptãtem. Cõcedit̃ igit̃ ſacerdotibus miniſteriuꝫ peccata dimittendi: nec tamen diuinitas eis aſcribat̃ In xp̃o autem duas alias infuiſſe ptãtes autoꝛitatis ſcꝫ ⁊ excellentie ſi cõuincim⁹/ eundẽ concludim⁹ deũ eſſe. quia nemini qui de⁹ non eſſet collate ſunt/ nec vt cõmunicarẽtur cõgruebat. Cõuincim⁹ autẽ Uides ei qm̃ peccata palitici/ abſqȝ confeſſiõe ſiue ſacrificio oꝛõe ſacramento ve deleuit/ merito humanitatis ⁊ diuinitatis ĩperio Iuuat noſtrã hanc aſſertõeꝫ/ paralitici fides ob quam in aĩa pariter ⁊ coꝛpoꝛe ſanatus eſt. Credidit itaqȝ filiũ hoĩs illa pꝛedituꝫ eſſe potentia quã ſibi ineſſe iudaica impietas detrectabat Illa autẽ que alia erat qȝ autoꝛitatiua/ excellenſqȝ poteſtas pꝛo cuius atteſtatõne miraculũ patens ſubinde monſtratuꝫ eſt. vt ſciatis inquit Ieſus qꝛ filius hominis poteſtatẽ habꝫ in terra dimittendi peccata. Tunc ait paralitico.

Surge et tolle grabatū tuum. ⁊c. Ac ſi cū dicere iudeis eſtimares. Per hanc quã foris intuemini curatõem. interiorē negare nõ poteſtis/ nec arguere me mēdacij in re occulta quãdo palã miraculoſe verba cõfirmo. ¶ Inſurgit rurſum ſcḋo hereticus clamor. ⁊ impugnare ceſſareq̃ nitit̃ alterū diuinitatis in xp̄o aſſeuerãde argumētum/ de cogitationū cognitõe. Nam et ꝓphete inquiũt. quibus nl'la diuinitas tribuitur nõ mõ ſecreta aliq̃ cordiū penetrati ſunt/ quinetiã pl'ima ab hoīb⁹ nõdū cogitata ꝑdixerũt. Quid rñdebimus. p.r plane fatebimur ⁊ ꝓphetas occulta multa preuidiſſe. cuius cãm inueſtigãtes Areſt. Auicēna pluresq̃ phoꝝ/ eos eſſe dixerũt hoīes puriſſimi intellectus/ quē nec ceca vicioꝝ caligo obnubilaret. nec tumultuantiū curaꝝ ſtrepitus a trãq̃lla ſede contemplatõis abduceret/ ⁊ ꝑinde anima ipſorū/ vice ſpeculi terſiſſimi politiſſimi in omni parte cõformis fingebat̃ diuine illuſtratõis radiū ſuſcipiēs abditaq̃ ꝯgnoſcens. Veruntñ a tractatorib⁹ catholicis rectior verior q̃ꝫ prophetaꝝ ratio aſſignatur/ miraculoſa ſancti ſpūs īſpiratio. quã q̃ꝫ ea que dicũt/ vehementes ſint ad ꝓphetandū diſpoſitõnes. Quid igit̃: qualr̃ in chriſto potius q̃ꝫ in ꝓphetis diuinitatē ꝓbat cogitatõnū agnitio: prorſus optime. Quia ſi ꝓpheta eēt (vt hoc ⁊ alia eē pl'ima indicãt ⁊ machomet⁹ ipſe cõceſſit) Si talis inſuꝑ qui diuine illuſtratõis ꝑticeps eſſe mereret̃. erat abſq̃ dubitatiõe bonus iuſtus verax q̃ꝫ. ſe autē deū eſſe aſſeruit. cui ꝑ conſeq̃ns eſt credendū. Alioq̃n nõ bonum ſed blaſſemū confiteri neceſſe eſt. qḋ impiū credere/ om̄is eius vita/ oīſq̃ doctrina diuinis oraculoꝝ ⁊ miraculorum vallata teſtimonijs patefecit. Qua de re. Thomas brag̃ḋ. in ſumma. li. i. ꝑte. xxxij. primi corollarij ꝑmi capituli/ copioſe diſſeruit. ¶ Sꝫ ecce tertio adhuc indignatiori fremitu cõclamat increduloꝝ multitudo/ aſſerens preclariora tū admiratõne tum dignitate miracula/ alijs in domib⁹ per homines puros effecta q̃ꝫ hic ꝑ xp̄m. quoꝝ ſi nullus eſt deus ꝑ hoc indubitanter nec ex ſimili xp̄s. Et vt de grandi hiſtoriarū aceruo pauca colligã/ obijcit nobis iudeus Helizeū qui filiū ſunamitis defūctum ſua in domo viuificauit. iiij. Regū iiij. Et q̃ amplius obſtupeſces/ ſol⁹ oſſiū ſuoꝝ contact⁹ in cadauer humanū aīam ſimul et vitã ꝓfudit ibidē. xiij. Opponit nobis arrianoꝝ ſecta/ ſuſcitatã in cenaculo tabitã ꝑ Petꝝ Actuū. ix. Et aliū in porticu templi curatū. Act. iij. Nec miret̃ hec xp̄ian⁹. cū pollicit⁹ ſit xp̄s dicēs. Qui credit in me opera que ego facio faciet ⁊ maiora horū faciet Joh. xiiij. Et ſi q̃s dixerit vt dñs Armachan⁹ de. q. ar. li. ij. ⁊ ca. vltio. Et ſicut Nicola⁹ de lyra ponit vbi ſupra q̃ Petrus aut alter/ non ideo deus ꝑ hec miracula cõuincit̃. quia nõ propria ⁊ imperatiua virtute vt xp̄s/ ſed inuocãdo orãdo q̃ꝫ ꝑegit. id facile reuellit̃. Vmbrã nãq̃ꝫ petri ⁊ heliſei oſſa ⁊ ſudaria pauli/ ñ oraſſe/ certum eſt. vmbra tamē petri ⁊ ſudaria pauli etiã abſentis/ certū eſt opē ſalutiferã preſtiterũt languētib⁹ Actuū. ix. ⁊ vt dictū eſt Helizei oſſa vitã ſepulto cadaueri refuderũt. Nunq̃d inſuꝑ orauit xp̄s miracula faciens fleuit ⁊ in ſeipſo turbatus eſt Joh. xi. Sciebã inquit pater q̃ ſemꝑ me audis. Deinde gentiles ydoloꝝ q̃ꝫ cultores/ de ſuis miraculis/ celebres nobis ingerũt hiſtorias. quorū multa complexus eſt Valeri⁹. li. i. ca. de miraculis. Narratq̃ꝫ Tarquiniū cotem nouacula ſecuiſſe. ⁊ veſtalem virginē/ cribrū aqua tybris impleuiſſe. Cõmemorat et hoc idem cum alijs Aug. x. de ciuitate dei. ca. xvi. Suetoni⁹ quoq̃ꝫ tranquill⁹. li. de. xij. ceſarib⁹ Veſpaſianū imꝑatorē refert cecū illuminaſſe. et alterius debile crus ſolo calcis tactu ſolidaſſe. Joſephus ꝑterea ſecundo antiquitatū ab alexandro macedone/ pamphilicū mare fuiſſe diuiſum narrat. ſicut a moiſe rubrū. Pro his vide ſi liber Bragḋ. vbi ſupra. Ad extremū mirabiles artiū magicarū effectus quis nõ audiuit. lege in literis Exo. ca. viij. de magis pharaonis. Et qḋ vrgentius eſt vide phitoniſſam. Samuelis prophete vere ſuſcitatricē. ꝑut litera ſonat primi Regū. xxviij. ca. Et aug. opinatur in epiſtola ad Felicianū. Et ponitur in gloſa ordinaria primi Regū. ca. allegato. ¶ Quis ergo nõ deſiſtat xp̄m eē deū cõcludere ex miraculoſis opibus. cuꝫ hec audiat videat ⁊ ꝑpendat. ¶ Magna vtiq̃ꝫ. R. p. difficilis ⁊ ꝑplexa hec queſtio eſt vbi de verorum a falſis miraculorū diſcretõne tangitur. et eam a doctoribus/ ꝑraro funditus euacuatã repimus. Nimirum ſi ad me altior peruenerit q̃ꝫ aut inge

nio tenui cõphendere valeã/aut arido
breuiq̃ ſermonis eloq̃o complecti. Dicã
tamen aliq̃d ne de ſilentio noſtro gaude/
at ſuper nos inimicus. ¶ Et teneam⁹ in
primis/nullũ proprie z vere dictũ miracu
lum ab alio q̃ꝫ a deo poſſe creari/ qm̃ ſol⁹
eſt qui ſup oẽm cauſarũ naturaliũ curſuꝫ
z ordinẽ dñatur. Non p̃iudico tamẽ pri/
uilegio humanitatis xp̃i ſingulariſſimo.
Neq̃ꝫ enĩ demonioꝝ/neq̃ꝫ angeloꝝ/neq̃ꝫ
tpãre cõplexionis/nec aſtroꝝ nec huma/
ne imaginis/ quaſi miraculoꝝ factricem
Auicenna.iiij.ſui de anima poſuit. Tãte
virtutis ſunt/vt vel creet aliq̃d/ vel abſq̃ꝫ
certo cauſarũ naturaliũ concurſu formet.
q̃ꝫuis plerũq̃ꝫ tã ſecreto celeriq̃ꝫ fiat motu
hmõi cauſarũ applicatio/ q̃ actio que na
ture eſt miraculo deputetur/preſertim ab
indoctis z in philoſophia ceteriſq̃ꝫ artib⁹
parũ eruditis ¶ Amplius ſcire ꝯuenit q̃
ſicut apud hoĩes moris eſt q̃ in atteſtatõ
ne litteraꝝ/ſigillũ appendit vel apponit
ſignum propriũ/non aliter de⁹ miraculo
rũ verorum opatõeꝫ veluti ſigillũ z ſignũ
propriũ inducit in robur veritatis illius
quã iubet credi z nulla vnq̃ꝫ inuocatõne
miraculoꝝ conditor ſit vel erit in ope mẽ
doſo/quin reclamet et quin p ſcripturas
ſacras/p prophetias/p reuelatõeꝫ vel alit
illam falſitatẽ non eſſe credẽdam edoceat
Deus enim veritas eſt.ſeipm negare non
poteſt Multorũ ſiquidẽ z inter alios (vt
opinor) Auguſtini ſentẽtia fuit/deum p
malos nõnunq̃ꝫ mirabilia operari. z hoc
non vt ſit falſi teſtis/abſit.ſed in damna/
tionẽ tam illius qui facit/ tam illorũ qui
ſeduci z erroribus excecari meruerũt. Et
queãdmodũ dicunt de antixpõ ad pbatõ
neꝫ electoꝝ. Vñ apl's ſine caritate mõtes
poſſe trãſferri nõ.negat prie Chorin.xiij.
Et de nouiſſimo die aiebat xp̃s Mlti di/
cent mihi in illa die. Dñe nonne in noĩe
tuo ꝓphetauimus. z in noĩe tuo demonia
eiecimus.et in noĩe tuo virtutes multas
fecimus? Et tũc cõfitebor illis/ q2 nunq̃ꝫ
noui vos Math.vij. Et de phitoniſſa/ et
Juda ſatis cogens eſt argumẽtũ ¶ Hec
ita q̃ꝫuis ſe haberẽt q̃ p mendaces mira/
culi autor eſſet de⁹. nunq̃ꝫ tamẽ ſigillum
propriũ ſic falſari/nunq̃ꝫ eo abuti in mẽ/
dacio ſineret/quin z reclamaret z cõtradi
ceret. Alioquin q̃uo eidem crederet plus
q̃ꝫ pricipi qui falſarias lrãs ſigillo ſuo cõ
ſignari ſcienter z abſq̃ꝫ vlla cõtradictõne
pmitteret? ¶ Ex his quãtũ eſtimo videre B
poſſumus/credendã eſſe in xp̃o diuinita
tem.quia deus ipſe ad huius rei affirma/
tionẽ/autor fuit miraculi hodierni/ cete/
rorũq̃ꝫ plurimoꝝ. Et deus nõ ſolũ nõ re/
clamauit/phibens ne talibus crederet. ſꝫ
per os omniũ prophetarũ z gentiliũ ſibil
larũ/hec oĩa longe ante predicta ſunt/lau
data z approbata. Sup hoc legat dñm.
Armacanũ qui vult/ ĩ tribus pmis de.q.
armenicoꝝ Et Nico.de lyra.in queſtione
cõtra iudeos. Scotũ.q.ij.pl. Et Bragõ.
vbi ſupra. Et ſup oẽs Aug.in illo quẽ cõ
ſtituit de ciui.dei dici ¶ Cum igit aſſerũt
increduli/facta ab hoĩb⁹ puris miracula.
negabimus ſi de principali autore fiat aſ
ſertio/ſi de miniſtro miraculi dicũt dũta
xat/fatebimur. Neq̃ꝫ enĩ eos audiendos
puto.qui in oĩbus hmõi hiſtorijs/fidẽ
negant Inciuilis equidẽ grauiſq̃ꝫ teme/
ritatis eſt/alteri nõ adhiberi illã quã ſibi
rõnabilem preſtari vellent credulitatem.
¶ Subinde cum ſciſcitãtur a nobis.cur
nõ deos pari modo affirmam⁹? apta ẽ ex
premiſſis reſponſio Jlla quippe mirabi/
lia/vel non adhibita ſunt ad aſtruenduꝫ
diuinitatẽ in facientib⁹ ſicut de propheꝫ
apl'is ceteriſq̃ꝫ viris iuſtis conſtat Vel ſi
hoc aliqui neq̃ſſimi z demonũ familiares
execrabili ſupbia rapti intenderint/deus
palam cõtradicit.tum p ꝓphetas z reuela/
tõnes.tum p naturale dictamẽ inſitũ inſi
nuans nõ eſſe credendũ deoꝝ pluralitatẽ
cõclamanſq̃ꝫ oẽs deos gentiũ demonia/
magoſq̃ꝫ z ariolos execrans ¶ Vides iu
dee cur dãnaberis/antixpõ miracula faci
enti adherẽs. z chriſtian⁹ ſaluabit chriſtũ
cõfitens miracula opantem. Affert z oſtẽ
dit vterq̃ꝫ ſignũ regis ſummi. ſed illi tãq̃ꝫ
falſario/p diuinas ſcripturas cõtradicit.
multiplex iſti ſupaddit ꝓpheraꝝ approba
tio. ¶ Res igit tota ad hoc redit/q̃ mira/
culũ xp̃i hodiernũ ceteraq̃ꝫ/ſcripturaꝝ au
toritate addita z alijs circũſtantijs/ſigna
ſunt z argumenta ſue diuinitatis.ſuffici/
entia quidẽ pro fide gignenda fouẽda at
q̃ꝫ nutrienda/niſi affectõis obſtet pũerſi/
tas/propterea dicebat. Opera que ego fa
cio teſtimoniuꝫ perhibent de me. Et niſi
opera ego feciſſem que nemo alius fecit/
peccatũ non haberẽt. Ratio quia iam nõ
credendũ fuiſſet ipm eſſe meſſyam quem

pꝛophete pꝛonūciauerūt talia facturū mi
racula. Tamē illa argumēta euidentia eē
non pōnimus fidei. Itaqꝫ iam nō crede/
remus ſed ſciremꝰ Jam donū mercesqꝫ fi
dei euacuaret. Jam (vt bonauētura argu
it.iij.ſen.diſti.vij.) totus oꝛbis xp̄o credi/
diſſet. Apl'os inſup qui miraculis inter/
fuerunt. impoſſibile fuiſſet de fide plusq̄ꝫ
de queſtiōe euidēte vel mōſtrata dubitaſ/
ſe. dubitauerūt tamē et vacillauerūt in ho
ra dominice paſſiōis/in qua etiā miracl'a
coꝛuſcabāt. nam petre ſciſſe ſunt. terra tre
muit/ſol obſcuratus eſt ꝛc. Recoꝛdari eti
am poterāt hodierni miraculi qꝺ factum
fuit vt paraliticus ilico ſurgeret ꝛ tolleret
grabatū ſuum ꝛ iret in domū ſuā. ¶ Sci
ens libensqꝫ multa pꝛetereo quia non eſt
opꝰ fidē quaſi nouellā/ ſcrupuloſe diſcu/
tere/quā tot ſanctiſſimi/ viteqꝫ integerri/
me viri/ cōſtantiſſima aſſertōne etiā vſqꝫ
ad moꝛtes duriſſimas cōfirmarūt Nec oī
no miraculis innitamur ſcientes iudeos
increpatos a chꝛiſto. Generatio pꝛaua et
adultera ſignū querit Math.xij. Et p̄me
Coꝛin.xiiij. Apl's talia infidelibꝫ dari in
ſignū ait/non fidelibꝫ. Quāobꝛem ſi etas
noſtra/fidei ꝛ moꝛis inops/ miracula ha
beat īcredulitatꝫ noſtre ſigna ſunt. ꝛ dāna
tōis (niſi melioꝛemur) īdicia Poꝛro de ar
tibus magicꝫ hoc ſub compēdio habeto/
te: ſm copioſam Guilh. pariſienſ traditō
nem/ꝙ in figuris ꝛ ſculpturis imaginibꝫ
caracteribus ſignis impꝛeſſionibꝫ verbis
carminibꝫ ꝛ in ceteris quibꝫ vtunt maleſi
ci/nulla virtus eſt penitꝰ qualē pꝛedicāt.
ſed hec ſingula/demones fieri docēt/tāq̄ꝫ
ſacrificia quandā diuinitatē ſibi ineſſe p
ſitentia. necnō tanq̄ꝫ ſignū pꝛopꝛiū et ſi/
gillū/ſui pacti rememoꝛatiuū/ quo adhi/
bito/pacta que pmiſerit deus adiplent.

c **Poſtquā terne ca/**
lumnie incredulozū ſup miraculo ſoeuā/
gelij hodierni miſterio/vtrūqꝫ reſpōſum
eſt/ accipite ſi placet triplicē ex his conſi/
deratōem ¶ Pꝛima queādmodū iudeoꝝ
pꝛincipes ꝛ plati/ex ignoꝛantia ſue theo/
logie/xp̄m eis pꝛomiſſum negauerūt. mi
raculaqꝫ abiecerūt. pꝛopter qꝺ remittebat
eos xp̄s ad ſcp̄turas dicēs. Scrutamini
ſcripturas ille eni teſtimoniū phibent de
me Jo.q̄nto. Simili modo ex ignoꝛātia
noſtre theologie/multi etiā vt verendū eſt

de pꝛelatis/antixp̄ꝫ ſuſcipiēt. eidēqꝫ ꝛ mi
raculis ſuis adherebūt. Et ſi ita eſt immo
qꝛ ita eſt certiſſime cōſtat illos antixp̄i p/
curſoꝛes eſſe potiſſimos/q̄ ſtudiū theolo
gie qꝺ eſt ſcrutiniū ſcripturaꝝ impediūt.
aut eius pmotōem implere ſicut tenētur
deſpiciūt ¶ Secunda cōſideratio. Et ad
hois alicuꝰ canoniſatiōem/aut cuiuſpiā
doctrine autoꝛiſatōem/inſufficiēs eſt per
ſe/miraculoꝝ oſtenſio. niſi in canoniſan/
do/vite ſanctitas irrep̄henſibilis indicet
niſi inſuper doctrina appꝛobāda/vere fi
dei nullatenus aduerſari cenſeat. Mali
quippe miraculis vt iudas alij coꝛuſcāt.
Hanc ob cām inter ceteras ne boni viri q̄
taliū autoꝛes nō ſunt pctōꝛes reputētur.
Cum dicat Auguſt. ſup Joh. Vos dei fa
mulos nō miracula. ſed ſola caritas facit
Aliā notauit cauſam Bonauētura.ij.ſen.
vbi pꝛius/vt boni facere miracula parui
pendēt cum malis hoc cōueniat Vñ xp̄s
apl'is. Nolite inq̄t gaudere ꝙ ſpūs vobis
ſubijciūt. gaudete autē ꝙ noīa veſtra ſcri
pta ſunt in celis Luce.x Culpabilis ē ita
qꝫ nimia videndoꝝ aut faciendoꝝ mira/
culoꝝ cupiditas/ꝛ nōnunq̄ꝫ in ſupſtitio
nē traducit ꝛ erroꝛē ¶ Tertia ꝯſideratio
Artes magice/ad quas aſtronomie ꝛ me/
dicine maxima ps ſpectat/ rōnabilit ſub
intermiatione moꝛtis vetite ſunt. nō īdo
ꝙ in illis demones adoꝛant ꝛ tanto dam
nabilius quāto p verba diuina ꝛ oꝛatōes
ſacras hmōi cultus exercet/quinetiā ideo
phibite ſunt qꝛ fides ſalubꝛis/has per ar
tes impugnat quaſi p ſophiſticas q̄ſdaꝫ
argumentatōnes que apparentiā veroꝝ
miraculozū gerūt. exiſtentiā vero nullam
habent. vt falſa/aut ſi vera ſint non illam
quā pꝛetendūt ꝛ appꝛobatōe ſua deficiāt
¶ Hactenꝰ. R.p. hereticis reſpōdimus q̄ D
contumaciter altercant diuinitatē in xp̄o
nō poſſe cōcludi p ſacrā euāgelij hodier/
ni hiſtoꝛiam. Nec p peccatoꝝ dimiſſiōꝫ.
nec p reuelatōem cogitatōnū/ nec poſtre/
mo p miraculoꝝ opatiōem Nunc rurſus
ad euangelicā domuꝫ noſtrā reuertamur
et pio coꝛdis ſtudio collaudemus pꝛimo
xp̄i clementiā. quia leſe maieſtatis reum ꝛ
peccatoꝝ catenis vinctū cōfeſtim abſol/
uit. ꝛ nos ſimilit abſolui poſtulemus.
Cōtremiſcamꝰ reuereamurqꝫ eiꝰ ſapiam ꝛ
pñtiaꝫ/quia occultiſſimaꝝ etiā cogitatō
nū inſpectoꝛ eſt vt in euāgelio audiuimꝰ.

Hinc Boetius Magna nobis eſt ſi diſſi
mulare nõ vultis neceſſitas indita ꝓbita
tis:cum añ oculos agitis iudicis cuncta
cernẽtis Erubeſce queſo illa cernente deo
ꝑagere a quibꝫ deſiſteres hoīe inſpiciente
Habeat apud te tantũ honoris et timorꝫ
dei vultus/quantũ viri ❡Ceterꝝ humi/
liemur ſub potẽti manu dei chriſti ⁊ ĩ no
ſtris neceſſitatibꝫ eam inuocemus.penes
quã reſidere omnẽ egritudinẽ corꝑalium
⁊ ſpũalium curationẽ inſpicimꝰ. Fugia/
mus deniqꝫ malorũ cõſortia.aīaduerten/
tes quoniã paraliticꝰ poſt curatõem ſece/
dere a blaſphematoribꝫ iudeis ⁊ in domũ
ſuam pergere iuſſus eſt.Vade inquit.⁊c̃.
Atuero firmo pede ambulantẽ inſpectã/
tes amici quidputas egerũt? Greſſum ſi/
ſtunt ſtupore attoniti/nec aſpectui ꝓmo
bene credũt.defigunt in eo oculos ⁊ heſi/
tant ne falſa ludãtur imagine totũqꝫ vidẽ
do pererrant. In recognita tandẽ ruunt
amplexus ſtringũt pectꝰ ⁊ marcidis olim
manibus oſcula figũt. Interea autorem
ſanitatis ac modũ queritant. quo cõper/
to/chriſti maieſtas in celũ attollit.⁊ exa
turari vidẽdo audiendo gratulãdoqꝫ nõ
poſſunt Ita inq̇t euangeliſta vt admira/
rent oẽs ⁊ honorarẽt deũ dicentes/ q2 nũ
q̃ꝫ ſic vidimꝰ Demũ paraliticus q̇ turbaꝫ
ſuam vix ſubijt.domum ſubijt.tñ memor
quia poſt curatõem ſuã ſibi xp̄s impaue/
rat dicẽs Vade inq̇t in domũ tuã qđ fuit
thema.tanq̃ꝫ eidem in his verbis/vt te ſa
num cõprobes ⁊ roboratũ penitus vade.
Vade in hac fortitudine tua Iudicũ.vi.
Luce.xvij Vade quia fides tua te ſaluũ
fecit.vt in vijs ñ excubes ſub diuo expoſi
tus.vade in domũ Vade in domũ tuã.ij.
Regũ.xiiij.qm̃ dñs erit ꝓtectio ⁊ obũbra
culũ dei ab eſtu.⁊ in ſecuritatẽ ⁊ in abſcon
ſionẽ a turbine ⁊ pluuia Verba ſunt Iſa.
Iſa.iiij Deniqꝫ alieno ne te cibes mẽdici
tati deditus/ ſꝫ vade in domũ tuã nõ alie
nam ſed tuã Prouer.⁊ hoc.v.Subtrahe
pedẽ tuum de domo proximi tui.⁊.xxvij.
Domũ fratris tui ne igrediaris in die af/
flictiõis tue/contra illos qui diſcũt pene/
trare domos/ ad modũ impudicarum vi
duarũ quas reprobat apoſtolus p̄ria ad
Thimoth.v. Et q̇ ab afflictis proximis
dona petũt vt in ocio laute viuãt.ſpreto/
res illius moniti. Pane tuo veſcere liber
eris.ꝓphice benedictõis expertes q̃ dicitur.

Labores manuũ tuarũ quia manducab
beatus es.⁊c̃.Et hec quidẽ de ſenſu hiſto
rico tanq̃ꝫ fundamẽtalia dicta ſint ❡Su
ꝑaddamꝰ allegoricũ ſenſum/ſm̃ quẽ/do/
mus noſtra eccl'iam ſignare dicebat Et ſi
at oratio exhortatiua ⁊ in eccl'iaſticos ne/
gligentes inuectiua ❡Inter ſeuiẽtes tur
bidoſqꝫ aereaꝝ poteſtatũ ac ſpũalium ne
quiciaꝝ inſultus/ inter crebra periclitan
tis mundi diſcrimina/ ſummꝰ architector
Jeſus domũ ſtruxit eternis baſibꝰ ſtabili
tam/q̄ euntibꝫ in ipſam eſſet in domũ re/
fugij/in aſilum protectõis tutiſſimũ.⁊ ex
tra quã imminet certus interitꝰ Huic do
mui/eccleſie nomẽ indidit/cuius funda/
mentũ eſt petra fidei ſolidiſſima/nec infe
ri porte aduerſus eam ꝑualebũt Math.
xvi. Deſcendit pluuia hereſum. venerũt
flumina errorũ.irruerũt venti ꝑſecutõnũ
in domũ illam ⁊ nõ cecidit. Fundata enĩ
erat ſupra firmã petram Math.vij Hanc
deſcribit Salomon edificatã a ſapientia
ſeptemqꝫ columnis excíſam.q̄ ſunt ſeptẽ
ſpũſſancti dona ſeu virtutũ vniuerſitas.q̄
bus fulcita ſubſiſtit ❡Ceterꝝ paraliticus
prout audiſtis in hanc domũ iubet acce/
dere/vade inquit Jeſus in domũ tuã. Et
q̇s iſte paraliticus.R.p: Sane genꝰ hu/
manũ/ quod ꝑ originalis crimis paraly/
ſim/ſenſu vere credulitatis/⁊ bone opera
tionis motu priuatũ eſt.ita vt domũ hãc
ſuam/ ꝑ ſe neq̇ret igredi. niſi eidẽ primũ
ſanitas cõferretur.qua preſtita ꝑ ſaluato
tem animaꝝ Jeſum/tulit grabatũ vetuſte
legis in quo nõ erectũ erat ſed proſtratũ/
depreſſum. nihil enĩ ad ꝑfectum adduxit
lex Hebreorũ ſeptimo. Dehinc in domũ
ſalutifere credulitatis ⁊ noue cõuerſatõis
que domus eccl'ia eſt introiuit ❡Sed ꝑ
pende qm̃ ꝑ prius nudat ſynagoge tectũ
quia primitus velata ſcripture veteris mi
ſteria reſerãtur ⁊ ita a quatuor defert ante
chriſtũ/quia ꝑ quatuor euangelioꝝ volu
mina/ad xp̄i cognitiõeꝫ inclinat ❡Quã/
uis autẽ domus iſta/ ſit generaliter omĩ/
um in vna vera xp̄i fide coadunatorũ/vſi
tatori tamẽ nomĩe illoꝝ quaſi antonoma
tice dicit/quos duces in ea cuſtodes ⁊ ſpe
culatores ſummꝰ paterfamilias inſtituit.
Unde eos et non ſic paſſim alios eccleſi/
aſticos appellamus. Ad iſtos preſens cõ
uertenda eſt oratio vt ſoliciti ſint in ſuaꝫ
eccleſie domũ ꝑgere.ne ex ipoꝝ abſentia

domui detrimentū incumbat. Quib⁹ in/
trogreſſis/officio triplici eos fungi neceſ
ſe eſt vt ſint ſpecl'atoꝛes. vt ſint patres ſeu
paſtoꝛes vt ſint ianitōꝛes. ¶ Speculato/
res ſiquidē ad exploꝛandū inſidiaſq₃ de/
clinandū Ezech. iij. ⁊ .xxxiij Fili hominis
ſpeculatoꝛē dedi te domui iſrael Sequit᷑
ſi ſpeculatoꝛ viderit gladiū venientem/ et
nō inſonuerit bucina/ et populus ſe non
cuſtodierit/ ⁊ venerit gladius ⁊ tulerit de
eis animā. ſanguinē eius de manu ſpecu
latoꝛis requirā Metuenda nimis ⁊ eccle
ſiaſticis ſpeculatoꝛibus foꝛmidanda hec
cōminatio. cui ſimilis habetur. iij. Reg. ij
Cuſtodi virū iſtum qui ſi lapſus fuerit/
erit anima tua pro anima illi⁹ ¶ Deberēt
inſuꝑ ianitoꝛes eſſe ad claudendū ſapien
terq₃ aperiendū inſtar xpi. q̄ e templo tāq₃
ianitoꝛ eiecit vendētes ⁊ emētes/ q̄ ⁊ alibi
ſe eſſe hoſtium aſſerit ꝑ quod ſiq̄s intro/
ierit ſaluabit᷑. ¶ Amplius eos eſſe conue
nit patres ſeu paſtoꝛes ad fouendū gregē
ſpūaliterq₃ paſcendū Jo. vltimo. Simō
amas me paſce agnos meos Et mat. xxiiij
Fidelis ſeruus ⁊ prudens quē conſtituit
dominus ſuꝑ familiā ſuā vt det illis cibū
in tempoꝛe. ¶ Sed heu q̄₃ verſa omnia:
Uade nūc precoꝛ in domū eccleſie/ circū/
duc pauliſper ocl'os. ⁊ in locis aliq̄b⁹ quē
ibi ſpeculatoꝛē/ qualē ianitoꝛē. qualē de/
niq₃ paſtoꝛē inueneris manifeſta. Uidi/
ſti? Quid ſtupes? Quid attonitis oculis
ſtas? Scio pꝛoꝛſus/ ſcio. qꝛ hoꝛrenda te
monſtroꝝ imago ⁊ abominandū deſola/
tōnis poꝛtentū exterruit. Nā velut prela/
ti abſceſſerint aditis ariſq₃ relictis. vt ma
ro ait/ in eoꝝ loca ſubiſſe intuit⁹ es. Cecā
ignoꝛātiā pro exploꝛatoꝛe. Timidā igna
uiam pro ianitoꝛe. Rapacem ſeuiciā pro
paſtoꝛe. O miſerabiles ⁊ ſufficientib⁹ nū
q̄₃ lachꝛymis deploꝛandas/ noſtre dom⁹
vices ¶ Ecce in p̄mis q̄₃ peſſima oīm ex/
ploꝛatrix pſtatuta eſt ignoꝛātia/ q̄ ⁊ temeri
tate preceps eſt ⁊ elatōe turgēs Prēcū eni
ꝓuerbiū eſt vt ait Hiero. in epl'a de melchi
ſedech Ecce eni impitia cōfidentiā/ erudi
tio timoꝛē cauſat. Si exurgant hereſes ſi
ꝑuerſaruꝫ dogmatū gladij iaciant᷑. ſi erro
res cuneatim erūpant/ nō clanget bucina
nō os aperiet/ ceca quippe eſt/ nec ab ini/
micis ſecernit amicos/ arma nō videt ad/
uerſa/ nec vexillorū ſigna cognoſcit Hinc
fit vt ſimplices ⁊ plerūq₃ litteris ſeculari/
bus/ inflati a peſtiferis erroꝛib⁹ rapiātur.
ſeducātur obꝛuant᷑. Quot putas hāc ob
cauſam hereticos eſſe de his qui ſpecie te/
nus in eccl'ia conuerſant᷑. Hoꝛreſco mēo/
rans/ hoc vita mōſtrat/ voces hoc ſacrile/
ge indicāt/ q̄s inter vina epulas ⁊ ꝯuiuia
impudēter euomunt. Illic ſub ioci ſpecie
hereſes effundūtur cū nullus in fidem ca
dat iocus Ubi cōtra theologos/ tot ꝗtur
ſententijs ⁊ irriſoꝛijs interrogatiōib⁹. Eo
tunc de ſacris bonis diſputat᷑ vt in tēpus
noſtrū vere inciderit illō Perſij de roma/
nis. Poſt prandia querūt romā de ſatur
quā dia poemata narrant Theologia ab
eis ſtultilogia noīatur. ⁊ que ſola aut pri/
cipalis in arce locari debuerat: tāq₃ ſpecu
latrix ſagaciſſima ⁊ in cōꝑatōe ei⁹ queuis
alia ignoꝛantia dari poteſt/ in ima deijci
tur/ calcatur/ reputat᷑ pꝛobꝛū ingens. q̄ne
tiā ſi fama nō mentit᷑/ prelatoꝝ nonnulli
(quod vix credere auſim) ſtulticie palam
arguunt homines theologie operā impē
dentes. quaſi ipſa res ſit fatua. inutil'. fan
taſtica. theologic⁹ inq̄unt. ergo fantaſtic⁹
O nefandas diabolicaſq₃ voces ⁊ ꝑditiſ
ſimis autoꝛibus ſuis ſimillimas. O pu/
trida oꝛa/ ferro cauteriſanda. que tā ſpur/
cidum verbū expuerūt. Iſta certo nō irri
ſio eſt. ſed mera blaſſemia. ⁊ hec igne et fer
ro exterminūda eſſent. ꝓſertim in platis q̄
de neceſſitate ſalutis fidem explicite ſcire
dn̄t ꝑſuadere inſuꝑ ⁊ ꝯtra hereſes ſi pullu
lāt acrit᷑ ſapienterq₃ ꝓtegere. Tremēda hec
talib⁹ vera tn̄ ſentētia Neq₃ eni domū ſuā
prudenter inſtituiſſet xp̄s. niſi ad illi⁹ con
tra hereſes vaſtatrices tuitionē quoſdam
obligaſſet. Quos autē alios ex officio ma
gis aſtrictos reperies? Potēs ſit (inquit
apoſtolus de ep̄o) hoꝛtari in doctrina ſa/
cra ⁊ eos qui cōtradicūt arguere. ad Titū
primo Probat hoc durād⁹. iij. di. xv. Au
dent tamen eoꝝ aliqui (ꝑut fertur) a theo
logie ſtudio hoīes deterrere. O fides o re
ligio. Et miramur igit᷑ ſi eccl'iaſtica dom⁹
ꝑturbat᷑. ſi ſpirituali tempalíq₃ incommo
do quatiat᷑. quādo e ſpecula theologiam
precipitant et in eius locū domina igno/
rantia ſublimat᷑: propterea inq̄t ipſa Ca
ptiuus duct⁹ eſt popul⁹ meus quia nō ha
buit ſcientiā Iſa. v. Sciam loq̄tur ſpūa/
lem diuine legis/ nō animalē ⁊ mundanā
que aut iudicare de poꝛcis (ſicut ait Anti
ſiodoꝛenſ) aut de pecunijs numerandis

et extorquēdis/ſolerter ſolet diſſerere In
ſpiritualibus aūt ceci ſunt ait veritas. du
ces cecoꝝ/ nimirū ſi ambo in foueam ca/
dunt. Et etate noſtra/ nimis heu verꝝ eſt
prophete vaticiniū. Speculatores eius
ceci omnes. Iſa. lvi.

B **Tres ſecundū hoc**
de theologie cōtemptu ⁊ eiectiōe a ſpecl'a
elicio ꝯſideratōes ¶ Prima In eccl'iaſti/
ca domo/ in qua vnius corporis mēbra
ſumus ſ'm apoſtolū in epl'a hodierna ſi/
mile eſt ſi theologia odio habeat' aut eijci
atur/ quēadmodum ſi membra hominis
in oculos cōiurarent/ eosqꝫ extinguerent
vel vt Eſopus refert/ velut ſi ventrē homi
nis vſqꝫ ad exinanitionē ſine cibo digere
re permitterēt. Ex ſi homo tūc piclitatiōi
vicinꝰ eſſet. quid de eccleſia coniecturādū
eſt? veſtrū ſit iudiciū Theolologia quip/
pe eccl'iaſtici corpis oculꝰ eſt. ⁊ venter etiā
ſpirituales cibos glutiens. coquēs. et in
cetera membra delegans ¶ Secunda cō
ſideratio In eccleſiaſtica domo/ maioris
eſſet meriti qui theologiā foueret ⁊ eaꝫ in
populis lucem abundare faceret/ ꝙ ſi in/
ſtitueret aduocatos ⁊ medicos/ qui gratꝫ
pauperibꝫ patrocinia medicaminaqꝫ tri/
buerent ¶ Miraris forſan ſed perſpicua
eſt ratio. Eligibilius enī preclarius atqꝫ
diuinius eſt animaꝝ ꝙ corpoꝝ indigen/
tijs ſuccurrere. que quante ſint/ cogitare
ſtupor eſt/ ex quo liquide conſpicimus/
ꝙ alti meriti ſit/ recto vt fieri decet fine. nō
queſtuoſo. nō ambitioſo. ipſi theologie
ſtudium impēdere/ precipue in tāto eius
odio/ tantaqꝫ penuria ¶ De theologia lo
quor/ nō que ad verboſam ⁊ ſophiſticam
loquacitatē et chimerinā neſcio quā ma/
thematicā redacta eſt. ſed que metit fidem
moresqꝫ cōponit Et ab aliqbus forte nō
minoris meriti iudicaret' ſe in hoc ſtudiū
deuouere/ ꝙ ſine eo religionē ꝓfiteri Hic
tamē nihil aſſero ¶ Rurſum eadē ex radi
ce dilucidū eſt/ ꝙ friuola ſi nō potius ini/
qua nomine' iudicanda ſit quorundā in
fideliū opinio qui in regiōe eccl'iaſtice do
mus/ ſcientiā adinuentionū humanarū
audent aſſerere ipſi theologie preferendā
niſi fortaſſe inquiūt vel in locis vbi publi
ca viget hereſium dogmatiſatio. ita videli
cet/ quaſi ſacre ſcripture nullū aliud ſit of
ficiū ꝙ patentiū hereſum extirpatio. ⁊ nō
etiā mores cōponere/ erigere ſpem ad ce/
leſtia/ diſcernere inter peccata/ omēs hu/
manas inſtitutōnes ad diuine legis line
am corrigere fidem inſup iam plantatam
ne euellat' aut errorū zizanijs miſceat' ob/
ſeruare. quoniā verū eſt metricū illud Nō
minor eſt virtꝰ ꝙ querere parta tueri Hec
autē et cōſimilia ſapientie officia/ ſi pcla/
riora ſint/ et viris domus eccleſiaſtice re/
ctoribus digniora. ꝙ aſſiduos litiū diſce
ptationū qꝫ tumultus ſup rebus innume
ris audire/ ⁊ ſ'm cerimonias quaſdā ⁊ in/
numeras conſtitutōnū ambages/ cauſas
circūuoluere/ iudices vos ꝯſtituo. hoc pa
cto ſi prius ad memoriā reduxerim illud
apoſtoli ad Corin. vi. Secularia igitur
iudicia ſi habueritis contemptibiles qui
ſunt in eccleſia illos cōſtituite ad iudicā/
dum ¶ Tertia conſideratio. Per ſcienti/
as humanas/ tpaneo eccl'iaſtice domꝰ re/
gimini/ curā tantā impendere/ vt ſpūalis
gubernatio pene deſeratur/ videt' nō me/
diocris occaſio diminuēde tpalitatꝫ Cur
ita? Qm̄ ſublato fundamēto cui tpalitas
innitit' ⁊ ob quā cumulatius abundauit.
edificiū ruinā pati neceſſe eſt Quāobrem
hoc in loco recordari placet illud quod a
volerio libro. vij. ca. ij. ſapienter dictuꝫ ab
anaxagora predicat' ipſis athenienſibus
Videte inquit ne dum celum cuſtoditis
terrā amittatis. Verto ſententiā. Videte
eccleſiaſtici/ nedum terrā cuſtoditis celuꝫ
amittatis Agnoſcitis per hoc ꝙ pernicio
ſa res eſt theologiam e ſpecula eccleſiaſti/
ce domus eijcere. ¶ Sed expecta/ om/ D
nia nōdum audiſti/ neqꝫ enim tantūmo/
do pro ſpeculatore poſita eſt ignorantia
verū etiam parte in aliqua domus/ vide/
bis ſtantem pro ianitore mundanā timi
ditatem vel timidā ignauiam/ praua vti
qꝫ ⁊ ineptiſſima hoſtiaria/ quia nec diui/
num honorem/ nec domus ſalutē in ape/
riendo claudendo ve perpendit/ ſibi ſatis
eſt dum placeat mundo. Veniunt indo/
ciles pueri vagi. moribus incompoſitiſ/
ſimi. Affirmant ſe alto claroqꝫ ſanguine
progenitos/ familiares regum/ ducumqꝫ
amicos. miſcent cum precibus minas di
cuntqꝫ cum Abimelech Iudicum nono
Cōſiderate ꝙ os vrm̄/ et caro veſtra ſum
Quid agit nr̄a hoſtiaria? Moribꝰ nomi
ſuo ꝯgruis vtit'. formidat tremit. ⁊ vt ꝓbō

ſatyꝛico vtar/ ad mote trepidat arū dinis
vmbꝛā nil auſa negare Tales ad celſas ec
cleſiaſtice domus ſedes euehit/atqꝫ illam
implet ꝓphetică maledictōem. Dabo pue
ros pꝛincipes eoꝝ ꝛ effeminati dn̄abunt
eis Jſa.iij. Hi ſunt qui aſcēderūt de domo
regis in domū dn̄i hieremie.xxvi. Et qui
velut Ozias eccl'iam violenta ptāte ſub/
intrant.ij. Paralipp.vi. Sed qui pares
ſunt in culpa reformidēt ne ſimili aut de/
teriori pena plectātur ¶ Aſt alij qui iani/
tores ſunt optimi heliſeū imitent. de quo
Eccl'iaſti.xlviij. ſcriptū eſt. Jn diebꝫ ſuis
nō ptimuit pꝛincipē. ꝛ in potentia nemo
vicit illū/nec ſupauit eum verbū aliquod
ſupple depꝛecatōis aut cōminatōis/non
inſcij ꝙ petere docet qui timide negat. ¶
Dicet foꝛtaſſis intra ſe tacitꝰ aliquis fie/
ri iſta opoꝛtere ꝑ qualitate tempoꝝ. vt ec
cleſiaſtice domui coꝛroboꝛatio maioꝛ ac/
cedat. quaſi iſta ſcilꝫ genus ſuſtentamen/
tum ecclie dei ſint. nō xp̄s. Eccl'iam mihi
crede ſuſtinēt. fulciūt ꝛ decoꝛāt/nō lōgus
famulantiū oꝛdo in moꝛē decurtatoꝝ. nō
faleratoꝝ equoꝝ numeroſitas/ nō aucu/
pium. nō venatio. nō taloꝝ vſus. nō mere
tricū. ſed ſancti moꝛes. humilitas/ religio
pietas/pudicitia/ſcripturarūqꝫ cognitio
Et quāto eccl'iaſtica domus a pluribꝫ im
pugnatur/tāto ſanctioꝛibꝫ exemplis regē
da eſt/et ſcandaloſis pꝛomotōibus minꝰ
ꝛ minꝰ occupanda ¶ Occurrūt apud ho
ſtiariā noſtrā alij hoīes ſi nō beſtie ſed po
tius ſpurciſſime nominā de ſunt abiectiſ/
ſimi/ſpurciſſimi/viliſſimi/qui volunt in
trare ſecreta domus ac inde timeri ait ſa/
tyꝛicus/q̄bus notū eſt illud eiuſdē Charꝰ
erit verri. i. peſſimo homini q̄ verrē tem/
poꝛe quo vult accuſare pt/ꝓpter quod iſti
ſcoꝛtoꝝ ꝛ muliercl'aꝝ conq̄ſitoꝛes ſunt ar
gumentatōnū ꝛ alioꝝ quos effari pudet
ne pudicas aureſ polluā ſummiſtratoꝛes
Ad q̄d: vt pꝛuriētē dn̄oꝝ ſuoꝝ libidinē
expleāt/imo irritēt ꝛ ſuccēdāt Quare ſic:
vt inde cari habeant/ ament/ timeantur.
Quid vltra: Jſti ad bn̄ficia diabolica pe
tunt ingreſſum. petūt cum iniq̄s poꝛtio/
nem/et eo impoꝛtuniꝰ ꝛ impudentiꝰ quo
parua eis merita ſuffragātur ¶ Subeūt
alij hoīes ſceleratiſſimi/ bonoꝝ crimīato
res. q̄ cōiuratōes ꝯtra eccleſiaſticā domū
fieri audacibꝫ mēdacijs aſſerūt/vt ſoli in
uigilare/ſoli rēpublicā ꝯſeruare iudicent

vt perinde ſublimia dignitatū ſcādāt lo/
ca. Hoſtiaria vero noſtra/tales.ꝛc. ſed lin
guā cōpeſco. Scio de q̄bus loquoꝛ Qui
veꝝ dixerit accuſatoꝛ eſſet inq̄t ſatyꝛicus.
Non autē illud nouū eſt. Habes.i. Ma/
chabeoꝛū/qualr̄ venerūt viri impij ex iſrl̄
et alchimus cū eis/qui volebat fieri ſum/
mus ſacerdos. ꝛ accuſauerūt ppl'm apud
regem. Sequit. Alchimū cōſtituit rex in
ſacerdotiū Extinā nullos mō alchimos
haberemꝰ Reuerēdiſſimi.p. nō ſic. ꝑfecto
nō ſit ſonātiſſima ecc'ie domꝰ tuba/pari/
ſieñ. vniuerſitas cōpulſa ſilere fuiſſet/ nō
talem in ſuis deliberatōibꝫ paſſa eſſet ca/
lumniā. Sileo de apertione ꝛ vſu clauiū
in vtroqꝫ foꝛo. curie ſcilꝫ ꝛ conſcie/ nec de
collatōne ſacramentoꝛū loquar qꝛ nullis
vnq̄ꝫ verbis/nullis eloquētie viribus/ne
Tullius quidē exprimeret eos q̄ in hac ꝑ
te abuſus ſunt. ¶ Poſtremo cernite q̄s
in eccl'iaſtice domus locis plurimis pa/ J
ſtoꝛ locatus eſt. Nunq̄d ambicioſa rapa/
citas Foꝛtiſſime deus/ talē e terris abijce
peſtem. ſeua eſt/crudelis/atrox/ hoꝛrida/
inſatiabilis/ truculenta. Credis eā oues
paſcere. erras. Expoliat/rodit/voꝛat ene/
cat. ꝛ leuiſſima occaſiōe ꝑ fulminatōes ex
cōicationū foꝛas mittit Suoꝛū inſuꝑ ſa
tellitū turbis magna voce Terentianū il/
lud in dechyꝛa inculcat. ſedulo te moneo
ꝛ hoꝛtoꝛ ne cuiuſq̄ꝫ te miſereri quin ſpoli
es/mutiles laceres quanq̄ꝫ nactꝰ ſis Audi
re tamē debuerat Tiberij ceſarꝭ reſcriptū
boni paſtoꝛis eſſe tondere pecus/non de
glubere. Suetonius lib.iij. Quāto ſatiꝰ
tutiuſqꝫ fuerat nō habuiſſe paſtoꝛē Sic
irato Joue/fabuloſis ranis hydra tranſ/
mittit Sic ꝑficiunt agnis lupi/ ceruiſqꝫ
leones. Et foꝛmidādū eſt ne ad hāc iram
pctā n̄ra deū ꝯcitauerit q̄ regnare facit hi
pocritā ꝓpt pctā ppl'i Job.xxxiiij Hec āmbi
tioſa rapacitas illa eſt q̄ redditus eccl'iaſti
cos diripit. ꝛ q̄ gratꝭ miſtrare debuerat. vi
li ꝑcio ꝯpare ꝯpellit. obaudiēs xp̄o iubē/
ti. Gratꝭ accepiſtꝭ gratꝭ date Mat.x. Face
tiſſiā āt in h̄ loco ſꝫ moꝛdaciſſiā eſt amb.
Ref. Nemo inq̄t gratꝭ dat. qꝛ nemo gratꝭ
accipit ¶ Jſta ſe dn̄az reputat eoꝛū q̄ in ec
cleſia ſunt ꝓuētuū n̄ admiſtratricē. ꝯ apl'i
cā diuināqꝫ ſn̄iaꝫ.i. Coꝛi.iiij Sic nos exi
ſtiet hō vt miſtros xp̄i/ ꝛ diſpēſatoꝛes mi
ſterioꝝ dixē Pꝛelatoꝝ itaqꝫ ē. idoneoſ ad
dinū ſuitiū eligere. q̄bꝫ ſic electꝭ ꝑ modū

acceſſoꝝ ⁊ pro ſua ſuſtentatōe cōpetunt
tēꝑales fructus nō eligentib⁹ p̄latis Ex q̄
probat tamē ꝓbatiſſima deductōe duran
dus.iiij.ſententiaꝝ diſt.xxv.p̄latos nul/
lam ſuꝑ venditōne hmōi redditūū habe/
re licētiā.nullā a ſymoniaca prauitate ex/
cuſatōem ¶ Hūc igit̃ ⁊ eccl'iaſticā domū
quādo talib⁹ monſtris repleta eſt ſpera ꝓ/
ſperari. Spera viros eccleſiaſticos/ apō
principes ſeculi decetero honorādos eē.
⁊ nō pot⁹ abiectiſſime qñ abiectiſſime vi
uunt cōculcādos Nā quos ad reuerentiā
maximā ⁊ propriaꝝ hereditatū largitōez
induxit docta humiliſq3 ſctitas. Mira/
rer ſi nō ꝑ oppoſitū ſtulticia/ſuꝑbia.rapa
citas/nequicia/ad irriſionē eoꝝ indigna
tionēq3 ꝓuocent/⁊ ad retrahēdū datrices
man⁹ ſuadent. Cur inq̄unt dabim⁹? Ut
ſcȝ iſti lautiſſima fuſione inebrient̃.luxu/
rient/voluptatib⁹ oībus impudentiſſi
me demergātur/vt oē eoꝝ ſit ſtudiū alie
ne pudicicie inſidiari/opes fraudib⁹ a po
pulis rape.et deniq3 deteriores eē oīb⁹
hoībus. Sȝ ve ſubditis q2 quicq̄d deli/
rant reges/ plectunt̃ achiui ait Oratius.
¶ Satis ſuꝑq3 ſatis. R.p. ad eccl'iaſtice
domus euerſionē erat cecā ignorantiā in
ſpecula/mundanā timiditatē in ianua/ ā
bitioſam rapacitatē ſuꝑ paſcua collocare
¶ Sed heu nunq3 ſolitari⁹ eſt male ſoꝛtꝭ
aduentus. Sed vt recte terētian⁹ laches
conq̄ritur/venit aliō ex alio malū/ rūpit
ecce inferi in eccl'iaſticas ſedes furens di/
ſcordia/ꝑtinaciſſimaq3 diſſenſio Et cum
ipſis miſeriaꝝ oīm cumul⁹ effundit̃ Dici
neq̄t quātas aīarū ſtrages/q̄ve diſcrimia
q̄t odia/q̄les plagas ſecū aduexerit. Nam
dū finis eſt/fit in dies ſeuior/⁊ vix eſt qui
ſue depulſioni diligēter intēdat. Ignorā
tia neſcit.humana timiditas non audet/
ambitioſa rapacitas nō curat/q3q3 enim
intenſa rapacitas(q2 de illa loquor) totū
ꝑ fas vl' nefas occupare deſiderat/mauult
tamē(iuxta decretiſtarū regulā) ꝑtem ha/
bere etiā iniuſte/q3 toto iuſte priuari. Ita
q3 crudel' ⁊ materne pietatis expers/ hor
rende intonat illō.iij. Reg.iij: Non mihi
nec tibi ſit/ſed diuidat̃/proh dei et hoīm
fidē/que vocū ipietas eſt? Que iſta demē/
mētia/q̄lis crudelitas? Uach q3 triſti ma/
lignoq3 ſidere nati ſum⁹/vt q̄d viuim⁹ in
tuētes mala dom⁹ noſtre/ nec obſtamus?
Que tanta in hoīb⁹ inhūanitas ⁊ barba/
ries/vt in eaȝ in feſto diſſidioꝝ tumultu
pax non querat̃? En quo diſcordia ciues
ꝑduxit miſeros inq̄t maro. Expecta pau/
liſper ⁊ nō dico odioſum ſed capitale cri/
mē erit de vnienda reſarciendaq3 eccleſie
domo verbū facere. Adeo res in malo lo/
co ſita eſt.adeo nō miſeret̃ oīpotens/de
ſperatōni ꝓxima miſereat̃ inq̄t. ¶ Et pu/
tas miſerebit̃ deus:et hoc impetrabit cer/
uix noſtra/ et coꝛ cōtumax.que tot malis
preſſa ⁊ obruta/nō deijcit̃.nō humiliatur
nō ad dn̄m ꝯuertit̃. Monſtra ſi potes q̄t
ꝓceſſiones orōeſq3 generales/ ad diuine
miſericordie implorātōez celebrate ſunt/
q̄ indicta ieiunia.q̄lis ad extremū moꝝ
emēdatio? Relege tamē ſinglas in biblia
de iudeis hiſtorias.ille te docebūt ſi neſcꝭ
nunq3 eos a tribulatiōib⁹ ⁊ ſciſmatib⁹ q̄s
plurimas perpeſſi ſunt fuiſſe liberatos.q̄
uſq3 in ſacco ⁊ cinere hūiliarent̃.quouſq3
orōnū generaliū ⁊ ieiunioꝝ frequentia
diuinā placarēt offenſam Ira eſt prīa ⁊ re
cta pacis adipiſcēde via.potiuſq3 ꝑ indi
gnam potentiū ꝓmotionē aut martē ſan
guineū.iij. Reg.xij. Non aſcendetis neq3
bellabitis ꝯtra frēs veſtros filios iſrael.re
uertat̃ vir in domū ſuā.vuln⁹ eni antea fo
mentis ſuauiorib⁹ tentandū eſt.q3 viuam
ferro carnē reſecare.ne obtingat illō Lu/
cani.exceſſit medicina modū Sed per
viſcera mīe dei nr̄i miſereamī tādē q̄cūq3
poteſtis ⁊ debetꝭ atq3 ſuccurrite Ite in ve
ſtrā eccl'ie domum ⁊ molli pectore piſq3
ocul' deſolatōȝ ei⁹ inſpicite.accingimī ve/
locit̃ ⁊ viril' generoſiq3 aī robore.ad defen
ſionē ei⁹ ex aduerſo ꝯſurgite Audete tādē
aliq̄d veſtra ꝟtute dignū qō oīs etas cele
bret.qō faciat vos fama ſuꝑ ethera notos
qō ad vltimum eterna vos felicitate coro
net ¶ Difficile eſt fateor.ſed tēdit ī ardua
virt⁹ Aderitq3 auxiliator dn̄s mox vt bo/
na ceperitis Si autē.rōem date q̄ pacto
de eccl'ia viuitis.cur talētū a dn̄o diſpen/
ſandū ſuſcepiſtis. Nulla hic vulnera tole
randa ſunt nulla mortꝭ Et hec tn̄ ſi exige
rent̃.ꝑ gregis ſalute ſubeūda erāt Excuſa
tio nulla eſt ſi veſtris opib⁹.imo nō veſtrꝭ
ſed xp̄i.ſi honorib⁹ fictis.ſi caducis ſedib⁹
in tāto viuentiū ⁊ mortuoꝝ diſcrimīe ꝑci
tis Mea quidē opinio q̄ hi q̄ ꝑ negligen
tiā veſtrā in inferno purgatorio ve torq̄n
tur.acerrima vos lamentatōne ante iudi/
cem expaueſcendū exaudiendi accuſant/

et inculpant. Et quo fugietis cum vindi
cta aduenerit/infeliciſſimi qualiter horrē
das dei viuentis manus euadere cōfiditiſ
ꝑditiſſimi hominū? O hominū inquam
ꝑditiſſimi qualiter euadere confiditis?
L ¶ Atuero timeo ne incaſſum verba fiant
ne abſentibus ⁊ ſurdis/et (vt grecū eſt ꝓ
uerbium) aſino lyra tangat Et quādo ſic
eſt vendāt rapiant/ lacerent/ diſſentiant/
pu gnent ꝑiurent/⁊ eccl'iaſticā domuꝫ ꝑi
culis expoſitā deſertāq relinquant /et ita
hercle relinquūt plurimi ⁊ in alias dom⁹
ſe tranſferūt. propterea obſurdeſcūt eccl'ie
clamoribꝫ/doloribꝰ ⁊ erūnis. ¶ Et in q̄s
domos abierunt. ſi interroges reſponde
rem (ſi res iſta laſciuie pateret) ipſos ad vi
ſendas poetaꝝ domos emigraſſe ¶ Quoſ
dam apō Virgiliū p̄rio eneidos in temu
lam eoliꝗ ventoꝝ regis domū Et hi ſunt q̄
aſſiduis ſupbie flatibus tumēt/ vel vt euā
gelico exēplo vtar. q̄ arundo ſunt vento
agitata aut qui nauiculā petri in hoc mū
do ſali vaſto turbine illidunt ſcopulis/et
in rapidos ſciſmatum fluctus obuoluūt
peneqꝫ demergunt ¶ Aliꝗ apud Valeriū
flaccū in argumanticon male iocundam
ſpurcide veneris domū frequētant. q̄ libi
dinibꝫ obſcenis immerſi/ illas deſparatū
libidinū vel voluptatū voces egerūt Exi
guū ⁊ cum tedio eſt tēpus vite noſtre. Ve
nite igit̄ fruamur bonis q̄ ſunt/ nō nos p̄
tereat flos tp̄is/coronem⁹ nos roſis anq̄
marceſcāt/ nullū ſit p̄ratū qd̄ nō ptrāſeat
luxuria noſtra. Sap. ij. ¶ Quoſdā ſuſci
pit ouidi⁹ li. iij. metamor. In atrā domū
luminētis meridie/ q̄ bonoꝝ laudibꝫ in
tabeſcūt ⁊ nequnt cū ſeis q̄c q̄ pacifice loq̄
Gen. xxxvij. Siles ſauli q̄ nō rectis ocul'
aſpiciebat Dauid. primi Reg. x ¶ Partē
qꝫ collocat idē Ouidi⁹ li. xi. in ſaporifera
in habitis ſomni domo q̄ cū fatuis virgi
bus dormitauerūt oēs ⁊ dormierūt. Ab
eodē introducit̄ ps altera in egenā marci
de famis domū. li. viij Quos auri ſacra fa
mes macerat ⁊ exangues reddit. ſpqꝫ aui
dis faucibꝫ auꝝ hiātes. q: nō implet̄ aua
rus pecunia Eccl'iaſt. v. ¶ Incoluūt non
nulli apō ſtatiū. the. li. vij. Ferreas cruēti
martis edes. De quibꝫ dici pt illō. ij. Ma
chab. ix. Bella nutriūt ⁊ ſeditōes mouēt.
Cōtra q̄s pſal. impcat̄. Diſſipa gentes q̄
bella volunt Aliꝗs placet ſtrepidula lo
quacis fame domus Math. xi. Qui cum
athenienſibꝫ ad nil aliud vacant: niſi au
dire aut dicere aliquid noui. Act. xvij. Et
vt Naſo ait. milia rumoꝝ ꝯfuſaqꝫ verba
volitant ¶ Demū quod mireris q̄buſdā
in electōne infernalis curialiū furiaꝝ vere
re infernalis domus eſt Metamor. iiij. et
eneiō. vi. Quibꝫ apta eſt vox illa Job In
fernus dom⁹ mea eſt Job. xvij ¶ Poſſem
et in aliꝗs poetaꝝ domibꝫ eccl'iaſticos vi
ros oñdere cū truci poliphemo Eneiō. iij
Cum ſeuo lichaone metamorph. i. Cū fu
re caco. Eneidos. viij. Cum ſacrilego bu
ſyride. Tragedia Senece p̄ria et vltima.
Cū eſtuante vulcano. Eneidos. viij. Et
in laborinto Dedali Metamor. vij Cuꝫ
ſemiſero minotauro. Et ita de plurimis
iuxta morū merita. ſed omittam⁹. Nō eſt
ſobria res in tam vaſta ⁊ tremenda eccl'ie
tempeſtate/operoſe fabuloſa conquerere.
¶ Cōmonuiſſe ad extremū ſuffecerit ec M
cleſiaſticos viros/dom⁹ ſue neglectores/
vt ſiq̄d in eis paterne virtutis eſt/ ſiq̄d vi
uifici dei. ſiquid ad deū timoris vel amo
ris/ſi vlla deniqꝫ mortis eternorūqꝫ incē
dioꝝ recordatio/ vnuſquiſqꝫ protin⁹ reſi
piſcat redeat acceleret/ audiatqꝫ myſticis
verbis inuitantē xp̄m ad curā huius do
m⁹ precipuā Vade inquit in domū tuam
Dicere xp̄m credito. Noli iuſtū cōtemne
re/dñs ſum/quia precipio vade. Luce. xi.
Dicebat centurio dñs militū. Dico huic
vade. ⁊ vadit ¶ Et ſi pudet o hō preceptiſ
hoim obedire. ſaltem obediēter pare deo
Dehinc extra ne ſis ſed fungere dato tibi
officio/⁊ vade in domū tuā Nā oñdit ſm
apl'i ſententiā ep̄m eē domui ſue bñ p̄po
ſitū. i. Thy. iij Exēplo Joſeph q̄ guberna
bat creditā ſibi domū Gen. xxix. Et. ij. pa
lippo. xxix. dicebat Ezechias. Mundare
domū domini patrū veſtrorū. Sequitur
Sacerdoti ingreſſi ſunt templū domini
vt ſanctificarent illud. Et vtinam verus
eſſet ſermo iſte etate noſtra/non ita pollu
erent domū domini. ¶ Ad extremū debꝫ
ad hoc allicere proprietatiſ ratio/quia nō
in externam ſed tuā domū mitteris. Ob
hoc Geneſis triceſimoſeptio dicebat Ja
cob ad Laban. Juſtum eſt aliquādo vt
etiam prouideā domui mee Et eccleſiaſti
ci debent prouidere vt non fiat dom⁹ ora
tōnis domus negociatōnis Johan. ſecū
do. Nec de domo pie ſanctitatis vere inter
rogetur illud Hierem. ſeptimo Nunquid

ſpelunca latronum facta eſt domus iſta?
Et alibi Quid eſt q͂ ſeruus meus facit in
domo mea ſcelera multa? Ne inſup̱ male
dictõis illius ſit particeps Ve q̇ opulen/
ti eſtis in ſyon ingrediẽtes pompatice do
mus Hierl'm Amos.vi De quibꝫ Ozee.ix
Eijciam eos de domo mea Per oppoſitũ
bonis iuſtiſq; eccl'iaſticis ⁊ domũ eccl'ie
ſcḋm rectã regiminis regulã introeũtibus/
pollicetᷣ dominus Jſa.lvi Letificabo eos
in domo orõnis mee/ hic in pñti ꝑ gratiã
⁊ bone conſcĩe tranquillitatẽ. ⁊ in futuro
per gloriam ⁊ celeſtis domus felicitatem
Quã nob̄ p̄ſtare dignetᷣ ⁊c̄. Amen

Finit ſermo matutinalis

A **Sequitur collatio**
eiuſdẽ ſermonis de reliquis duabus do/
mibus ſcil; proprie conſcientie/ ⁊ celeſtis
glorie.

D imperialem ſummi regꝭ do
mum/ fidẽter vadimꝰ immu
nitatis egentes. ſi nõ eam de
decoro errore polluẽtes vio/
lauerimꝰ. violata q̇ppe immu/
nitas. imunitatꝭ locũ ñ relinq̇t Violãt ãt
eam q̇ eam quocunq; vicio ſordidatã aſ/
ſerũt contra prophetãtis oraculũ/ domũ
tuã; domine decet ſanctitudo in longitu
dine dierum. Quis vnq̃ locus. R.p. dei
electior ſingulariorq; domus fuit q̃ Ma
ria/ quam ſi decet ſanctitudo in longitu/
dine dierꝫ: nullus procul dubio vite dies
nulla hora a ſanctitudĩe ſecluditur Hoc
ipſum pia credulitate confitentes ad hãc
domũ refugij vnanimes occurramus oc/
currentes veneremur/ venerãtes implore
mꝰ/ implorãtes ſalutemꝰ dicẽtes Aue ma
ria Vade in domũ tuam vbi prius

**Jdcirco tranſſum/**
ptionibꝫ metaphoriſq;/ predicantes vti/
mur: quatinus noua/ minus faſtidia tva/
rietas ⁊ a cognitis/ ad apprehendẽda ma
gis ignota ſubnecteret ⁊ ſubleuet Quia eni
nobis (exempli gratia) domus materia/
lis ſenſu quotidianoq; vſu maxĩe cogno
ſcitur. ꝑ illius ſĩlitudinẽ quaſi ꝑ vehicu/
lum aliq̇d in occultarꝫ rerꝫ ſc; conſciẽtie ⁊
glorie cõprehenſionẽ/ facilꝰ eleuamur
Hec me cõſideratio ꝑmouit/ vt poſt litte
ralẽ thematis noſtrã, domũ de ea poſtmo
dũ ꝑ allegoriã tanq̃ de eccleſia differerem
multis quidẽ verbis ſed pro rei magnitu
dine ac etiam dignitate indigniſſimis vel
pauciſſimis. Nunc q: in me eadẽ cogita/
tio eſt ſicut pollicitus ſum de adeũda. or/
dinanda ornandaq; conſciẽtie domo trã
quillior ſermo tranſcurrat q̇ ad noſipſos
nos reuocet retorqueat atq; reuerberꝫ Re
cto ſiquidẽ ordine poſt incitatõem ad re
gimen eccleſie. de exhortatiõe cõponende
conſciẽtie orditur oratio/ q: (vt apoſtolꝰ
ait prime thimo. iij.) Si quis domui ſue
p̄eſſe neſcit/ quomodo eccl'ie dei diligen/
tiã habebit.? Eiſdẽ vero verbis quibꝰ
preceptor meus dñs cameracẽſis/ tracta/
tum ſuũ de anima exorſus eſt. incipe vete
rũ tradit autoritas/ diuinũ illud fuiſſe ap
pollinis oraculũ. Noſce teipum Jnde eſt
illud Juuenalis. E celo deſcendit gnoti.
ſe. avton. figendũ ⁊ memori tradendũ pe
ctore. Huic cõformis eſt perſij monitio.
Tecũ habita vt noris q̃ ſit tibi curta ſup
pellex. Et iterum Nec te queſiueris extra.
Hanc eandemq; ſententiã thema noſtrꝫ
ſi ad mores deflexerꝭ inſinuat Nempe q̇d
aliud eſt dicere. vade in domũ tuam q̃ ha
bita tecum. teq; ipm cognoſce? Sunt
itaq; plurimi qui a ſemet longe peregri/
nãtur/ et vt hiſtrionum/ paraſitorumq;
mos eſt nullibi rarius q̃ in domo propa
moram faciunt/ nullibi moleſtius Mira
bile dictu. Eos citius in alia quauis regi
one q̃ apud ſeipſos reperies/ modo ꝑ cu
rias diſcurſant cum adulatõne/ ambitio
ne detractione/ nunc inter mulierculaꝝ
greges volutãtur cum libidine. frequen/
tiſſime vero inter auri argenti ve cumu/
los incedũt/ ductrice cupiditate nauigãt
Maria/ aera preteruolant/ humi repunt
prout ſtimulantiũ curarum varietas trãſ
uerſos precipitauerit Qui apud ſe ſi que
ratur illud habebitur Rñſ. prouer. ſepti/
mo Non eſt vir in domo ſua Horum qui
libet vt in domũ ſuam erat nec ſe deſerat/
monendus eſt per vocem chriſti ſalutife/
ram. vade in domũ tuam At quidã for
ſitan oppoſitõnes hominũ/ volunt ine/
pta extortaq; appellatõne domũ dici/ im
mo vide queſo q̃ aptiſſima ratione. Me
miniſti opinor queadmodũ philoſophꝰ
in politꝭ. libro primo capitulo primo cõ/
munitates inſtituturꝰ diffiniuerit domũ D

preſtantē ex viri et mulieris ſui quoqꝫ ꝛ li
beroꝝ ſociali cohabitatōne cōponi. Si
cubi autē ſerui deſint/ bouē eē poſuit pau
peribus pro miniſtro. Et ita ex hac ſocie
tate/ tres ordinat principatus/ nuptialē
inter virū ꝛ vxorē. deſpoticū ꝛ ſeruilem ſu
ꝑ ſeruū. paternū vel regalē patris ad filiū
Singul' poſt hec ſingula tribuit officia.
¶ Nolo autē mihi credas ſi nō oīa hec
eadem in hoīe monſtrauero Si autorita
tem mauis/ pro autoritate eſt Aug. in de
ſpū ꝛ aīa. c. xxxij. Si rōni plus ꝯſentis et
patrē queris: intellectū offero. qui princi
piū origo qꝫ eſt totius ſpūalis propagatō
nis in anima. Si vxorem poſtulas q̄lem
aptius reſpondebo q̄ ipam voluntatē q̄
inſepabilis ſocia eſt et indiuidua comes
intellect⁹/ ſine quo volūtas/ inualidi nul
lius ve conſilij eſt. et niſi vxorio federe ſe
cum miſceat/ infecunda prole/ ſterilisqꝫ
ꝑmanet. Prolem nūcupo/ affectuū cogi
tationūqꝫ veluti totidē filiorū propaginē
Seruos vero in promptu monſtrare eſt
q̄nqꝫ ſenſus ipos. Circunſpice neqꝫ bos
deeſſe iudicabitur ſi brutalis indomitiqꝫ
corporis naturā attenderis ¶ His intel
lectis non opoſum erit in homine tripli
cem aſſignare principatū Voluntatis et
intellectus adinuicē nuptialis eſt. Volū
tatis ꝛ intellectus ſuꝑ actus ſuos/ pater
nus et regalis. Amboꝝ ſuꝑ ſenſus ꝛ cor
pus deſpoticus et ſeruilis. Vides vt ſu
ſpicor ꝛ ante oclos tuos poſitū habes. q̄
decentiſſima ſimilitudine. hoī dū ad ſui
cognitōem mittit/ dictū extitit. vade ī do
mū tuam. hoc dicere eſt. Teipm regē. co
gnoſce atqꝫ recogitās iugiter ꝯſidera Va
de inquit ꝛ officiū quod vniuſcuiuſqꝫ ꝑ
noīatoꝝ propriū eſt/ non inaniter exeq̄re
Sciueris quid patrē iubere/ q̄ pacto vxo
rē ꝯuiuere oporteat. qualiter ꝓcreare libe
ros. ſeruis imperare dn̄m/ hoſpites ſuſcipe
conueniat. ¶ Et in principio ſiquidē ad
materialis exemplar/ ſpūalis fabricanda
domus eſt. atqꝫ vt in baſſo hūilitatis col
locetur tenendū eſt meretricū illud Boe
tij preceptū. Humili domū memēto cer
to figere ſaxo. Quāuis tonet ruinis mi
ſcens equora ventus. Tu conditꝰ quieti fe
lix robore valli. Duces ſerenus euū ridēs
etheris iras. Item tragicū illud in hypo
lito. Non capit vnq̄ magnos motus hu
milis tecti vel plebeia dom⁹ circa regna to
nat. Et rurſum in hercule furente trage
dia prima. cuius titul⁹ ē. h. f. metro ſecun
do. Me mea tellus lare ſecreto tutoqꝫ te
gat. Certa ſedet ſordida parue fortune do
mus Talē ſibi fabricauerat nauta ille in
ops. ſed ſecurus anuclas de quo Lucā⁹.
Rectorē dominūqꝫ ratis ſecura tenebat.
Haud procul inde domus recto vallo ro
bore fulta. ſed vnico ſterili cannaqꝫ intex
ta paluſtri. Sequit. Securus belli pre
dam ciuilib⁹ armis. Scit nō eſſe caſas o
vite tuta facultas. Paupis anguſtiqꝫ la
rēs o munera nondū. Intellecta deū. In
tali preterea vitā egiſſe ponit valeri⁹ li. vij
ca. i. ipm aglaum ſophodiū quo q̄uis ar
chadie eſſet pauperrim⁹ apollinis tamen
reſpōſo gigilidoꝝ regi opulentiſſimo in
felicitate ꝓlatus eſt. Et reſpondit mag̃ ſe
probare ſecuritatē ridens tugurium q̄ tri
ſtem curis ꝛ ſolicitudinib⁹ aulaꝫ Nunq̄d
hanc in habendis edib⁹ modeſtā humili
tatem ceſar auguſtus tenuit. qui domuꝫ
ſuam eo ꝙ paulo eminētior eſſet alijs/ co
equauit: De hoc Ouidius in de faſtis li.
vi. Nec paruū hui⁹ rei nobis xp̄s reliq̄t
exemplū. q̄ nō marmoreas dom⁹ ſed hūi
le ꝓſepiū ſua natiuitate illuſtrauit. Quā
obreꝫ his admonit⁹ obſeruatū habeas ſe
curā tibi ipſi tranq̄llāqꝫ hūilitatis domū
ꝯſtruere. Qui eni altā fecerit domū ſuam
querit ruinā. prouer. xvij. Rō. qꝛ niſi dn̄s
qui tm̄modo hūilia reſpicit edificauerit
domū: inuanū ꝛc. ¶ Poſt extructā hūili
tatis domū/ cura reſtat precipua/ ordiare
familiā/ ne dom⁹ ſit/ in qua nullus ordo
ſed ſempitern⁹ horror inhabitat/ fugiēda
qꝫ oībus modis a domo diſcordia ſm
pithagoricorū ſententiā/ cuius meminit
Hieron̄. in ep̄la ad rufinū. Ad qd̄ retorq̄
ri pōt illud Areſt. enigma ibidē poſitum/
hyrundinē in domo nō ſuſcipiendā/ id ē
garrulā loquacitatē. q̄ effectrix eſt iurgio
rū ¶ Subinde vt voluntatē intellectus
doceat quaſi maritus ſpōſam neceſſe eſt/
quatin⁹ ea appetat q̄ recta ſunt/ adhibeat
modū deſiderijs/ ꝛ ſe incōſulto velit nihil
Semꝑ memineris/ nō ob aliud egregiam
Ade domū miſerabili ruina deiectā/ q̄ ꝙ
vxor ꝯcupida fuit/ ꝛ volūtas ꝓceps/ temē
re ſine intellect⁹ cōſilio pomū viſu decoꝝ
preripuit ¶ Porro/ obuia caute/ ne rixo
ſa ſit volūtas. ne aut fumo dom⁹ abundet
aut ſtillicidijs repleat. Alioq̄n abeūdum

tibi eſt/mihi nõ credis/dicenti hoc ſapiẽ/
ti fidem preſta. Quid fumus ſi petis niſi
ignorantia oculos intellectus ꝑſtringẽs.
qua circũſeptus vir ſecuꝫ habitat fugit ſe
potius ⁊ horret veluti quandã morꝭ ima
ginẽ: Quod Seneca expꝛeſſit dicẽs. Ociũ
ſine litteris mors eſt ⁊ viui hoĩs ſepultu/
ra. Dehinc q̇d ꝑ ſtillicidia/niſi labiles in
ſtabilesq̃ cogitatões accipimꝰ quibꝰ exa
gitatus intellectus/ad ſeipm̃ redire ⁊ in ſe
ipſo conſiſtere neq̇t: Rixoſa vero mulier
eſt voluntas improba ⁊ que in ſenſualita
tis naturã pene degenerat. Hec aſſiduis
malaꝝ cupidinũ ſtimulis vexat ĩtellectũ/
eundẽq̃ volitionuꝫ ac nolitionũ mutuo
altercantiũ litibus inq̇etat/ vult calcatis
ſpõſi legibꝰ imperare prout libet. Intonat
q̃ illud ſatyricũ. Sic volo ſic iubeo. ſit ꝓ
ratõe volũtas. Quid agat tũc intellectua
lis ſenſus/reclamet nõ exaudietur/ preci/
piat nõ obedietꝛ obiurget acerbius ſono
remorſu conſcientie ferietꝛ. Quid igitꝛ reli/
quũ ẽ niſi ſemet e domo preripe: Nihilo/
minus ꝑſiſtendũ eſt viriliter. videbis fu/
rore voluntatis ſedato/ipſam dare victas
manus/lugere cõmiſſum. veniã vltro im
precari. Et q̃uis receſſum pares/ ſponte
reuocabit ingẽs illõ creuſe ad Eneã: hãc
primã tutare domũ Eneid. ij. Ita tñ niſi
obſtinata ſit/ac in reprobũ ſenſum data/
tum etiã monenda eſt/tum coarguẽda/et
ne talia ꝓſumat in poſterũ legibꝰ coercen
da. ¶ At altera ſupeſt intellectui ſolicitu
do/ſeruos ꝯpeſcere. ⁊ nequãdo dñationẽ
vſurpent/ſtudioſiſſime ꝓuidere Itaq̃ ef/
frenes ſunt cõtumaces ſunt/ ingratiſſimi
ſunt/cõfeſtim vt dñm ſuũ eis beniuolum
indulgentẽq̃ ſenſerint/exiliunt Repente
dñm propriũ diſcerpũt vt canes ſui Me
tamorph. iij. atq̃ eũ indigniſſima tyrãni/
de premũt/verũq̃ experietꝛ illud ſapiẽtis.
Qui delicate a puericia nutrit ſeruũ ſuũ.
poſtea ſentiet eũ contumacẽ Prouer. xxix
Et ibidẽ Inimici hominis domeſtici eius
Quãobrem eos ſi renitẽtes ſint/ bonarũ
cõſuetudinũ arceat cõpedibus et inertes
aſſiduis exercitatõnũ verberibꝰ vrgeat
Quotidie inſuꝑ ſemel ⁊ ampliꝰ/precipue
hora nocturne quietis/cum te lectus ſu/
ſceperit/ponat intellectus cum eis quaſi
cũ ſuſpectiſſimis diſpẽſatoribꝰ/rationem
Nullũ hoc precepto ſalubrius/ nullũ vi/
ro preſertim xp̃iano efficacius/poteſt eſſe
Quod ſecum ſe facere ſolitũ/ipſe Senec.
iij. refert de ira. Interroget intellectus in
tribunali mẽtis ſedens a ſingulis/ cur ſic
aut ſic/tali in loco/tali in tempꝛe geſſerint
cur ſic viderint/ſic audierint/tetigerit/ lo/
cuti ſunt: Puniat mala ꝑ timorẽ carnifi/
cem/ꝑ increpatõeꝫ errata corrigat/ꝑ amo
rem bona coronet/ ⁊ quid deinceps age/
re a quibꝰ ſubtrahere ſe debeant. iteꝝ ⁊ ite
rum vehemẽtiſſime cõmoneat. ¶ Ita dũ
ad teipm̃ nocte ſaltem redieris verificetꝛ il
lud Virgilij Eneid. vij. Ipſe domũ ſera/
q̃uis ſe nocte ferebat. Hoc pacto tecũ mlt
ta loq̇ris vt ꝑcipit. tñ caue ne male loq̇ris
Hoc modo apud te corã deo cauſam tuã
ages accuſator tui ſeueriſſimus Idemq̃
verax teſtis ⁊ iudex equiſſimus. ¶ Ages
autẽ hoc vigilãtiori ſedulitate ſi auribus
tuis ſempꝛ inſonare putaueris illã vocẽ ꝓ/
phete ad Ezechiam. Diſpone domui tue
quia morieris tu ⁊ nõ viues Iſa. xxxviij.
O q̃ vtilis prorſus recordatõ. ⁊ q̇ in pro
ſperis ſimul ⁊ aduerſis/hominẽ ſancto ti
more pauidum. ⁊ quod amplius eſt libe/
rum efficiat/et mundi cõtemptorẽ. Faci/
le inquit Hiero. contẽnit omnia ⁊c. ¶ O
q̃ felix ſomnꝰ iſte erit altus liber ⁊ trãquil
lus/poſt huiuſmodi recognitõeꝫ ſui. Ani
ma itaq̃ tanq̃ in ſinu iaceat dei. ſecura ꝑ/
ſiſtet/reiectis fedorũ demonioꝝ amplexi
bus Nam totiens inter abominãdos am
plexus diaboli anima dormit. quotiens
peccati mortalis conſcia impenitẽs req̇e
ſcit. ¶ De mane vero intellectus/ipſam
oculatiſſimã ꝓuidentiã cum memoria in
ſpeculam mittat. que diligenti prouiſiõe
ac ſolerti omnia occurrentia examinet: at
q̃ denũciet. ne quid inopinatũ ne q̇d ſu/
bitũ/nequid impremeditatũ ſurrepẽs cõ
turbet/aut ne ꝑ inſcientiã vtilia ꝓtermit/
tat. ¶ Porro ipſi voluntati quã ſpõſam R
hominis in domo poſuimus/ hec obſer/
uanda erunt. fides thori/et caſtitas inte/
gerrima/cõſideratioq̃ ſemitaꝝ domꝰ ſue
prout inter mulierꝭ fortis preconia a Sa
lomone poſitum eſt. Suſpectos habeat
omnes tentationũ malarũq̃ cogitationũ
introitus/cetus adulteroꝝ atq̃ latrunculo
rũ inſidias. Si pulſauerint fores ſi fe/
neſtras impulerint/confugiat ilico ad in
tellectũ/et eo inſcio et inconſulto/nullos
ſuſcipiat Si alloqui blande ceperint/ob
ſurdeſcat. Sirenes ſunt/ſuã cãtu ſopiũt.

vt demergant/ſi ſuos petãt amplexus/ ci
to reĳciat. latronũ morẽ gerunt. amplexã
tur vt perimãt. Si blanda frõs ꝛ ſuauis
pretendit/ nõ confidat/ arrident vt irride
ant. Si promiſſa promiſſis accumulent
nõ credat. Quotidianũ eſt ꝓuerbium. ma
gni ſponſoris/ rara vt plurimũ fides eſt.
¶ Ceterũ ſi fallaciter ſenſimq; obrepe aut
vi palam irruere conẽtur hmõi temptatõ
nes/ a ſe cõtinuo virili aĩoſitate aut depel
lat aut diro vultu ꝛ acribus verbis incre-
pet dicẽs. Seorſum vos maligniſſimi ſe
ductores nil mihi vobiſcũ. Abite hinc ꝓ-
cul cũ dolis veſtrꝭ/ veſtriſq; fraudibꝫ. qm̃
intus vos ꝛ in cute noui. ſcio certe q̃d q̃ri-
tis meã quippe ꝓſtitutõem/ meã infamiã
meã deniq; mortẽ. Et hec ego patiar mi-
ſera/ non faciã hercule/ nõ vobis aſſentiã
Quãobrem auolate celeriter/ aliã querite
ſi poteſtis/ quã veſtra blandimẽta ꝛ male
ſuaſa verba/ illaqueent. que veſtris credu
la ſit lenocinĳs. Me interim ſinite. quia
nõ ſum quã putatis. aut que veſtro digna
ſum ludibrio. Hac ꝛ ſimili voce vtat vo-
luntas ſponſa/ aduerſus temptatõnũ ma
larũq; cupidinũ inſultus Caueat ne eoꝝ
vinculis ſe ligari aut maĩbꝫ prendi ſinat/
vel facibus ſuccẽdi. Obnitat totis cona-
tuũ neruis/ impetui ꝑrio. memor tragici
illius in hypolito. qui blandiendo dulce
nutriuit malũ/ ſero recuſat ferre q̃d ſubĳt
iugũ. Sciat ꝑterea q femina/ mollit et ſe
mi plene negans/ petere docet ꝛ ammonet
Feliciſſimã prorſus voluntatẽ dixerim. ꝛ
beata glorioſaq; prole fecundã/ q̃ ſe forni
carĳs hmõi ſuggeſtionibꝫ nõ immiſcue-
rit. infeliciſſimã vero ſi talibꝫ ſeipſaz expo
ſuerit ꝓſtituendã. qꝛ infauſtiſſimos mon
ſtruoſiſſimoſq; ꝛ vipereos peccatorũ fetꝰ
gignet/ in parentẽ ſuã armatos. ſicut leo-
nẽ ſupbie/ luxurie porcũ/ canẽ inuidie/ et
ita de ſimilibꝫ/ ꝑ que cruciabit/ lacerabit.
perimet ¶ Ad vltimũ corpus tuũ qui ef-
ferus bos eſt/ domabꝭ ꝓuidebiſq; ne ocio
torpeat. Maligne nature eſt/ abunde ſua
uiterq; paſtus recalcitrat. Impinguatus
excutit iugũ ꝛ vehiculũ. ſeſſorẽq; deĳcit.
S ¶ Audiſtis q̃bus ſtudĳs domꝰ ꝓpria regẽ
da eſt/ quibꝫ exercenda diſciplinis. quan
q̃ꝫ faſtidĳ timidus multa preterereã. Hunc
q̃d extra te vagabũdus incedis? Precur-
re prior in domũ tuã Eccli. xxxiĳ. ꝛ temet
a cõmuni hominũ ſtulticia exime. de qua
Hieroñ. ad Sabinianũ Solemus mala
domus noſtre ſcire nouiſſimi/ ꝛ liberorũ
atq; ꝯiugũ vicia/ vicis canẽtibus ignora
re Ita eſt/ aliene domꝰ curioſi ſumꝰ/ negli
gentes noſtre Vicia idcirco noſtra vltimi
ꝯgnoſcimꝰ. hinc irridemur. hic nobꝭ pla-
cẽtes. fabula ppl'o ꝛ riſus efficimur Quo
cõtra bene iubet perſius (vt premiſi ꝛ re-
peto) Tecũ habita. ꝛ noris q̃ꝫ ſit tibi cur-
ta ſuppellex. quantũ ſcꝫ a virtutũ poſſeſſi
one vel perfectõne deficis ¶ Vade igitur
in domũ tuam ꝛ cum paralitico ſurge per
cõtritiõem. tolle grabatũ peccatorũ. ꝑ cõ
feſſiõem et per ſatiſfactõem In domo tua
vigilans. oranſq; permane. illic expecta.
ꝛ cũ aduenerit dñs ꝯfeſtim apias ei Sto
inquit ad hoſtiũ ꝛ pulſo. ſi q̃s audierit vo
cem meam ꝛ aperuerit mihi ianuã/ introi
bo ad illũ. et cenabo cũ illo. ꝛ ipſe mecum
apocalipſ. iĳ O miſerrimũ te. ſi abierit. ſi
nõ tanto hoſpiti feſtinabũdus occurrerꝭ
ſi nõ inuitaueris dicẽs. Mane nobiſcũ
dñe qm̃. ꝛc. Nec modo inuites/ ſed violen
ter (vt ſic loquar) trahe. verecũdus eni hoſ
ſpes eſt/ vult compelli ¶ Quo ĩtroducto
ſerui certatim domũ exornent/ nulle repi
antur irarum aranee. nullus cupiditatis
puluis/ nulle caninaꝝ rixarũ aut curarũ
mordaciũ/ clamores audiãtur. Sꝫ ꝛ vxor
tanq̃ꝫ vitis abundãs in lateribꝫ domꝰ tue
cũ liberis tuis/ bonis ſcꝫ affectõibꝫ/ in oc-
curſum culta feſtiuaq; ꝓcedat. Sternat
domus tapetis bonarũ cogitationũ. virẽ
tibus herbis bonarũ oꝑationũ ſpargat.
ꝛ om̃ibus deniq; ſanctoꝝ deſiderioꝝ flo-
ſculis pulcerrime diſtinguat Ponat men
ſam pietas/ autoritatiuã ſellã obedientia
focum caritas accẽdat/ miniſtret fides cã
delabrũ. ꝛ lectum contẽplatio ſubſternat.
lintheamina vero vt pura ſint abluantur a
contritõne. a confeſſione ventilanda aeri
exponãtur/ quoſq; demũ exiccabit ſatiſfa
ctio. Nec omiſſum ſit illud quod de pale-
mone ꝛ baucide/ deoꝝ hoſpitibꝫ Naſo ait
Metamor. viĳ. Sup om̃ia vultus acceſ-
ſere boni/ hilarẽ eni datorẽ diligit deus. ĳ
Corin. ix. Rependet nõ dubita vicẽ deus
ab eoq; audies. Hodie huic domui ſalus
facta eſt Luce. xix. Et ſi verecundũ te ex di
uitiaꝝ carentia proſpexerit/ compellabit
te ĳſdem vocibus quibus euander Eneã
Aude hoſpes cõtemnere opes ꝛ te quoq;
dignũ finge deo. Que iſta dignitas? R.p.

q̄uanta ſublimitas eſſe hoſpitē diuinita/
tis? Ita fit tamē ſi domū noſtrā nō deſe/
ruerimus/ſi attēto ſtudio excoluerimus.
ꝙ nec gentilis poeta ſiluit ſtati⁹ thebaid.
xij. Nulli cōmiſſa metallo/forma dei. mē
tes habitare ꝛ pectora gaudet. Propterea
patris ſapiētia xp̄s Ihs cui⁹ delitie ſunt
eſſe cū filijs hoim. Sap. viij. Unūquēꝗ
noſtrū hodiernis verbis hortat᷑. monet. i/
perat. vt parat⁹ ſit/ꝛ eoꝝ que extra ſe ſunt
curā deſerat ſuperfluā. Vade inq̄t in do/
mū tuā quod fuit thema. Admonere pu
tes xp̄m/quid ſtas ſcrutās villas ꝛ rus/eri
pe te velociter et vade. i. Reg. xxvij. Vade
pacifice i domū tuā. Quia ſicut auis trāſ/
migrans de nido ſuo varijs ꝑiculis expo
ſita eſt/ſic vir qui relinq̄t ſuū locum Pro/
uerbioꝝ. xxvij. Scdo q̄d ſtas periturus/
tuam pete alacriter domū Deuter̄. vi. De
ditaberis ſedens in domo tua. quēadmo
dum helizeus ſedebat in domo ſua. Se/
dendo enim ꝛ quieſcēdo ſ̄m ph̄m/anima
fit prudens. Quidā vero nō in domo ſed
in monumētis manent. Luce. viij. q2 in/
ter obſcena vicioꝝ cadauera volutātur.
Tertio quid extra ſtas te viſurus domuꝫ
intra ſagaciter tuā. Exodi. xvi. Maneat
vnuſquiſꝗ apud ſemetipm̄ nullus egre/
diat᷑ de loco ſuo. Hec tanta de domo mo/
rali hominis ꝓcepta ſint.

T Nunc de adeūda iuxta anagogiaꝫ
beatifice dom⁹ habitatōne/ quar/
tam ꝛ hāc ſupremā orōnem texu
ri ſtilum admouim⁹. et eam finire patimi
ni precor/finis eſt/equanimit᷑ tolerate
Vade in domū tuam. Homo viator. ho/
mo terre incola/homo qui ꝑegrinans nō
habes hic compoſitā ciuitatem vel domū
manētem/ſed futurā inquiris. Eya rum/
pe morā. fugam ꝑcipita/non in via termi
num nō rapidis in fluctibꝫ portū conſti
tue/ properat curſu vita citato ait tragic⁹
ſolꝗ in occaſum volucer ruit/ꝛ negligis
tu tamen diſſimulas/ et medio in itinere
ſtratus iaces. vbi ſi te vicina dire mortis
nox occupauerit/hercle periſti. ꝛ de te tua
ꝗ ſalute actum eſt. Age cur ceſſas? Qua/
re feſſi debilitatiꝗ viatoris inſtar lentus
vadis ¶ Sed agnoſco. paraliticus es. et
dum niteris ſurgere/in molimine primo
relaberis Cui equidē pars viuax eſt/ par
tem humor nimius carnalitatis paralyſi
mortificauit. Nimirū ſi progredi nō va/
les/tractus ad varia et tibimet oppoſitus
Vult inquit/ſapiens/ꝛ nō vult piger. Nā
dum viuida pars volūtatis diuinoꝝ ca/
pax/ſurſum erigitur. a parte ſenſualitatis
emortua deorſum trahit᷑. ꝛ in ipſo conatu
humi ꝓcliuius deprimit᷑. Notate compa
tionem Virgilij quinto eneid. ꝓprijſſi
mā. Quali ſepe vie deprenſus in aggere
ſerpens. Erea quem obliquū rota trāſijt.
aut grauis ictu. Seminecē liquit ſaxo la
cerumꝗ viator. Ne quicꝗ̄ longo fugiens
dat corpore tortus. Parte ferox/ardenſꝗ
oculis/et ſibila colla. Arduus attollens/
pars vulnere clauda/retentat. Nexantem
nodis/ſeꝗ in ſua membra plicantē. Hec
ille ¶ Sperādum tamen eſt tibi conſule
ꝛ plena fide ante xp̄i pedes expoſitus. ſpi
ritualeꝫ ideoꝗ nequiſſimā paralyſim mi
tigari pete. Eteni liberari penitus/ nō eſt
preſentis vite. niſi quibꝫ rariſſime admo/
dum cōceſſum eſt. Dehinc exurge dupli/
ci amoris timoriſꝗ ſtimulo ꝓfoſſus: ſpe
ſalutis hilaris. ꝛ alacer caritate ac vade de
virtute in virtutem/donec videas deum
deoꝝ in ſyon/ que domus eſt beatitudīs
ſempiterne. ¶ At uero fortaſſis vt verbo V
Boetij vtar velut ebrius quo tramite do
muꝫ reuertaris ignoras/quo duce iter ar/
ripias/ꝛ ad ſupremū qualē in domo quā
queris conuerſatōem habiturus exiſtas?
Neſcis vero horū trium noticiā. ſi nō pi
geat aduertere paucꝫ edocebo ¶ Et ꝗ̄uis
non alienū a propoſito eſſet lactantij ver/
ba ponere/ſexto inſtitutionū de limite bi
no/ſalutis ꝛ interitus/cōmodius reticere
iudicans. Hoc moneo vt verū ducem et
vnicum habeas deum/quemadmodū de
populo iſraelitico in promiſſionis terrā
proficiſcente legitur. ꝙ dominus sol⁹ dux
eius fuit/et propheta inſinuās ductoris
huius vtilitatē poſtꝗ̄ dixerat. Domine in
voluntate tua deduxiſti me/ſubiungit/et
cum gloria ſuſcepiſti me. Illius quidem
ducere eſt ad quem ſpectat eterne domus
glorie. ¶ Hoc duce carpe viam/nō quāli
bet ſed quā propheta nō modo iuiſſe/ve/
rum etiā cucurriſſe gratulabat᷑ dicēs Vi/
am mādatorum tuoꝝ cucurri/ cōformi/
ter ad ſequens iuſſum chriſti. Si vis ad
vitam ingredi ſerua mandata. Math. xix.
Ab hac via q̄ſquis aberrauerit duce abie
cto/per abrupta vitiorum/ per lubrica/ꝑ
petroſa/per tenebroſa/in inuia. et non in



Anago-
gice.

via.laxatur.impingitur.in baratri ꝑceps
ad vltimū deijcit̄.ab illa domo ꝙ̄ lōgiſſi-
me raptus.de q̄ ꝓcipit xp̄s dicēs Uade
in domū tuā ¶ Uerū quo pacto via māda
datorū ꝑagrabitur.ſi nō agnoſcat̄: Quē-
admodū cognoſcet̄ niſi ꝑſcrutet̄: Quali-
ter deniqꝫ perſcrutabit̄ niſi ſcripturis hu
iuſmodi mandatorū expꝛeſſiſſimis anim⁹
accōmodet̄: Quāobrē ꝓpheta in pſal
mis plurimis/tamen ſingulariter in illo.
Beati immaculati in via.aliō nihil agere
videtur ꝙ̄ aut oꝛare ītellectū vt diſcat mā
data ſua.aut beatos appellare q̄ mādata
eius ſcrutātur ꝛ exq̄runt. Unde beatū vi
rum deſcripturus pꝛimū opus tam ꝑcla
riſſimū poſuit ꝙ in lege domini fuit volū
tas eius meditabit̄ die ac nocte. Et alibi
Beatus homo quē tu erudieris dn̄e.ꝛ de
X lege tua docueris eū ¶ Quis erroꝛ.immo
quanta dementia eccl'iaſticorū ꝑegrinoꝝ
in domū beatitudinis (vt aiunt) vadenti
um.qui ob lucroſas adinuētiones hoīm
mandatorū dei ꝑſcrutationē deſpiciunt:
Apud quos nō animaduertit̄ ꝛ animad-
uerſa cōtemnitur/chꝛiſti autoꝛitas dicen
tis. Sine cauſa colūt me/docentes man-
data hoīm ꝛ doctrinas. Math.xv ¶ Re-
ſpondeāt velim eccl'iaſtici viri/ ſacre ſcri-
pture deſertoꝛes/q̄lem ſibi in ſua ꝑegrina
tione viā delegerint. ¶ Si ſeipſos ſuam
qꝫ pꝛudentiā.fallūtur: ſapiētis dogma re-
linquentes. Fili ne innitaris pꝛudentie
tue Prouerbioꝝ.iij. Et ibidem.xiiij. Eſt
via que videt̄ homini iuſta.nouiſſima ei⁹
ducūt ad moꝛtem. ¶ Si ceterorū adinuē
tiones hominū conſectātur/parū pꝛudē-
ter/ne dixerim inſipiēter agunt. Neqꝫ enī
leges aut humane traditiōes quecūqꝫ/ad
ꝑſpiciendā domus eterne viam ſufficiūt
Alioquin aliā fruſtra daret legē deus/hu
mana ratōe ſuperioꝛē Affirmo qui oppo
ſitū aſſerunt errant. ꝛ in pelagianā here-
ſim palam incidūt. Et ſi quis diu ſolerter
qꝫ indagauerit quātam de via mādatorū
dei noticiā obtineāt.tales ſolis hoīm ad-
inuentōnibꝫ perſcrutādis dediti/de fide/
de peccatorū diſtinctōne ꝛ quantitate/ ſi-
ue de beatitudīe ꝛ ceteris/puto mecū in h̄
immo cū veritate aſſentiet ¶ Si viā mā-
datorū dei vt debēt erigūt/ reddāt nobis
ratione/cur nō ea ꝑſcrutātur potiuſqꝫ̄ hu
mana. Uani homīes pꝛomptā in oꝛe ha
bent ex Oratō reſpōſionē. O ciues ciues
querenda pecunia pꝛimū/virtus poſt nu
mos Manet inſuꝑ alta mente repoſitū il
lud Ariſto. Melius eſt pauꝑem ditari.ꝙ̄
philoſophari. Uoces iſte. R.p. nō eccl'ia-
ſticorū ſunt/ſed agreſtium hominū/terre
niſqꝫ inhiantiū. Eſto excuſet quoſdā vt-
cunqꝫ/pauꝑtas. Neqꝫ enī om̄es damna-
mus/theologiā nō ſtudentes.vt mercato
res.artiū mechanicarū artifices. Itemqꝫ
alios plurimos. Sed interrogo q̄d eccle
ſiaſticus reſpōdebit: qui beneficijs copio
ſe ditatus eſt.aut q̄ aliunde diues/benefi-
ciari deſiderat: q̄d religioſi ampliſſimis
redditib⁹ locupletati: quid poſtremo om
nes quos alia vꝛgens decētioꝛ occupatō
nō detinet/quorū nō eſt tantūmodo ſe ſꝫ
alios in viam mandatorū dei deducere:
Et cum ratōem afferre eniſi fuerint an ta
lis ſit que eos graui culpe non cōdemnet
ipſi viderint/fateoꝛ nō video Hoc vnū vi
deo/tutius ſalubꝛiuſqꝫ ꝛ viris eccleſiaſti-
cis dignius eſſe theologie ſtudiū atqꝫ abſ
qꝫ ſuſpitōe cupiditatis modice fidei et ꝑ-
ue ſpei remoti⁹. Et certe/alia nulla vt iſta
ſcientia/eſt hominū directiua incitatiua-
qꝫ ad ſanctos moꝛes/viciorū coercitiua ꝛ
ad ſuā felicitatis domū cōpendioſioꝛi tra
mite perductiua. Non aſpernandū eſt te-
ſtimoniū Eccl'iaſt.xxiiij. Qui opantur in
me/nō peccabūt/qui elucidant me vitam
eternā habebūt. Odiū ergo ꝛ raritas per-
ſcrutantiū legem dn̄i/ ſignū eſt paucitatꝫ
ſaluandorū et modice fidei/ in multis ec-
cleſiaſticis rectoꝛibus. ꝛ nō tantūmodo ſi
gnū ſed cauſa etiā ¶ Quo ꝯtra hoc interī
grande ſolaciū eſt abiectiōi ꝛ inopie theo
logorū/ꝙ ſalutis viā noſcunt ꝙ deū ducē
aſſidue in via ꝑegrinatōnis ſue loquentē
audiunt. Uetus nanqꝫ Laberij pꝛouer-
biū eſt in ſaturnalib⁹ a macrobio poſituꝫ
Comes facūdus in via ꝓ vehiculo Et q̄s
eſt deo in ſacra ſcriptura loquente comes
facūdioꝛ: Et hoc nō parui exiſtimabat ſa
piens. Sapientie.viij. Erit allocutio co
gitatōis et tedij mei. Et infra Intrans in
domū meā requieſcā cum illa. Non enim
habet amaritudinē cōuerſatio eius ꝛc. ¶
Ceterꝫ ꝙ̄ pꝛeclara hominis laus eſt q̄ ve-
re dicere poteſt apud ſemetipm̄ pꝛo laude
ſua illud quod dicere luciliū Seneca mo
uerat de naturalib⁹ queſtionibꝫ lib.x Ego
liberalib⁹ ſtudijs me tradidi ꝙ̄uis pauꝑ
tas alias inuaderet ꝛ ingeniū obduraret/

vbi p̄ſens ſtudij preciū̄ eſt ad gratuita car
mina defleri me ⁊ ad ſalutare ſtudiū̄ me cō
y tuli. ¶ Intellexiſti arbitror quis tibi in
tuam felicitatis domū̄ vadenti/ dux ſeq̄n
dus eſt/ quia dn̄s ſolus nō mū̄dus qui ce
cus eſt. nō diabolus fraude plenus. non
brutalis appetit⁹ peſſime laſciuiēs petu/
lans atq̄ diſſolutus. Aduertiſti preterea
qualis via vadēda tenendaq̄ eſt. q2 man
datorū̄ dei. nō via hominū̄ humanaꝝ ve
adinuentionū̄. Felicē te/ ſi credideris. me
autē in dn̄o gloriabundū̄ ſi orans exora/
uerim. Ex ſi effeci/ magna documētoꝝ fa/
ſce liberatus ſum. Nam de reliquis modo
videlicet ambulandi. de hoſpitij ſocieta/
tisq̄ electōne. de vie tolerantia ⁊ ſimilibꝫ
ſcrutatio mādatoꝝ dei/ te reddet prouidū̄
ſagacem doctiſſimū̄. ¶ Poſtremo illō vnū̄
de domus in quā vadis conditōne/ p̄ſua
ſum habeto. Illā niſi auro gēmis ve radi
antibꝫ/ ſed materie celeſtis p̄cioſitate eſſe
compoſitā. Cuius incole/ nō gule/ nō vo
luptatibus carnis ve illecebris vacāt. Ete
nim dom⁹ talis porcorū̄ eſſet nō hominū̄.
Cur ita? quia homo qui dicit preſtātiſſi/
mā hominis naturā eam ſupra porcinos
affectus nō collocat neq̄ nobilitat. Quo
pacto? Quia ſi vocē porco preſtiteris. nō
aliud ab iſtis p̄ ſumma iocūditate req̄reret.
Qualis ergo beatorū̄ felicitas eſt? ſanctiſ/
ſima prorſus iocundiſſima ⁊ digniſſima
que in op̄atiōe optima/ optime potentie
reſpectu obiecti optimi que de⁹ eſt reponi
tur. Que operatio optima eſt? Cōtempla
tio diuinitatꝫ intuitiua cū̄ quietatiua ei⁹
fruitiōe. Que optime hoīs potentie? In/
tellectus ⁊ volūtas. Quāobrem? Quia ip
ſe nos ſup̄ bruta ſole eleuāt ⁊ dei capaces
efficiūt. Quid de potentijs ſenſitiuis. Nū
quid ſaltem ipſe voluptatib⁹ p̄fruent̄ pro
prijs in obiectis? Minime. Que ratio?
Prius eni aquā igni copulabis ⁊ incom
poſſibilia chimere mēbra cōpones. q̄ cū̄
voluptate felicitatē conſocies. Quare ſic?
Guſtato quippe ſpiritu deſipit om̄is ca/
ro. Quare neceſſe eſt/ ſup̄iorū̄ potentiarū̄
delectatōem/ illā que inferior eſt extingue
re/ qm̄ in eis ex ſup̄iorū̄ felicitate/ incom/
p̄abiliter amplior q̄ ex eorū̄ obiectis pro
prijs accreſcit iocunditas. Ex quo videri
poteſt maiorē eſſe delectatiōem in ſenſib⁹
beatorū̄/ q̄ ſit dolorū̄ acerbitas in corpe
z damnatorū̄. ¶ In hoc autē loco grauiſſi

me inculpādus eſt Auicēna qui. ix. meta/
phi. ſue vltime poſuit q̄ ſapientibꝫ theo/
logis/ multo magis cupiditatis ſit ad cō
ſequendū̄ felicitatē aīarum q̄ eſt coniuncta
prime veritati q̄ corporū̄. Ab illo tamen
porcino machometi ſui paradiſo nō ſeq̄/
ſtrauit ſententiā. Te autē interrogo vir di
ſciplina ⁊ ph̄ica eruditōe plenus: ſi hoīes
immortales/ eſu ⁊ potu delectabūt̄ in ore
Fateris. Eſurient ergo ⁊ ſitient neceſſe eſt
et tāto intēſius quāto eis intenſiores tri/
buis delectatōes. delectatio eni ꝓportōna
tur appetitui. Quod ſi ita eſt comedere et
bibere ampli⁹ cōueniet. Uentres idcirco
incomp̄abiliter capaciores ⁊ turgidiores
q̄ nūc habere fieri q̄ ſine terminatiōe au/
gmētū̄ ad qō ordinat̄ comeſtio. Et pudet
et dicam/ egeſtiones inſup̄ fetulentiori cu
mulo in illa beatitudinis domo cōgerere
oportebit. ¶ Denuo. ſi virgines plīmas
habet vnus vir. cur nō plurimos ſimilit̄
viros mulier vna? Que ſi generēt? immo
deratiſſime erit filiorū̄ procreatō. Si a ge
neratiōe vacant. pari modo a libidinoſa
copulatōne. alioquin illic et nature ordo
p̄uerteret̄/ q̄ ex illa exigit copula/ generatō
nem/ et impotētia ſue virtutis generatiue
cōuincitur que appoſitis om̄ibus ad ge/
neratiōem futurā ſufficientibꝫ illic ſuo ca
ret effectu. ¶ Porro reprobatōe indignū̄
iudico/ q̄ angelorū̄ felicitatē/ in coquoꝝ
pincernarū̄ ⁊ proſtibulorū̄ ſcortorūq̄ of/
ficia redigitis. Quanto rectius eſt hoīes
ad ſimilē angelorū̄ felicitatē ſublimādos
aſſerere cū̄ chriſto dicēte/ in reſurrectōe ne
q̄ nubent neq̄ nubent̄. ſed erūt ſicut an/
geli dei. Math. xij. ¶ Et vbi inq̄es erūt ſi r
cut angeli? In illa equidē beatitudīs do/
mo/ ad quā p̄egrinatio noſtra tendit/ ad
quā niſi infeliciſſimi ſumus ⁊ in mala ho
ra progeniti/ totā vite labentis viam totā
anime intentōem ordinam⁹. ad quā inui
tat xp̄s quēlibet qui ſalutē affectat ſuam.
Uade inquit in domū̄ tuam. q̄ fuerūt. ⁊c.
¶ In q̄bus verbis arbitret̄ quilibet xp̄m
ad ſe ſermonē hunc dirigere. vade citius
ne torpeſce. vade letus ne paueſce per ſa/
lutis ſemitas. Pro primo. primi Regū̄. ij
Feſtina velociter ne ſteteris. Et puer. vi.
Uade o piger ad formicā et conſidera vi/
as eius ⁊ diſce ſapientiam. vt videlicet pi
gritiam ignauiamq̄ deuites. Pro altero
imitare philippum vel eunuchū̄ qui ibat

gaudens ꝑ viam ſuā. Actu. viij. Et ꝓphe/
tam audi canentē. In domū dn̄i letantes
ibimus. ¶ Deinde ſcd̄o. In domū hanc
accelera. In domū hanc ꝓpera. vbi nulla
calamitas. In illā itaqꝫ domū cuiꝰ ſi no/
men petis rn̄det Jacob Gen̄. xxv. Nomē
loci illius domꝰ dei. Et. xxviij. eiuſdeꝫ Ve
re non eſt hic aliud niſi domꝰ dei ⁊ porta
celi. Si eius conditōes pſequiris. opulē
tiſſima eſt. in pſ. Gloria et diuitie in do/
mo eius. Rurſus ſpecioſa eſt Ob hoc pſ
Dn̄e dilexi decorē domus tue Porro lau
dibus inſonat. in pſ. Beati qui habitāt
in domo tua dn̄e. ⁊c. Deniqꝫ omnē homi
nis appetitū pfecta ſatietate delectat. In
pſ. Inebriabūtur ab vbertate domꝰ tue
et torrente voluptatꝫ tue potabis eos. Et
iterum. Replebimur in bonis domꝰ tue.
¶ Finaliter tertio tuaꝫ pete manſionē. tu
am pete portiōem que eſt felix paternitas
vt ſcꝫ manſio tua ſit in domo eterne retri/
butōnis cum pſal. Vnā petij a dn̄o hanc
requirā vt inhabitē in domo domini. ⁊c.
Portio quoqꝫ in terra viuentiū/ quā nos
adire proſpero impturbatoqꝫ curſu/ pre/
ſtet ſummus illa in domo paterfamilias
dominꝰ noſter Jeſus xp̄s Amen Finis

## Sermo eiuſdeꝫ de omnibus ſanctis.

Exultabunt ſancti in gloria.
letabūtur in cubilibus ſuis
Originaliter pſal. cxlix. Col
letantibꝰ ſanctis ⁊ exultātibꝰ
in gloria. Quid ſupeſt (o do
ctiſſimi viri patres ⁊ fratres) niſi ſatagere
talem habere deuotionē/ vt eis intercedē
tibus ad eorū ꝑuenire mereamur ſocieta/
tem. quoniā nō habemꝰ hic ciuitatē ma/
nentē ſed futurā inqrimus. Et ſi naturale
eſt exulibꝰ a patria ſua/ ꝙ neſcio que dul/
cedo cūctos allicit ſermonē de ea ⁊ freqn/
ter facere ⁊ cupidius audire: nos a tali pa
tria tales exules. nōne multo amplius id
ipm agere natura ſtimulante cōpellimur
Suſpiremꝰ igit̄ ad celeſtia vt ibi noſtra
ſint corda vbi vera ſunt gaudia/ vbi ciues
ſanctoꝝ habitant et domeſtici dei/ preſto
lantes aduentū noſtrū/ et ad adiutorium
promptiſſimi/ tātūmodo nō obſurdeſca/
mus vocātibus/ nō repellamꝰ adiutores
adeamus potiꝰ illuc deuotōis pedibꝰ In
terpellantes in primis te reginā celoꝝ. te
dominā angeloꝝ/ qua aperiente pro no/
bis os illud benedictū/ os plenū gratiaꝝ
protinus orabūt ſancti/ ſancteqꝫ omnes
Quibus in ꝯmune orātibus/ quo pacto
formidabimꝰ de repulſa? Eya aduocata
noſtra/ illō os glorioſiſſimū ꝑ nobis ape
ri ad orandū/ quēadmodū in hac die ſo/
lennitatis ⁊ leticie noſtra aperimꝰ ad te ſa
lutandū dicentes. Aue gratia plena ⁊c.
Exultabūt ſancti in gloria/ letabūtur in
cubilibus ſuis Collaudaturi ſanctos ſan
ctasqꝫ oēs/ vt ⁊ debitus eis honor fiat a
nobis/ ac viciſſim ſua nos interceſſio ad/
iuuet. vt demū ad imitandū eos/ ſua nos
exempla alacriores efficiāt (Iſte enī tres
ſunt pſentis inſtitute celebritatis rōnes)
proponimꝰ verbū prophetici carminis.
Exultabunt ſancti in gloria letabūtur in
cubilibus ſuis. ¶ Et quidē ipſe phus in
experientie naturalis ſchola verſatus/ tra/
dit in rhetoricis ꝙ delectatiōeꝫ oīa pro
ſequūtur. et gratia ipſius delectari/ appe/
tunt delectari. nec ſemel in hāc cadit ſentē
tiam. Nihilominꝰ idem duas leticie vl' de
lectatōis ſpecies cōdidit Vnā que eſt ſtu
dioſoꝝ. puram. laudabilem. tranquillā.
diuturnā. Hic eſt illud ꝙ phia admirabi
les habet delectatōes firmitate ⁊ puritate
Alterā dat que a vitioſis vitam pecuduꝫ
eligentibus inqritur. et hec feda/ turpis/
incerta/ breuis/ nocitura/ qualis fuit ſar/
dinapali. ¶ Hanc leticiarū varietatē/ lo/
cis plurimis ſcriptura ſacra nō ſiluit. Le
tamini inquit iuſti in dn̄o/ ecce bonā leti
ciam Audi malā. In maleficijs ſuis letifi
cant regem. Et talia ſine numero poſuit
ſacra ſcriptura. Duo proportionabilr̄ cu
bilia eadem ſacra ſcriptura cōdiſtinguit/
prohibēs vnū per os pauli. Non in cubi
libus inqt et impudicicijs. Quo plecto
verbo/ lumen eccleſie. Auguſtinus cōuer
ſus eſt. Laudat alterā in canticis dicens
In cubilibus ⁊ in hortis aromatū Habꝫ
quippe leticia ⁊ exultatio vicioſa/ probro
ſum vitioſumqꝫ cubiculū. ſancta vero ſan
ctū/ quale notant verba thematis. Exul/
tabūt ſancti in gloria letabūtur in cubili
bus ſuis. Poterat fortaſſe ambiguū eſſe
de qua leticia de quibꝰ ve cubilibꝰ intelli/
geret propheta ſi dixiſſet. Exultabunt in
gloria/ letabūtur in cubilibus ſuis. Nūc
autē cum addidit ſancti. oīs ſcrupulus
dubietatis ablatus eſt. quoniā ſanctoꝝ

non niſi ſancta eſt gloria ſancte exultatõ/
nes ꝛ leticie ſanctaqꝫ cubilia. ¶ Sed qꝛ
cubilia quibus in locis querem⁹ aut inue
nimus illa. Puto ꝙ nõ extra/non foris ſit
ſanctorũ gloria/ſit exultatio ꝛ leticia/ ſed
introrſus in abdito cõſciẽtie ſecreto. Hoc
ſenſit qui dicit Gloria noſtra hec eſt teſti/
moniũ cõſciẽtie noſtre. Nam ꝛ gloria om
nis filie regis ab intus. Bonũ igitur cu/
bile. ꝛ ſanctũ et letum/eſt ſanctorũ conſci/
entia/in hac exultant/ in hac gloriãtur et
letãtur tranquilla pace fruentes. Nã amo
do iam dicit ſpiritus vt requieſcãt a labo
ribus ſuis ¶ Eſt quippe ſanctorũ cubile
mundũ/ eſt molle eſt quietũ. Alioquin ſi
vel ſordidũ eſſet ꝛ ferens. vel aſperũ ꝛ du/
rum. vel tumultuoſuꝫ ac ſtrepidulũ. neqꝫ
quies in eo/neqꝫ leticia ꝛ exultatio poſſet
inueniri/neqꝫ diceret propheta de eis Ex
ultabunt ſancti in gloria/letabũtur in cu
A bilibus ſuis. ¶ Habemus ꝙd ꝛ quale ſit
ſanctorũ cubile/ dicere ſupeſt pro noſtra
eruditõe/quo pacto tale in eis cubile ſtra
tum paratũqꝫ fuerit/vt et mũdum eſſet et
molle et quietũ. Dicam quid contigit dũ
huiuſmõi meditatio mea nouiſſime per/
quireret. volens et circũducens quaqua/
uerſum ſue conſideratõnis oculos. Inci
dit in euãgelium pſentis celebritatis. Il/
lic ſeptem beatitudĩes quaſi totidẽ cubi/
cularias introſpexit/quarũ miſterio ſan/
cti dei ſancteqꝫ om̃es/cubilia conſcientia
rum parauerũt. Nam ſi queritur vnde ſan
ctorũ cubile mundiciã habuit. in prom/
ptu videre eſt/ quia vel beatitudo luctus
ſordes abluit ſi prefuerint/ mundicordia
innocẽs/nullas huiuſmodi ſordiũ collu
uiones introire pmiſit/ aut agglutinari.
He due ſunt cubicularie que appropria/
tõne quadã familiarius obſecute ſunt cõ
feſſoribus ꝛ virginibus ¶ Proinde ſequi
tur. Unde in his cubilibus mollicies At
tendite quia mititas ꝛ miſericordia tan/
ꝗ̃ doctiſſime ad hoc op⁹ cubicularie. om/
nem impatiẽtie duriciẽ abiecerũt ꝛ molli
ciem compaſſiõis etiã erga necatores ſu/
os induxerunt. Hoc in martyribus fuit
precipuũ ¶ Deniqꝫ quies vnde compara
ſit ſiquis voluerit agnoſcere/aſpiciat tres
reliquas beatitudines tanꝗ̃ cubiculari/
as ad hoc opus idoneas. Paupertatẽ ſpi
ritus que ſpinoſas recũ curas abigit Eſu
riem preterea et ſitim iuſticie que faſtidio/
ſum et variũ ſemp ocium deijcit. Pacem
deniqꝫ que ab om̃i exteriorũ interiorũqꝫ
ſtrepitu cubiculuꝫ cõſciẽtie tutum reddit
Hoc modo cubile quietum/in apoſtolis
in prophetis/in patriarchis vtiqꝫ paupe
ribus ſpiritu eſurientibuſqꝫ iuſticiã. atqꝫ
pacificis/ cubiculariaꝝ hoc eſt beatitudi
num ternarius iſte ſtrauit ¶ Neqꝫ tamen
negauerim quin harũ beatitudinũ talis
extiterit ſedulitas/vt ꝛ mutuo ſe iuuarẽt/
et om̃ibus in cõmune ſanctis inſeruirẽt.
Sed ita loqui p appropriatõem fas fue/
rit. ¶ Beati igitur ſancti ſancteqꝫ om̃es/
tot beatitudinibus olim circũſepti. Bea
ti prorſus/tali ſubſequẽtiũ ſeptenario cu
biculariarũ adornati/quatin⁹ nulla ſpur
cicia ſeterent/nulla calloſitate rigeſcerent
nulla inquietudine turbarẽtur. vt hic in
ſpe ſingulariter prediti in pace in idipm
dormirent et requieſcerent. et illic ſimul
dono ſentirent illud prophetici carmis.
Exultabunt ſancti in gloria letabũtur in
cubilibus ſuis. ¶ Et quis dabit nobis o B
viri fratres et patres. quis dabit exultare
hoc eſt extra nos quodãmodo ſaltare in
hac gloria/ꝙs letari in cubilibus noſtris
Aſſint vtinã igit iugiter inter nos ad obſe
quiũ noſtrũ ſeptem iſte cubicularie quas
ex euãgelio nominauim⁹/paupertas/ mi
titas/ luctus/eſuries/ iuſticie/miſericor/
dia/mũdicordia/pax. ¶ Felix plane qui
tali contubernio potuerit gloriari. Affir/
mo quia totus in exultatõe/totus in glo/
ria poſitus letabitur in cubili cõſcientie
ſue/replebitur cor ſuum iubilo. ꝛ gaudiũ
ſuũ nemo tollet ab eo. Quidni totus io/
cundet in cubili mundo/ in cubili molli
et placido/in cubili tranquillo et quieto.
Nihil plane letius bona conſciẽtia vel io
cundius atqꝫ ſerenius/cum ex aduerſo ni
hil horridius mala conſciẽtia/nihil con/
fuſius et inquietius inuenit. Exagitatur
quippe ſtimulis cupidinũ/miſeriſqꝫ mo
dis ſeſe rodit tepiditate. ſemp preſumit ſe
ua turbata conſciẽtia. ¶ Ve talibus qui
ſemper vel dum triſtãtur furiunt. vel iu/
xta ſapientem dum letãtur inſaniũt. Au/
di letam inſaniã/vel ſi melius dicat inſa/
nam leticiã. Letãtur inquit ſapiens cum
malefecerit et exultant in rebus peſſimis.
Qualis putas inſania eſt videre hominẽ
de cuius morte tractatur/laſciuire ꝛ geſti/
re/immo ꝛ vincula quibus ſtrangulentur/

inceſſanter operari. Tales ſunt qui iniq̄-
tatē meditātur in cubili ſuo. aſſiſtunt om
ni vie non bone. ¶ Ve cubili tali. quia fe
tens ⁊ ſordiduȝ eſt. quia ſpinoſum ⁊ aſpe
rum. quia nulla ex parte trāquillum. Ni-
bilominus q̄dem iacere ſuſtinēt in cubi-
li tali ſicut ſus in volutabro luti/ ſicut iu-
menta que cōputruerunt in ſtercore/ de q̄
bus item apud Job dicit̄ q̄ ſub ſentibus
delitias computāt. Qui deniq̄ȝ iam ſenti
unt in ſe illō maledictū propheticū Sub
ter te ſternetur tinea. Que tinea? Tinea
mordax praui deſiderij. Et operimentuȝ
tuum vermes. remorſus ſcilicet amariſſi-
mi peccatoꝝ. Jacet caro cū peccatore/ ⁊ te
terrimū fetorē illecebrarū eructuat. Jacet
mūdus/ et duros curarū aculeos ingerit
atq̄ȝ mordaces deſideriorū pulices multi
plicat. Jacet dyabolus/ ⁊ horridis fanta-
ſiarū errorū emulationū ambiguitatē ſpi
nis iter turbat. ¶ Pernicioſos nimirum
hos dixerim cubicularios animarū qui-
bus irrepentibus p ecclesiaſtica cubilia/
attracta eſt ſordidiſſima diraq̄ȝ diſſenſio.
conculcās omnia. om̄ia proterens. Sed
de hoc portentuoſo ſciſmate in ſacris ec-
cleſie cubilibus ſe verſante/ qualis vnq̄ȝ
ſermo pro rei indignitate ſufficiet enarra
re? Quanto cōſultius erat. (viri patres et
fratres) quanto iuſtius aduocare deū in
cubiculū ſuuȝ in cubiculū ꝯſciētie. quod
adeo coanguſtū et breue eſt (dicit ſermo p
pheticus) vt duos capere nequeat. Qua-
les duos? Sponſum ⁊ adulterum. deum
E et mundū. ¶ Jta pergebā declamare con
tra vanitates et inſanias falſas hominū
contemnentiū cubiculū proprie conſciē-
tie/ hominū alibi gloriā/ alibi leticie oleū
cum fatuis virginibus/ mira ſtoliditate
querētium. Cupiebam inſup ſpecialiori
deſcenſu/ tres orātium thalamos mora-
les conterere/ ſm tres ſtatus hominū q̄s
preſenti ſermoni videm⁹ intereſſe. Quoſ-
dam intueor incipientes ⁊ iuniores/ hos
appropriate monere conabar ad mundi-
ciam cubiculi ſui: quod conſcientiam ap
pellamus. nam in pueris nonne debȝ an
gelica puritas effulgere? Alij ſunt profici
entes ⁊ prouectiores his ſuadere conabar
molliciem cubiculi ſui quod eſt conſcien
tia/ vt et mites eſſent nō reſiſtentes malo.
⁊ contra crebriores illius etatis inſultus
per patientiam ⁊ miſeratiōem nō enerua

tam ſegnitiem fierent molliores. Deniq̄ȝ
reliquos aſpicio ſeniores et pfectos/ hos
magis decet quietū tranquillūq̄ȝ cubicu-
lum. vbi ſomno contēplatiōis in pace in
idipſum dormiāt/ corde in ſuperne viſio-
nis ſpectacula vigilante. Quale eſt illud.
Ego dormio et cor meū vigilat ¶ Jta in-
quam pgere meditabar. dum ſtudioſitas
ſpeculatrix aut affuit/ aut affuiſſe viſa eſt
que greſſum oratōnis noſtre retorqueret
ad ſupernos vnde ceperamus ciues regre
di ſuadebat. multa ſuper coꝝ ſtatu/ multa
ſuper eorū felicitate leticia et exultatiōe di
ligenter interrogās. ¶ Dic primo inquit D
ſi leticia ſanctorū. ſit eorū principalis bea
titudo. Principalem nō eſſe reſpōdi. ſed
ad beatitudinē cōſequit̄. que in clara dei
cognitōne et fruitiua eius dilectiōe conſi
ſtit quibus poſitis in anima bene diſpo-
ſita tanq̄ȝ conuenietiſſimis formis/ con-
iungentibus anime potentias ſupremas
cum obiecto ſumme cōuenienti cum om-
ni bono/ vt leticia et exultatio conſequat̄
neceſſe eſt. Laudat igitur ſanctos thema
noſtrum a ſue felicitatis effectu/ ſicut ibi
Torrente voluptatis tue potabis eos Et
ibi Adimplebis me leticia cum vultu tuo
Et ibi. Jntra in gaudiū domini tui Sic
et talia innumera. Ex quibꝫ prophetice
ſentētie cōſonis eliditur poſitio hominū
felicitatē in voluptate nō in dei cōtempla
tione ponentiū. Nam etſi felicitati volu-
ptas vel vt ſecurius dicamus iocunditas
adiuncta ſit/ non tamen eſt felicitas neq̄ȝ
finis noſter. ¶ Dic ſecundo. ¶ Si licet
operari dei mandata propter leticiā et de
lectatōnem quā omnes appetunt/ conſe-
quendā. Reſpondi non licere tanq̄ȝ pro
fine vel motiuo principali. Eſſet eni per-
uerſa ⁊ quodāmodo ſymoniaca aut adul
terina affectio. Secus dum deus eſt prin
cipalis finis intentiōis/ et delectatio ſecū
darius ſub hoc fine. quoniā vbi vnū pro
pter aliud/ iam non plures quodāmodo
ſed exiſtimat̄ vnus finis ¶ Dic tertiō Si
multo plures ex hominibꝫ preponūt ſpi-
ritualibus carnales leticias. Preponunt
reſpondi/ quoniā in guſtu corrupti ſunt
et quia ſpiritualiū guſtationē non ſatis
attigerunt. ¶ Dic quarto. Si par ſit in
om̄ibus ſanctis leticia et exultatio. queli
bet itaq̄ȝ ſm anſelmi deductiōem/ videtur
eſſe infinita/ dum quilibet tantum gaudet

de bono alterius ſicut de proprio/et ita p̱
reflexiones procedẽdo/reſultabit gaudi-
um ſine modo. Reſpondi delectatiões in
ſanctis et finitas eſſe et impares. Finitas
quidẽ ſicut anime ſubſtantia et ſua capa-
citas finite ſunt. Impares vero ſm diuer
ſas manſiones/et cubiculorũ hoc eſt con
ſcientiarũ diſpoſitõnes in gratia ac natu-
ra. Proceſſus autẽ Anſelmi/non de infi-
nitate formalis leticie locum habꝫ. ſed de
obiectali vel exemplari vel occaſionali
¶ Dic quinto. Si leticia ſanctorũ/ vici
ſim quandoqꝫ vel minuitur vel augetur.
Minuit vel augetur reſpõdi ſi fiat aſpe-
ctus ad leticiam ab accidentali beatitudi
ne conſequẽtem/vt de creaturarũ pulcri-
tudine gaudio bonitate ⁊ in aureolarum
coronatõne. Hoc intellexit doctor noſter
Jeſus dum ait. gaudium eſſe in celo an-
gelis dei ſuper vno peccatore penitentiã
agente. Similiter gaudium eſt ſanctis/
dum ex eorum imitatione dumqꝫ ex eorũ
predicatõnibus vel ſcriptis/ad bene agẽ
dum cõuertimur. Ita ergo nunc et alias
dum honoramus ſanctos/dũ precamur/
dum libros eorum legimus/ dum de eis
predicamus/ipos vtiqꝫ letificamus Pro
pterea grandis fiducia p̄ſtatur nobis/ꝙ
repulſam nõ patiemur dum quod maxi-
me cupiunt et quo delectantur/ petimus
oramus proſequimur. ¶ Dic ſexto. Si
triſtentur ſancti compatiẽtes malis no-
ſtris/quale eſt illõ angeli pacis amare fle-
bunt. Reſpondi non eſſe amplius in ſan
ctis dolorem/nõ luctum/paſſionem qui-
dem perdiderunt/et ſi non compaſſionẽ.
Poſſunt nihilominꝰ intelligi de noſtra
impietate triſtari. dum gaudio illo carent
quod de noſtra ſanctitate ſentirent. ¶
Dic ſeptimo: Si hic ſuper flumina ba-
bylonis in tanto tã qꝫ in certo damnatõ-
nis periculo/liceat quandoqꝫ gloriari ex-
ultare ⁊ letari Licet reſpondi ſed in domi
no cum tremore. Alioquin trepidatio ſi-
ne exultatõne miſera/et exultatio ſine tre-
E more ſuperba vanaqꝫ reputatur. ¶ Dic
octauo. Si pro viatoribus damnandis
orant Reſpondi orant/vel quia fortaſſis
eos damnãdos nondum ſciũt/vel vt mi-
nus mitiusqꝫ damnẽtur. et vt compaſſio
nis habere viſcera ſe demonſtrent. non-
dum enim obſtinati ſunt. nondum locus
deeſt remedij q̃diu icole ſunt i t̃ra q̃diu
ſedẽ tenꝫ miſericordia dñi ſuperexaltare po
tens iudiciuꝫ/ tamdiu fas eſt ꝯdemnãdũ
in terra iuſticie ad miſericordie curiã ap-
pellare. vbi preter humanorũ morẽ iudi-
ciorum/peccatorẽ abſoluit accuſatio pro
pria/propriaqꝫ ſaluat damnatio Si nos
ipſos iudicaremꝰ. nõ vtiqꝫ iudicaremur.
¶ Dic nono Si noſtras oratões ad ſan
ctos fuſas ipſi ſemper agnoſcunt: Agno
ſcunt reſpondi Hoc quippe ad ſuam glo
riam. hoc et ad beatitudinẽ ſaltem accidẽ
talem p̱tinere cognoſcitur. Hoc igitur fit
vel in verbo/vel reuelante orantis ange-
lo/vel alio tali modo. ¶ Dic decimo Si
tantũdem valeat orare ſanctũ aliquẽ mi-
noris meriti vt maioris/et vnũ ſicut plu
res. ⁊ cur dictum eſt/ ad aliquẽ ſanctoruꝫ
ꝯuertere. Hoc dicendũ eſſe reſpõdi. Quo
niam affectio noſtra / noſtraqꝫ deuotio/
nũc iſto/nũc illo modo/ nunc ad hũc nũc
ad illum ſanctũ/plus et plus accenditur.
quo fit vt commodi plus habeat oratio.
Addito ꝙ deus vult ſanctos ſuos quoſli
bet honorari/hũc in illa/ hunc in iſta gra
tiaꝝ progatiua. Deniqꝫ tãta charitas eſt
int̃ ſctõs vt vno orãte alij ſil̃r depcent. ſed
neqꝫ ad diuinã maieſtateꝫ/ nr̃a vilis indi
gnitas preſumere dꝫ accedere/ſine medio
domeſticoꝝ ſuorũ. quoꝝ orões/ ⁊ doctio
res ſunt ⁊ placidiores Vrget nihilominꝰ
q̃ſdaꝫ ad deũ ſine medio nonnũqꝫ accede
re. vel neceſſitas vehemẽs nõ hñs legẽ vel
charitas foras mittẽs timorẽ/nõ cogitãs
maieſtatẽ. ¶ Dic. xi. Si p̱ nobis orãtes
ſancti ſp̱ exaudiant. Exaudiunt rñdi. dũ
petimꝰ pie hoc eſt p̱ vtilibꝫ ad ſalutẽ ⁊ pro
nobis. ⁊ p̱ſeuerãter ⁊ in charitate Secus
non oportet/vt ſi petimꝰ t̃palia nocitura
aut p̱ alijs nõ ſe prep̱antibꝫ ad grãm. aut
ſi nõ ſumꝰ in gratia/vl' ſi nõ p̱ſeueramꝰ in
eadẽ ¶ Dic. xij. Si ſancti nobis orãtibꝰ
indulgentiã largiũtur: Largiũtur rñdi/
nõ quidẽ autoritatiue vt in terra ſummꝰ
põtifex/ ſed ĩpetratiue. excepto tamẽ chri
ſto ſummo capite noſtro/ cuiꝰ autoritas
principalis ſemp̱ eſt in indulgentijs. ¶
Dic decioterrio. Si ſancti feruẽtius orãt
pro illis quos in vita germanius dilexe
runt/ vt pro parentibus / et benefactori
bus. Cui queſtioni par eſt illa. An ade-
pta ſimul beatitudine ſancti tales inter ſe
magis q̃ extranei delectentur et exultent

Reſpõdi ꝙ gloria non tollit naturam ſed
perficit. Propterea nihil prohibet quin
ceteris paribus illud quod vtrobiqꝫ que
ritur contineat veritatẽ / ſic ꝙ ſancti pro
ſuis amicis magis orant / et eis ſaluatis /
cumulatius gloriãtur. ꝓ eis maxime qui
ſue ſaluationi / verbo vel exẽplo vel ope ꝗ‑
libet / cauſam prebuerũt / quẽadmodũ dã‑
nati ſuos acriori odio participes inſecta‑
F bunt. ¶ Dic. xiiij. Si de pena damnato‑
rum ſancti colletãtur? Colletãtur reſpon
di dum vidẽt vindictam. non quidẽ pro
afflictõne vt afflictio eſt / ſed vt ipſa iuſti‑
cie voluntatiqꝫ diuine cõformatur. Pro‑
pterea nihil ꝓhibet dicere / eos cognoſce‑
re immo viſitare poſſe localiter / penas et
gemitus ſtridoresqꝫ damnatorũ / quibꝰ
reſonãtibus cũ gaudijs ſaluatõis / fit car
mẽ amenıſſimũ / quale canebat pſalmiſta
cum ait Miſericordiã et iudiciũ cantabo
tibi domine. O armonia vere mirabilis
ſatis apprehẽſibilis / que reſultat canente
inferno tenorẽ iuſticie. ⁊ mollem cantum
miſericordie ꝑadiſo reſonante. ¶ Dic. xv
Si leticia ſanctorũ ex reſumptõe corpo‑
rum augebit? Augebit reſpõdi ſaltẽ extẽ
ſiue. ſed an intenſiue / ꝓbleuma eſt ad vtrū
qꝫ probabile. ⁊ habet ꝑs vtraqꝫ cauſas et
doctores. ¶ Dic. xvi. Si leticia ſancto‑
rum in ſuis corꝑibus / erit ꝑ ſenſatõem ex
trinſecã propriorũ obiectorũ. vt ꝙ viſus
delectat in lucidis ⁊ pulcris / tactꝰ in mul‑
centibꝰ guſtus in dulci et ſapido / ſimilit
de ceteris? Reſpõdi ꝙ principalis in cor
poribus glorificatis leticia / ab internis
conſciẽtiarum cubilibus emanabit. Fiet
quoqꝫ ex redundãtia beatitudinis anime
ad corpus ſua leta iocũditas ſua quadru
plex dotatio. Porro de ſenſatõibꝰ forinſe
cis nullam impfectõnis dicentibꝫ indigẽ
tiam / vt ſunt viſio ⁊ auditio / nihil prohi
bet illas exerceri / vt in decoris et armoni‑
cis corpus hilareſcat. Secus de tactu vi
detur ⁊ guſtu. quos vel ad nutritõem vel
generatõem ipſe nature deus / viantibus
ingeniauit. quanqꝫ impfectiõe ſecluſa ꝗs
audeat determiare quoſdã proprios horū
ſenſuum actus nõ ibidem reperiri ¶ Dic
xvij. Si cubicularie animarũ (ſic enĩ bea
titudines nomiate ſunt ſeptẽ) Si prete‑
rea ancille cetere quas virtutes cardina‑
les ⁊ theologicas dicimus: letificabũt cui
bilia animarũ in gloria? Hoc eſt querere ſi

beatitudines ⁊ virtutes oĩnes / in illa feli
citate manebũt? Non manebũt reſpondi
quantũ ad id quod impfectiõem ſonat ꝑ
vie ſtatu / vt ꝙ ſint moderatiue paſſionũ /
vel incõmodorũ toleratiue. vel expectati‑
ue futurorũ aut lucentes in ſpeculo ⁊ eni
gmate. Ceterum quo ad reliqua que deco
rem animarū quendã oꝑantur / illos habi
tus pulcerrimos remanere / ſicut non eſt
penitus improbabile. ſic nec eſt contẽtio
ſa temeritate ponẽdũ. ¶ Deniqꝫ quo ad
tres iſtas queſtiones vltimas proportio
nabiliter ſatis dici poteſt de horrenda tri
ſticia damnatorum ꝙ ⁊ augebitur per re‑
ſumptõnem corporũ vtiqꝫ fetidiſſimorũ
et omni cadauere viliorũ. Quodqꝫ ab in‑
tus ⁊ ab extra erunt in omni acerbiſſimo
cruciatuũ genere foris deuorati ab igne. ⁊
ab intus vt clibanũ ignis poſiti. Turpiſ
ſimis deniqꝫ vitiorũ habitibꝫ fedabũtur.
torquebũturqꝫ. nam et vermis eorũ non
moriet. et ſuperbia eorũ aſcendet ſemꝑ / ſe
furioſa rabie in omnipotentẽ erigẽs et i‑
pingens. ¶ Dic. xviij. Si delectabũtur
ſancti in gloria deũ oculis corporalibus
intuendo? Reſpondi eos corporaliter vi
ſuros fore deum in carne aſſumpta. quod
qualiter fieri ſimul poterit ab oĩibꝰ / mi‑
rãtur illi qui vel dei omnipotentiã vel ſta
tus illius nouã totam conſiſtentiã / non
aduertunt. Porro ſi vel iris multicolor /
vel imago ſpeculi videtur pariter a varijs
diſtanter. Non eſt inopinabile ſimilia de
corpore chriſti ponere in celo. quẽadmo‑
dum ſuo modo confitemur in benedicto
ſacramento. Quocunqꝫ demũ acies cor‑
poralis oculi ſeſe conuerterit / videbitur
deus omnia in oĩbus oculo ſane ſpiri‑
tuali non corporali ſicut deus in eſſentia
ſua non caro eſt ſed ſpiritus. ¶ Propo‑ G
nebat ſtudioſitas ſpeculatrix ampliora cõ
querere de ſecretis celeſtibus / etiam vſqꝫ
ad curioſitatem / vel inutilem vel inop‑
portunam. vt Si poſſit haberi leticia de
patre ſine filio. Si abſqꝫ pſonis de eſſen
tia Si de perfectõe vna eſſentiali vel idea
li abſqꝫ reliqua. Si viſionẽ quis habere
poſſet ſine delectatõne. aut delectatõem ſi
ne delectatõne conſequente. Si in acce‑
ptiõe dei libera ſtat principaliter beatitu
dinis certa iocunditas ⁊ iocunda eterni‑
tas? Si ſancti ſe poſſe dãnari cognoſcũt
ſicut ⁊ verū cognoſcere habent. quo pacto

in ſuis cubilibus ineffabili ſecuritate le/
tant. ¶ Si deus in beatis ſit eorũ formalis
nõ ſolum efficiẽs vel exemplaris vel obie
ctalis leticia. ¶ Tunc ego ad ſtudioſitatẽ
abi precor/precor abſiſte/tempus diſpu/
tandi ⁊ tempus inſtruẽdi. primũ in ſcho/
la/alterum in ſermone. ¶ Suffecerit hacte
nus tue importunitati paruiſſe/noli ea q̃
rere que vel impoſſibilia ſunt inuẽtu vel
queſitu ſupuacua/vel pro tempore ⁊ loco
parum idonea. Redeat ꝑmitte/ oratõnis
noſtre lãguidus iã et pene laſſus greſſus
a celis ad terras/a ſanctꝭ ad nos. a queſtio
nibus ad morales eruditiões. quanq̃ nõ
ſine moralibꝫ documẽtis multa queſiue/
ris. ¶ Ita ſtudioſitas ad ſe/ego ad me re/
dij. Protinus reſumere cogitaui tres cõ/
ſideratões intermiſſas. Unã de incipien
tibus. Alterã de proficiẽtibus. Tertiã de
perfectis/ſm tres conditiões cubiliũ ſan
ctorũ/in mundicia mollicie ⁊ quiete. qua
lia loq̃tur vox prophetici carmis. Exulta
bunt ſancti in gloria/ letabũtur in cubili
bus ſuis. Que fuerũt verba thematꝭ. ⁊c.
h ¶ Sequit oratio. Attẽdite ergo (ad vos
mihi ſermo eſt o pueri) ſi ex deo eſtis ver/
ba dei audite. Letificate ſanctos pudorẽ
diabolo facite. Non ſileo/ nõ quieſco. ſic
ſtudebo loqui: vt a vobis intelligar. Ni/
hil loquar amplius niſi ad vos ⁊ pro vo/
bis o pueri/habete partẽ veſtrã in ſermo/
ne/illam nolite repellere. Si frequẽter in
domibus veſtris/vt deceret/ inſtrueremi
ni de ſalute veſtra/ et puritate veſtri cubi/
culi quod eſt cõſcientia/ſi diligẽter incita
remini ad amorẽ xpiane religiõis/ docen
do ſepe: ad quid facti eſtis: ad quid tendi
tis: in quo periculo dãnatõnis eſtis: ego
facilius dimitterẽ vos ⁊ ſilerem. ¶ Dixi
iam/non ſileo/nõ quieſco/nolo ꝙ in futu
ro mordeatis naſum meũ. quid admira/
mini/quid aſpicitis: ſilueritis interim et
ſcietis que ſit hec parabola. Date quartã
partẽ hore verbo dei ⁊ honori ſanctorũ ⁊
ſaluti veſtre/qui nõ vnaꝫ horam nõ duas
ſed dies integros/ſed hebdomadas/fabu
lis ſepe datis. Aut certe recedant mali pu
eri/recedant diſcholi/recedãt perditi/ma/
neant boni quibꝰ loquar. Recedãt inquã
nõ teneo/non impedio/ aduertãt tamen
periculũ ſi ſine benedictõe finali diſceſſe/
rint. ¶ Denũcio vobis o pueri ⁊ adoleſcẽ
tes ingenui/denũcio vobis tria que ſerue
tis circa cubiculũ conſciẽtiarũ veſtrarum
Cuſtodite cubiculũ conſciẽtie veſtre mũ
dum in vobis vt ſitis mundicordes id eſt
mundi corde. Cauete ne ꝑ maliciã veſtrã
cubiculũ aliarum conſciẽtiarũ verbo ma
lo vel opere deturpetis. Uidete demuꝫ ſi
hec duo non ſeruaueritis. ſaltem poſt im
mũdicias lauate per luctũ penitentie ⁊ cõ
feſſionis. ¶ Sit in primis (o pueri) cubi/
culum conſciẽtie veſtre mũdum. vt tam re
q̃ nomine pueri id eſt puri dicamini. Eſto/
te ſimiles angelis dei/ſimiles innocẽtibꝰ
atq̃ virginibus. Et dum ſciẽtiam queri/
tis/ attendite ꝙ in maliuolã animã /non
introibit ſapiẽtia: nec habitabit in corpo
re ſubdito peccatis. Horret tale cubiculũ
coinquinatũ ⁊ fedum. Nolite perdere mũ
diciam innocẽtie. Notat enim Ambroſi/
us ꝙ innocẽtia facilius cuſtoditur/q̃ per
veram penitẽtiam ipſa iam perdita repa/
retur. Uidete ſpecula noua pulcra et niti
da/cito inficiũtur/cito maculãtur/ſed tar
dius emundãtur. Talis eſt etas puerilis
atq̃ virginalis/fedatur celeriter et frangi
tur/tardius emũdatur et ad integrum nũ
q̃ reparatur. ¶ Sed quid aget puer pro i
cuſtodia mundicie conſciẽtie ſue: Dicaꝫ
audite. Procuret ante omĩa a parẽtibus
ſuis vt collocet apud magiſtrũ bonũ ſan/
ctum pudicũ incorruptũ quod Oratius
maximũ reputat. Alioquin ſi magiſter nõ
ſit moroſus/et deuotus et de religione ſo
licitus/ ipſe plus nocet frequẽter moribꝰ
puerorũ q̃ proſit ingenijs eorum ſicut de
Archiloco dictũ eſt. Talis eſt lupus inter
pueros ouiculas/ non paſtor/ deſtructor
nõ inſtructor/corruptor/nõ corrector. ¶
Alterꝫ quod tu puer debes inq̃rere eſt bo
na ſocietas. Moneo ſemel ⁊ bis imo mil
leſies repetẽs monere nõ ſufficio. declina
o puer a ſocietate ꝑuerſorꝫ ⁊ imũdorꝫ qua
les teſte aplo regnum dei nõ poſſidebũt.
Sũpſit idẽ apls a gẽtili poeta. ꝙ corrũ/
pũt bonos mores colloq̃a praua. Si col
loq̃a q̃nto fortiꝰ ꝯſortia. Tales ſi tibi den
tur. accuſa. reuela. aut certe potiꝰ fuge q̃ re
mane. Nõ mẽtiebatꝰ ꝓpheta dicẽs Cũ ſctõ
ſctũs eris/⁊ cũ ꝑuerſo ꝑuerteris. Et iterũ
Habitauerũt int̃ gẽtes ⁊ didicerũt opa eo
rũ. Et metricus Unica praua pecꝰ inficit
oẽ pecꝰ. ¶ Eſt alia ſocietas o pueri quã a
vobꝭ fugiẽdã oñdo. Et q̃lis ẽ iſta ſocietas:
mala credite mihi mala valde ⁊ peſſiã iſta ẽ

demonis ſocietas. Cur audito miramini?
Nolite mirari qꝛ verũ eſt quod dicit᷑. aut
certe miramini ⁊ cauete. Scitote quoniã
demon manet habitat ⁊ iacet in lectis im
mundis malarũ conſcientiaꝝ quando ſi
ne labore ſunt ſine ſtudio ⁊ ĩ ocio. tũc eos
inducit cogitare vilia ⁊ turpia que verecũ
dum eſt nõ ſolũ facere ſed dicere. Hanc ſo
cietatẽ nequiſſimã diaboli fugitote ꝓcor
o pueri ¶ Sed queritis inter vos forte ⁊
dicitis. Quomodo fugiem⁹. Audite bea/
ti Hieronimi conſiliũ. Semꝑ aliq̄d bo/
ni facito. ne te diabolus inueniat ocioſuꝫ
Et rurſus Ama ſcientiã ſcripturaꝝ / ⁊ car
nis vitia nõ amabis. Credite nõ mihi ſꝫ
ſapienti. Quia multa mala docuit ocioſi
tas. Ipſa ꝑuerſa eſt doctrix imo ſeductrix
que ſufflat ignẽ furioſoꝝ deſideriorũ car/
naliũ aut venenũ nutrit infelicis inuidie
Sciebat hoc Oratius dũ ait. Si nõ in/
tendas ſtudijs et rebus honeſtis. inuidia
k vel amore vigil torquebit ¶ Dicit forſan
hic aliquis ex pueris. Ecce ꝑdidi mundi
ciã cubiculi mei vel ex propria vel aliena
malicia. q̄d mihi reſtat. quid ſupeſt? Pro
poſui iam et repeto / vide ſaltẽ ne dederis
cauſam in verbo vel opere ꝙ alius incubi
li conſciẽtie ſue maculet᷑ Hoc certe eſt offi
ciũ diabolicũ / ꝑdere ſocios ſuos. illos ſe/
cum ad damnatõem trahere Sufficiat ti
bi o quiſq̄s es immũdus / damnatio tua /
parce vite alterius. immo fame tue. immo
vite proprie ſi ſciretur. Cogita ꝓcor quã
tum potes / iterũ quoqꝫ atqꝫ iterum vehe/
mẽter recogita / quantũ diſplicet deo quã
tum in ſe ꝑuerſus eſt ⁊ malignus. quantũ
habet de periculo nunq̄ꝫ ſatiſfaciendi ple
narie puer ille qui cauſa eſt ꝑditionis tot
animarũ ex immũdo facto ſuo. dũ tamen
ſit vitiũ ſicut mala ſcabies de vno ad aliũ
immo ad alios forte decẽ forte viginti. for
te centũ / forte mille. Ille autẽ qui cauſam
primã dedit / quõ poterit tot ⁊ tales ad bo
num ⁊ ad mundiciã reuocare. quõ poterit
ſatiſfacere. quõ penitere? O ſi attenderẽt
omnes q̄ꝫ facilius eſt aliqueꝫ maculare et
in lutũ peccati proijcere. q̄ꝫ lauare. q̄ꝫ pur/
gare. et a malo retrahere ¶ Scit hoc ini/
micus noſter ille dyabolus. procurat igi/
tur tales adinuicem corruptões ⁊ con/
tagioſas feditates cognoſcens difficulta
tem plene poſtea penitendi Circa hoc de
bet eſſe magiſtroꝝ ſolicitudo ꝓcipua. ⁊ nẽ

pueri maligni / irrideant bonos et deuo/
tos ſub appellatõne hypocritaꝝ vel taliũ
nominũ. Tales non poſſent nimis acri/
ter verberari / immo ſi nõ deſiſtant debẽt
exterminari ab om̃i cõſortio meliorũ Cõ
paranť his qui fet⁹ in maternis vteris ſuf/
focant aut allidũt. ¶ Sed quid fiet eis /
quid agẽt in inferno damnat ex malo ali/
orũ cõſortio. vultis ſcire quid agẽt? Vlu
labunt acerrime pre rabie tormẽtorũ ma
ledicentes illis ⁊ clamãtes. Ve ve tali per
quẽ ego damnatus ſuꝫ maledictus ſit in
eternũ per quẽ crucior in hac flamma.
Narrat autor libelli de diſciplina ſchola/
riũ ꝙ filius quidã nobilis ciuis romani /
qui cõſumpſerat miſere ⁊ immũde iuuen
tutẽ ſuaꝫ / dũ duceret᷑ ad patibulũ ad mor
tem ſequebat᷑ eum pater ſuus flens Vidit
eum filius ſu⁹ / queſiuit vt oſcularet᷑ prẽm
ſuuꝫ. pater approximauit. ſed filius loco
oſculi / momordit ſibi naſum ⁊ eraſit Dũ
alij culparent ⁊ mirarẽtur / exclamauit. O
pater tu me ſuſpendis / tu me interficis. ſi
enĩ duꝫ me iuuenẽ (vt debueras) correxiſ
ſes / ego nõ veniſſem ad hãc mortẽ inho/
ſtam ¶ Hoc eſt o pueri quod añ notaue/
ram / ꝙ neqꝫ ego neqꝫ alij dum ꝑdicamus
neqꝫ magiſtri ꝑcipue / debem⁹ vos dimit/
tere quin moneamus ⁊ corrigam⁹ vos / ne
poſtmodũ mordeatꝭ naſos noſtros Hoc
dicebat quedã pia mater puerꝭ ſuis. Ego
taliter vos corrigã ꝙ non mordebitis na
ſum meũ ¶ Hoc habetur in libro de api/ l
bus. ca. xxx. ¶ Legi quendã magnũ virũ
narrantẽ de ſeipſo / ꝙ habuerat vnũ iuue
nem nobilem pudicũ ⁊ caſtum in princi/
pio ſed per maliciam vni⁹ magiſtri ſui / fu
it ſeductus ⁊ pluries monitus noluit tan
dem deſiſtere / ſed plus obediebat magi/
ſtro illi in crimine peſſimo q̄ꝫ amicis ſu/
is et deo. Quid euenit. Audite rem horrẽ
dam. Venerãt amici illius pueri in ma/
gna pompa viſitare eum. ⁊ dũ poſt cenaꝫ
retractis om̃ib⁹ ad cameras ornatas / duꝫ
puer eſſet in lecto ſuo / cepit horribiliť cla
mare et plangere. venerunt ad eum ſerui/
tores ſui et amici / ⁊ dum neſcirent cur cla
maret nec dicere vellet / aduocatus eſt de/
canus eccl̃ie ⁊ alij canonici. cõcitus ille ve
nit reſidet ad lectũ clamãtis / ſuadet ꝯfite
ri peccata. hortatur vt cõfidat in deo nõ
in homine. Hec cũ decan⁹ fortiter ei dice/
ret / tandem puer eum audiens / inſpexit

terribilibus oculis dicens. Ve illi q̄ me
ſeduxit. Ad quid ad quid ſup me diuinū
auxiliū inuocabo. Ecce iā video apertum
infernū. video p̄ſentes demones paratos
me rapere. Et cum om̄es vt ſe potiꝰ ſigna
ret inclamarēt/ ſigna te puer Ille quaſi ni
hil aduertens/ clauſit oculos. ⁊ auertit fa
ciem. ⁊ cum duris ⁊ miſerabilibus vocibꝰ
miſerā animā exhalauit ¶ Intellexiſtis
ne hoc exemplū terribile o pueri? Ad au
ditū eius nonne toti tremuiſtis. Nunq̄d
nunc vos etiā penitet? penitet eſtimo. ſ;
gaudete vos qui boni eſtis. Aliq̄d igitur
audire nō pigeat. Peto te o puer. ſi quis
induceret te ad comedendū carnes per to
tam q̄dragesimā ⁊ in die veneris ſancta/
quid diceres? nōne repelleres eum valde
velociter cū cachinno? Nonne oſtēderes
digito dicens. Videte q̄ malus eſt iſte q̄
peruerſus qui talia mihi dixit Et ipſe bene
miſer Et ego tibi ſecurus affirmo: ꝙ peio
res ſunt ⁊ peiꝰ faciūt illi de quibꝫ loquor
qui alios inducunt ad immūdiciā conſci
entiarū ſuarū quā ſi facerēt comedere car
nes in die veneris ſancta. Nolo plus ſpe
cificare. quia qui culpabilis eſt intelligit.
qui nō eſt culpabilis nō eget vt intelligat
niſi forte vt caueat ¶ Denuncio vobis o
pueri. fugite tales immūdos ⁊ plus fugi
te. plus horrete. plus odite/ q̄ ſi quererēt
interficere corpus veſtrū/ cultello euagi
nato vel male ſtrangulare. Plus eſt anima
q̄ caro. ⁊ vita ſpiritus q̄ corporis. Accu
ſate tales/ immo vi repellite. ſpuite cōtra
eos in faciē/ ꝯclamate cum beato Bernar
do. ad latrones ad latrones/ ad ignem ad
D ignem. ¶ Poſtremo ſi tu puer non ſerua
ſti mundiciā conſciētie in te nec in aliis/
ſaltē pēiteat te/ recurre ad lotricē optimā
ſc; ad luctum. Nihil eſt magis diabolicū.
nihil ita diſplicens deo/ q̄ poſt culpā nol
le penitere/ humanū eſt peccare/ diaboli
cum in peccatis ꝑſeuerare. ¶ Sed dices
ad quid peniterē ⁊ lauarē me/ video fragi
litatem meā/ ego protinꝰ ſtatim iterū ma
culabor? Noli ſic eſtimare frater. ſed fac qđ
debes ⁊ quod p̄cipit deus ſuccurret ipſe.
tandē miſerebit̄ ⁊ ſanabit/ quid ſcis quā
do morieris et quomodo. Quid ſi morte
ſubita. ſi repētina. Quero a te ſi laues ma
nus tuas/ ſi veſtes lineas. R̄ndebis. ita la
uo vel lauare facio Quero preterea ſi poſt
lotionē iterum maculant̄. Reſpondebis
ita. Lectū igit̄ conſciētie tue cur nō ſimili
ter emūdabis et ſi ſordidanda ſit poſteri
us? Sit tibi precor cōſcientia tua; carior
q̄ camiſia. Noli propter timorē futurāꝝ
macularū/ dimittere purgare preſentes ⁊
augere. Poſt penitentiā crede mihi ⁊ mi
nus erit de ſordibus ⁊ minus adherebūt
⁊ facilius abluētur ¶ Dices rurſus. O q̄
modo talia tam feda/ tā turpia peccata di
cerem homini viuēti. homini ſacerdoti.
Quid diceret? quid fieret? Plane diceret.
Parcat tibi deus. et te diligeret ⁊ celaret.
Si tantū times ſacerdotē/ cur nō ampli
us deum om̄ia videntē/ immo totā curiā
celeſte; ſemꝑ preſentē? Si times ſacerdo
tem bonū/ diſcretū ⁊ ſolum. cur nō magis
times ſocios pueros indiſcretos qui ni
hil celare ſciunt/ niſi quod neſciūt. et niſi
cui et q̄liter quid deberēt reuelare. Quid
meliꝰ eſt/ vel vt dicas nūc peccata tua vni
vel ꝙ exponātur in morte tua. vel etiā in
vita quādoq;/ omniū aſpectui Nōne faci
lius eſt hominibꝫ peccata ꝯfiteri q̄ cū de
monibꝫ ſine vlla miſeratōe torqueri. Si
dictū eſt tam fetidū tā horridū ⁊ abomia
bile. plenū factū obſecro/ quale putabit̄?
¶ At ſi dices velle; bene facere. vellē eſſe
mundus in cōſciētia vellē abſtinere a pec
catis. ſed neq̄o. Noli frater dicere nequeo
ſ; nolo. Certe potes. ſed nō vis iuuare te.
Quomō iuuare? Prio fugiēdo ociū. fugi
endo malū conſortiū. deniq; orādo ⁊ con
uertēdo te ad aliquē ſanctoꝝ. ſpecialit̄ ad
illam ſanctarū ſanctā. ꝑcutiendo pectꝰ exē
plo Hieronimi ⁊ dicēdo. ſancta virgo vir
ginū ora ꝑ me. adiuua me. mitte auxiliu;
refugiēti ad te. Deniq; exēplo anthonii et
hilariōis adoleſcentū increpa diabolū in
ipa temptatōe tua q̄ſi p̄ſntem. ⁊ dic ei. Pſi
de te ⁊ de temptatōe tua miſer diabole Ec
ce ego nō obedio tibi ¶ Plurime ſunt ta
les doctrine ꝑ mundicia cubilis ꝓprie cō
ſciētie ſeruanda. inter q̄s poſuimꝰ bona;
ſocietatē magiſtri ⁊ ſocioꝝ ⁊ famuloꝝ. oc
cupatōem in bono ſtudio ⁊ orōe. Fatiga
bo vos nō amplius o pueri. Sit tande;
noſtri finis ſermonis in oratōe ad deum
⁊ ſanctos ſanctaſq; omnes. vt taliter pa
remus hic cubilia conſciētiarū noſtraru;
in mundicia. mollicie ⁊ quiete per grām. ꝙ
eorum conſortes effecti exultemus ⁊ lete
mur in eiſdem cubilibus noſtris per glo
riam. Amen. ¶ Finis.

A **Sermo eiuſdez in eadem feſtiuitate: de om̃ibus ſanctis per thema. Beati qui lugent quoniã ipſi cõſolabuntur.**

Beati qui lugent/quoniã ipſi cõſolabũtur. Math.v. ⁊ ſentialr Luce.vi. et in euangelio preſentis celebritatis. ¶ Nos de beato luctu ⁊ cõſolatõne locuturi in hodierna celebritate ſanctorũ illorum a quorũ oculis abſterſit deus omnẽ lachrymã: ita vt nõ ſit amplius ibi luctus neqꝫ clamor. Te reginã inclitam ciuitatis hm̃oi ſanctorũ de q̃ glorioſa dicta ſunt/matrẽ inſuper illius qui eſt deus totius cõſolatõis inuocabimus pro gratia qua egemus impetrãda dicentes. Aue Maria gratia plena. ꝛc. ¶ Beati qui lugent quoniã ipſi conſolabũtur. Scribit vbi dictũ eſt. Propoſita hac celeſti ſtupendaqꝫ ſentẽtia/inſonãte hãc grãdi tonitruo ex ore diuinitatis in ſublimi monte eccl'ie/audierunt q̃plurimi altiſonam hui⁹ extraneiſſime ⁊ a ſapiẽtib⁹ mundi hactenus abſcondite doctrine tubam. Et quidẽ in omnẽ terrã exiuit ſonus eoꝝ. Auditam vero/non om̃es equa mẽte vno qꝫ iudicio cõprobarunt. nimirũ quot capita/tot ſententie/⁊ fides/dei donũ eſt ne quis glorietur. Audierũt eam om̃es ex om̃i natõe que ſub celo eſt quorũ plurimis nihil profuit auditus/non innixus fidei vt apoſtolus loq̃tur. ſed in depreſſiores ſue infidelitatis tenebras demerſi ſunt. Hi ſunt pagani/idolatre et iudei perfidi/qui quoniã foris ſunt ⁊ cõſurdeſcunt noſtris vocibus/nihil ad nos/eos deſerat ſermo noſter ⁊ ad xp̃ianos dirigatur. Dicatqꝫ Beati qui lugent ꝛc. ¶ Ecce autẽ apertis meditatõnis mee oculis/intueri videor plenas etiã xp̃ianorum om̃es aures hac ſententia diuina. Quis eni eſt xp̃ianus/cui hoc euangeliũ in eccl'ia nõ ſonuerit. Verbum hoc nihilomin⁹ ad mentales aures ſuas introrſus nõ equa profunditate ⁊ te-
D naci approbatõne reponitur. ¶ Pars eſt hominũ ſimpliciũ abſqꝫ eruditõne ⁊ literis/quos ſola autoritas in hac fide ſtabilit/nec vltra quicquã vel q̃rere vel intelligere ſtudent/morem diſcipulorũ pithagore in hoc tenẽtes. Satis hñt ſcire quoniã magiſter hoc dixit. magiſter chriſtus

Beati qui lugent quoniã ipſi cõſolabũtur. Apud tales/nõ ratiõibus ſed autoritatibus ⁊ exemplis agẽdum arbitror/quib⁹ ſufficiet inſinuare quoniã ſancti ſancteqꝫ om̃es quorũ hodie celebritas agitur/ad conſolatõem ꝑ luctum tranſierunt/patriarche/prophete/apoſtoli/martires/cõfeſſores/⁊ virgines. Quid iſtos dinumero/quãdo ⁊ ipm̃ caput omniũ xp̃z pati oportuit et ſic intrare in gloriam. Hos ego ad hiſtorias et legendas ſanctorũ. ad vitas patrum/ad originalia doctorũ luctũ collaudantia/iudico remittẽdos. ¶ Altera pars eſt xp̃ianorũ ſimil'r ſimpliciũ et nullius eruditiõis litteratorie. qui tamẽ pro cõſuetudine ⁊ gratia/exercitatos habent ſenſus ad hãc doctrinã cupientes ex intimis anime precordijs. qui experiẽtia doctrice ſentiũt ⁊ pregustãt hoc donũ celeſte et toto cordis aſſenſu/toto mẽtis iubilo eunt in hanc ſentẽtiam Beati q̃ lugent ꝛc. Tales ſunt in ſchola deuotõis/doctrina affectõnis edocte pſone. quib⁹ lachrymabilis iugiter eſt hec vallis lachrymarũ. q̃ dicũt cum pſalmiſta Renuit cõſolari anima mea. memor fui dei ⁊ delectatus ſum. Et rurſum delectãter dicunt cum eodem. Scd'm multitudinẽ dolorũ meoꝝ in corde meo: cõſolatõnes tue letificauerũt animã meam. Quemadmodũ dixiſſe legitur beatus Bernard⁹. Multi vident cruces noſtras. qui nõ attendũt conſolatões noſtras. Et apoſtol⁹ dixit. Quaſi triſtes ſemper autẽ gaudẽtes. Apud iſtos quos vnctio docet. quos experientia erudit. inportunũ nimis ne dicã temerariũ cenſeri deberet ſi aperirem os ad docendũ. a quib⁹ vtinã mererer erudiri ¶ Alios pterea cõſidero ex xp̃ianis inflatos ſapiẽtia nõ q̃ de ſurſum eſt ſobria ⁊ pudica. ſꝫ terrena aĩali et diabolica ⁊ carnali. vitã pecudũ eligẽtes/q̃ fere nihil de hoĩe pter figurã retinẽt. intus ferrea ſunt oĩa Ipſi dũ has beatitudines auribus recipiũt. animã intrinſecus ſurdã habent. aut ita pro egritudine peccatorum miſerabiliter cõturbatam/ꝙ dicunt opere etſi nõ forſan ore. Durus eſt hic ſermo ⁊ quis poteſt eũ audire: Nempe ſapientia terrena diuitijs inhiat. Propterea nõ beatos ſed infeliciſſimos plane pauperes predicat. Sapientia diabolica eſt ſuperbia indignans et auſtera. Ipſa beatos mites quomodo iudicaret/et

non potius viles ⁊ abiectos? Sapientia
animalis tota illecebris vacat/ducit ī bo
nis dies ſuos/ cuius vox eſt ſapientie .ij.
Exiguū ⁊ cū tedio eſt tempus vite noſtre
Talibus obſecro quando ꝑſuaſum eſſet
eos beatos eſſe q̄ lugent ⁊ nō miſerabilio
res oīmibus hominis. Quāobrem iſtud
perditū ⁊ cecum gen⁹ xpianorum. ⁊ xpia/
norum nomine/non xpianorum cōuerſa
tione relinquam⁹/ tanq̄ indiſciplinabi/
les ⁊ impꝑſuaſibiles ad hanc clauſā eis di
P uinā lectōem. Beati qui lugēt ⁊c. ¶ Su/
pereſt ad extremū aliud genus hoim/qui
nō ſunt idiote vt primi ſed luminibꝫ tam
ingenij q̄ conſciētie eruditōnis ſciētifice
colluſtrātur. Qui et ſi nondū guſtauerūt
donū huius btītudis velut illi ſimplices
de ſecundo ordine. attamē eoꝝ vita alie/
na eſt ab his vitijs quibꝫ obſtinate corru
ptos mox eſſe diximus illos de tertio or/
dine. Credūt inſup vt tandē intelligant/
hoc eſt/ꝑſuppoſita religiōe philoſophan
tur/quoniā ꝑſuaſum habēt niſi credide/
ritis non intelligetis. Qđ notauit Plato
dum ait in Thimeo. Sumendū eſſe cō/
pendiū ex credulitate Iſtos tales (qualiū
magnus eſt hic numer⁹.) nūc alloq̄ndos
eſſe decreuimus/q̄bꝫ nō ſolā dicentis au/
toritatē que tamen abunde ſatis eſſet/ſed
rōem certam ⁊ philoſophicā afferre confi
dimus/per quā iam nō ſolum credāt/ ſed
etiā intelligāt huius mirande ſublimiſq̄
doctrine veritatē. Beati qui lugent ⁊c. ¶
Hoc faciem⁹. (ſi quidē ꝑmiſerit deus) ad
Ciceronis imitatiōem in paradoxis. mi/
nori certe eloquētia/ ſed pari varietate. et
(vnde glorior in domino) maiori fide Fa
ciemus inquā: tum ad cōſolatiōem noſtrā
quatin⁹ fides in intelligētiā migrans/lu/
cidius emicet/tum ad cōcludendum lin/
guam magniloquā eoꝝ qui ſe dici philo
ſophos volunt nec ſunt. quoniā dū a re/
ligione putant ſecernere phiam/vtrumq̄
perdūt. qui verbū diuine noſtre fidei/ cō
munibus verboꝝ panniculis inuolutū
vel faſtidiūt ob ſimplicitatē (ſicut eis vide
tur) ruſticam ⁊ anilem vt q̄ lugere vel fle/
re iubeat/vł de opinabili fallacitate crimi
nātur/ nō capientes/ quo pacto ex luctu/
ſuum gignat contrarium quod eſt cōſola
tio/nec ꝑinde concipiūt. beatos ⁊ cōſola/
tos eſſe lugētes ¶ Et quoniā tres collati
ſunt in themate termini pⁱcipales btītu

do luctus/ conſolatio triptita erit ſermo/
nis noſtri fabrica. quia ſuper quēlibet ex
termis edificiū noſtre ratiocinatiōis fun
dabit ⁊ excreſcet. Dicem⁹ quoq̄ breui⁹ q̄
tanta res expoſtulat. quoniā in ſcholaſti/
co exercitio ⁊ in verbo ad populū/latiori
ſermone ſup hoc deo ꝓpiciāte tractabim⁹
Rimā exorſurus fabricā in hoc Q
P nomie beatitudo/recogito q̄ oēs
qui de beatitudine hominis/phi
loſophica rōne ꝑſcrutati ſunt: conſtitue/
runt eā in contēplatiōe prime cauſe/ſicut
peripatetice ſchole inſtitutor Areſtotiles
docuit. primo ⁊ .x. eth. ¶ Aut poſuerunt
eam in virtute vel bono honeſto. ⁊ in vi/
uendo cōſentanee rōni ⁊ nature. In qua
ſentētia ſchola ſtoicoꝝ ⁊ quorundā acha
demicoꝝ concordat ¶ Aut deinceps col
locauerūt eam in adeptōe boni vniuerſa/
lis ſepati. quēadmodū Plato. ſuiq̄ ſecta/
tores ¶ Aut poſtremo dixerūt beatitudi
nem hoīs eſſe animi voluptatē ſeu tranq̄l
lam pacē/cuius fuiſſe videt Epicurus il/
le: cuius Seneca crebre cū ſumma vene/
ratōne meminit in epiſtolis ¶ Nam Epi
curus alter quiſquis ille fuit. ⁊ Ariſtipp⁹
et Sardinapalus ⁊ ſordid⁹ Machome/
tus qui in corporeis voluptatibꝫ huma/
nam beatitudinē detrudere conati ſunt.
Ipſi certe nō philoſophi nec inter phos
annumerādi ſunt. ſed porci vocādi ſunt/
q2 beatitudinē nō hoīs ſed pecoris deſcri
pſerunt Illi ſimilr a phica ratōne procul
abſcedūt ⁊ ab eadē validiſſime ꝯfutant. q̄
diuitias. q̄ potentiā. q̄ gloriā. q̄ ſcientiā. ⁊
vniuerſalr bonū aliquod tale fortuitum
fragile ⁊ caducū. homini ꝑ beatitudie ſta
tuerunt. Quippe his oīmibus ad votum
fluentibus. reperire eſt hmōi hoīem: non
dicam nō beatū. ſed plane nequiſſimū. et
ſupra beluinā ſeueritatē vel feritatē. nocē
di malignitate ꝑuerſum. Deniq̄ hec oīa
fortune bona: etſi decorē ⁊ ornatum quē
dam extrinſecū felicitatis humane. pūta/
re ⁊ ꝑficere dicant ab Areſtoti. ipſa tamē
ad componendū veꝝ ⁊ extrinſecum hoīs
bonū. nullaten⁹ exigunt. Notauit hoc ille
qui ex incendio vrbis fugiens. oīmia ſua
ſecum ferre dixit ¶ Hec igit in ſumma eſt R
phantium de homis beatitudine quedā
partita traditio. In cōtemplatiōe prime
cauſe. in honeſto vel virtute. in bono ſepa
to. In animi voluptate ſeu conſolatōne

Quartū apparens varietas(ſi nō me fal-
lit iudiciū) in vna cōnectit̃ cū conceptio-
ne ſeu dignitate per ſe nota/quam Areſto
tiles lucidius expoſuit/ ꝙ beatitudo ho-
minis ſita eſt in cōiunctōe optime poten
tie humane cū optimo obiecto ſuo. Vir-
tus enim rei cuiuſlibet ⁊ ſua quedā beati
tudo vt penes ſummū quod in ea eſt q̄n-
tificetur neceſſe eſt/ quēadmodū beatitu-
do oculi eſſet eius cōiunctio cum ſumme
pulcro ſibi pꝛopoꝛtionabiliter oblato At
nota qualis eſt optima potētia humana
niſi ratio. qua ſola/pꝛeſtātioꝛ eſt homo ce
teris animalibꝰ Obiectū preterea optimū
quale aliud aſſignabit̃ q̄ʒ ipſe deus gloꝛio
ſus/cuius ratio capax eſt. ⁊ quo nihil ma
ius a ratione poteſt intelligi. Quare ma-
nifeſtū eſt/ q̄ʒ eleuare Areſtotiles beatitu-
dinem hominis eſſe pꝛobauit cōtempla-
tionē pꝛime cauſe. Conformiter ad illud
Auguſtini dictum. Viſio eſt tota merces
fundatū videlicet in verbo xp̄i. Hec eſt vi-
ta eterna vt cognoſcāt te verū deū ⁊c̃. In-
telligimus vero contemplatiōem nō nu-
dam cogitatōeʒ de deo ſed cognitiōem cū
amoꝛe. Alioqui ſi dilectōem a cognitōne
ſepaueris/non iā ibi contēplatio/ tā dicē
da eſt q̄ʒ curioſa quedā inueſtigatio/ aut
cogitatio vaga fructu carens atqꝫ ſenſu/q̄
les habuerunt quos inculpat apoſtolus
cognouiſſe deum ⁊ eum nō ſicut deū glo-
rificaſſe/pꝛopterea euanuiſſe in cogitatō-
nibus ſuis. Ecce vanitatē cogitationum
ſi gloꝛificatō ſecludatur. ⁊ datos fuiſſe in
repꝛobū ſenſum/ quales multos flemus
noſtris tempoꝛibus ¶ Poꝛro locutōnes
ceteroꝝ phoꝛuʒ/quanq̄ʒ diuerſo calle ver
boꝛū incederent/in eandem iudicio meo
ſententie finem cōueniunt. Nam bonum
ſepatum quod plato poſuit/cuiꝰ adeptio
ne beati dicimur ⁊ ſumꝰ. nihil aliud a deo
poteſt intelligi qđ adipiſcimur cogitādo
et amando hic in enigmate ⁊ inchoatōne
quadā impfecta. tandē facie ad faciē ple-
nitudine cōſummata. Rurſus ſi ſtoicoꝛū
et achademicoꝛū ⁊ epicuri p̄nominati po
ſitionē reſoluamꝰ/inueniemꝰ ꝙ nulla vir-
tus eſt/nulla honeſtas ſpecioſioꝛ nulla vi
ta plus cōſentanea nature atqꝫ ratiōi. ſed
nec aliqua opatio voluptuoſioꝛ eſt. aut ſi
verbū voluptatis nimis molle iudicatur
nulla delectabilioꝛ/ q̄ʒ ſit opatio optime
potentie homis coniūgens eam cū opti-
mo obiecto ſuo quod eſt deꝰ/ hoc vero fit
dum ipſum ratio cognoſcit et cognoſcēs
amat/ ⁊ in cognito amatoqꝫ/ tanq̄ʒ in fi-
ne ſuo ⁊ centro q̇etatur. ¶ Ecce habetis
omnē de beatitudie philoſophica pſcru-
tatiōem/que ſup vno cardine voluitur et
vnitur. ad cuiꝰ noticiā. chꝛiſtiana religio.
compēdioſa fidei traditōne ducit. qđ effi
cere philoſophica diſputatio vix lōgo cir
cuitu quaſi palpando ⁊ innitendo valuit
nec pfecte tamen valuit nec ſtabiliter nec
ſincere. Hic p̄clariſſime dictū eſt ab aplo
ꝙ quia mūdus in dei ſapientia deū nō co
gnouit ſupple cognitōe que p dilectōem
opatur. Et intellige ꝙ hic apoſtolus ſm̄
diſcipulū eius dioniſiū/philoſophiā ap
pellat dei ſapientiā immo ⁊ reuelatiōem.
Deus inquit reuelauit eis Placuit ei per
ſtulticiā pꝛedicatōis. hoc eſt per compen-
dium credulitatis ſaluos facere credētes.
Non ꝙ philoſophia inutilis aut falſa ſit
quippe que eſt dei ſapiētia ⁊ reuelatio. nō
ꝙ vere religioni aduerſa. nō ꝙ in articulo
quocūqꝫ cōtraria ſicut velle demōſtrare p
poſitū eſt. ſed quia hoīes bono dono ma-
le et temerarie vſi ſunt ⁊ alia ratōe. vt ad fe
licitatis beatitudinē ſine ratōnatiōe ſine
fluitatōe ipſos etiā ſimplices ⁊ idiotas ve
nire liceret fidei pede fulcitos. Deniqꝫ ne
gloꝛiaret̃ ante deum ſtulta p̄ſumptio om-
nis carnis.

His pꝛo pꝛimo fun
damēto poſitꝭ. ⁊ viua veritatꝭ calce agglu
tinatis. quadruplici etiā ꝯſideratōe iſtar
quattuoꝛ laterū. ſupedificare fas habemꝰ
¶ Pꝛima conſideratō. Quia dei ꝯgnitō
perfecta nequit haberi per ſenſus ſolos.
Alioquin bruta eſſent dei capacia. ſi nr̄e
beatitudinis eſſe volumus participes vt
a ſenſibilibꝰ ad ſpiritualia ꝯuertemur: ne
ceſſe eſt. ¶ Iſtud eſt inter Platonis do-
gmata pꝛecipuū. aduertēduʒ eſſe ſcʒ a ſen
ſibus faciem noſtre mentis. Omnia niſi
ad ſenſum referre. eſt pꝛopꝛium pecoꝛis/
et certiſſimum veritati inueniende affert
detrimētum. Huius ſententie pluries me
minit. Cicero Et Auguſti. ex ea pulcerri
mum illud volumen de vera religione cō
texuit. ¶ Animam itaqꝫ noſtram intelle-
xerunt Philoſophi factam eſſe/velut in
oꝛizonte duoꝛum mundoꝛum. ſpiritua-
lis/ et coꝛpoꝛalis. Cuius facies dum ad

corporalia conuertit/fit quodāmodo craſ
ſior nubilior ⁊ hebetior ad intuendū cele/
ſtia. ⁊ deprimit terrena inhabitatio/ſenſuꝫ
multa cogitantē: inquit vnus ex phis he/
breorū. cui conformis eſt ſermo poete. vi.
Eneidos. Terreneqꝫ hebetāt artus mori/
bundaqꝫ membra. Poeticū etiam inuolu
mentuꝫ de hauſtu lethei fluminis/ad hoc
tendit. ¶ Scd'a conſideratio. Preſuppo/
ſita rationis aggrauatōne ꝑ peccatū: auer
ſio a ſenſibilib⁹ ad ſpūalia cogitanda/fieri
nequit/abſqꝫ luctu ſeu triſticia. Haud ma
gna in hoc loco ratiocinatione op⁹ exiſtit.
vbi quotidiana expientia/plusqꝫ ſatis eſt
hanc eloquit veritatē. Quippe/mortifica
tio ſenſualitatis/pugna vicioꝝ/virtutum
victoria: fugere voluptates: triſticias eq̄ni
miter ꝑpeti: et ſimilia humane militie ſti/
pendia: nōne luctū ſuū/ſaltem ab initio ſe
cū ferunt: Ferunt vtiqꝫ. Attamen ſine iſtis
nunq̄ ad ſyncerum ⁊ puriſſimū veritatis
prime lumē ſcanderem⁹. nunq̄ ſurſum ra
peremur. ⁊ illic rapti ſtarem⁹. nec reſpōde/
remus veraciter hortanti eccleſie ſurſum
corda: habemus ad dominū. Quādo ⁊ q̄/
liter obſecro forti cōtritione leuarem⁹ nos
ſuper nos. dum iniquitas ſuper talentum
plūbi ſedens/nos in ima deprimit. inſtar
poete more ſiſiphi. dum cōquerimur cum
ꝓpheta. Quoniā iniquitates mee ſupgreſ/
ſe ſunt caput meū ⁊c. Dū poſtremo multi
tudine noxiorū deſideriorū ⁊ volitantiuꝫ
cogitationū inſtabilitate/ acies noſtre mē
tis vndiqꝫ confundit impedit ⁊ turbatur:
Et hanc Areſto. quāqꝫ ſue originis igna/
rus notauit vbi dixit aliquid eſſe in nobis
quod aduerſat rationi. ꝓpterea tractatur⁹
de noſtra beatitudine ipſe de luctuoſitate
paſſionū moderāda per virtutes/prius do
cendum eſſe neceſſario indicauit. ¶ Ter/
tia conſideratio. Beatitudo noſtra eſt de
numero delectabiliſſimorū. imo delectabi
liſſima. Hoc ipſum dicere ratio compulit
Areſtotelem primo et. x. Ethicorum. Ha/
bebatur quoqꝫ pro oraculo apud veteres
vt infra latius docetur. In ſanctis propte
rea quorū hodie celebritas agitur experiē
tia multiplex illud certum facit. Quod in
ſuper ſub altiſſimis conſiderationib⁹ ⁊ ſa/
pientum allegationibus/initium ſumme
communis de virtutibus/ manuducit.
¶ Quarta conſideratio. Veram ⁊ plenaꝫ
conſolationem/ſicut nec veram beatitudi
nem/vita humana prius habere non po/
teſt abſqꝫ luctu. Perſpicuum eſt hoc ſequi
ex ꝓmiſſis. Propterea licet iam non ſoluꝫ
credere ſed etiam intelligere. Quoniā bea
ti qui lugent ⁊c̄. Et hec de prima radice. ex
qua/termin⁹ iſte beatitudo/germinat hāc
veritatis ſegetem/beatos et conſolatos eſ/
ſe lugentes.

Uge pergamus vltra ad ſecundā
noſtre orationis fabricam. quam
fundabit terminus iſte luctus. At
tamen ne perpendicularem noſtri edificij
regulam conturbet equiuocatōnis irregu
laritas. deſcribendū eſt quid eſt luctus q̄d
conſolatio. Naꝫ inuenietur luctus malus
nihil ad beatitudinem conferens nec affe
rens conſolationē que bona ſit. Hoc ſen/
ſit qui dixit. Triſticia ſeculi/mortem ope/
ratur. Cum prius dixiſſet. Triſticia que
ſm deum eſt penitentiam in ſalutem ſtabi
lem operatur. ſecunda ad Chorinth. vij.
¶ Luctus ⁊ conſolatio ſub vna acceptio
ne generali due paſſiones ſunt ille due cō/
trarie quas aliter nominamus dolorem ⁊
gaudium. que complectuntur in ſuo gene
ris ſinu paſſiones omnes reliquas enume
ratas a pho ſecundo Ethicorum. ⁊ ſecun/
do rhetorice. et a poeta. vi. Eneidos. et ab
alijs alibi. Conſequuntur autem paſſio/
nes iſte due luctus et conſolatio vel dolor
et gaudium ad duas rationes obiectalis
generalis et extremas. Quarum vna eſt vt
boni conuenientis. et altera mali diſcon/
uenientis. ¶ Deſcribitur hic luctus hoc
modo ſumptus. Luctus eſt vitalis ani/
me motus/ſurgens ex apprehenſione ob/
iecti vt diſconueniens eſt. Cuius effectus
eſt (preſertim ſi ſit in ſenſu) cōſtrictio. qui/
dam horror et fuga et reniſus. Eſt autem
ratio diſconuenientie/diſproportio leſiua
armonie et vnitatis debite. Elucidationē
harum deſcriptionū cum deductione om/
nium paſſionum ad has duas/querat cui
libuerit. ij. Ethi. et rhetorice cum notatis
per commenta. ¶ Deinde quia tripliciter
dicitur bonum pro delectabili. pro vtili. ⁊
pro honeſto. Et ſimiliter malum ex oppo
ſito. pro triſtabili. pro nociuo et pro inho
neſto. Poſſemus conformiter ad has ra/
tiones obiectales boni et mali / multipli/
care ſermonem de luctu et conſolatione ꝑ/
ut conſurgunt mediate vel immediate/ ex
apprehenſione boni et honeſti vel mali

ſnboneſti.⁊ hoc duplicit̃er.in actu vel ĩ ha
bitu.Hoc quippe modo luctus ⁊ conſola
tio ꝓprie ſunt aĩe rationalis⁊ ad ſenſualita
tem nõ niſi ordinate ad ratione͞ ſpectant
ſicut nec obiectales honeſti ⁊ inhoneſti ra
tiones. ❡ Dicamus igit̃ ꝙ luctus in ꝓpo/
ſito ⁊ ꝓut dicit̃ beatitudo nõ quide͞ forma
liter ſed qꝛ ꝯmunicat beatitudine͞ hic ĩ via
vel quia ducit ad eam. habet ſic deſcribi ꝑ
habitu. Luct⁹ eſt habit⁹ anime gratioſus/
quo inclinat̃ fugere ⁊ horrere obiectũ/ſub
ratione mali inhoneſti ⁊ diſconuenientis
apprehẽſum. Apprehẽditur vero obiectũ
vt inhoneſtum tripliciter.aut formaliter ⁊
ſic eſt deformitas.aut ſecũdo cõſecutiue qꝛ
eſt effectus culpe ⁊ reliquie eius. ſicut rea/
tus pene ⁊ macula ⁊ offenſa.aut tertio oc/
caſionatiue.quia ad culpaꝫ inductiuũ eſt.
aut vt ab honeſtate diſtractiuuꝫ. vt noxie
temptationes ⁊ rebelliones ſenſualitatis.
Ratio aũt diſcõueniẽtie inhoneſte/eſt vio
latio modi ſpeciei ⁊ ordinis. vel nũeri põ/
deris ⁊ menſure.vel vnitatis ſpẽi ⁊ bonita
tis in libero arbitrio vt arbitriũ eſt. Vio/
lentat̃ inſuꝑ modus ⁊ mẽſura ⁊ vnitas in
libero arbitrio.duꝫ ipm̃ non inſeqͥt̃ mo/
tione͞ dei vt efficiens eſt. Violentat̃ ſpẽs⁊
numerus.dũ non ꝯformat̃ cauſe ſue exem
plari. Violentat̃ aũt pondus ⁊ ordo ⁊ bo
nitas.dum nõ inſequit̃ motione ſue cauſe
finalis. Per oppoſitũ ſumit̃ ratio cõueni/
entie honeſti. ❡ Par eſt deſcribere conſo/
lationem. Conſolatio ꝑ habitu eſt habit⁹
anime quo inclinat̃ amplecti quodãmo/
do ⁊ vnire ſibi obiectum ſub ratione boni
honeſti ⁊ cõueniẽtis apprehenſum. Et di
citur ſimiliter honeſtuꝫ tripliciter. vel for/
maliter vel cõſecutiue vel efficiẽter ⁊ diſpo
ſitiue. Has deſcriptiones neqꝫ fingim⁹ ne
qꝫ ſola fide ſupponimus. Quoniã ex phi/
loſophica traditõne fundata in his q̃ nos
docet experientia poſſunt elici vallariqꝫ. Ex
quibꝫ quid ſit luctus ꝑ actu.quid conſola
tio actualis liquidũ eſt. Nam luctus ⁊ cõ/
ſolatõ actuales ſunt vitales motus animi
in talibꝫ habitibꝫ procedentes.

a **Facto et ordinato**

hoc deſcriptionũ fundamẽto ſuꝑaddam⁹
quaſdã literales conſiderationes. ❡ Pri
ma conſideratio eſt iſta. Luctus qualem
deſcripſimus eſt conſolationis inductiu⁹
Ita ꝙ qui lugent eo ipſo conſolant̃. vt ve

rum fit ad litteram. Triſticia veſtra verte/
tur in gaudium. Habemus mediũ in om/
ni demonſtratione efficaciſſimum diffini
tionem ſcilicet ad hoc oſtendendum. Om
nis quippe apprehenſio obiecti vt hone/
ſtum eſt ⁊ cõueniens/ eſt conſolatoria. ſed
apprehenſio huius luctus eſt honeſti ap/
prehenſio ⁊ conuenientis. ergo eſt conſo/
latoria. Maiore preſuppoſita ex diffinitõ
ne.minorem facile eſt deducere ex ꝗꝫpluri/
mis conditionibꝫ honeſtis luctui attribu/
tis. Luctus quippe iuſtus eſt et deo acce/
ptus/tanꝗꝫ reddens deo quod ſuũ eſt. vel
dum punit peccata in ſe et in alijs deo odi
oſa. vel ab offenſarũ diuinarum reliquijs
aut occaſionibꝫ/liberari deſiderat. ❡ Se
cunda conſideratio. Non eſt inopinabile
ſm̃ eãdem animã ſimul ⁊ ſm̃ idem/diuer/
ſis tamen reſpectibꝫ lugere ⁊ conſolari in/
ſtar xp̃i. Si enĩ concedimus animã ſimul
intelligere recte ⁊ reflexe/ et de iudicio ſuo
formidoloſo certitudinaliter iudicare/ nõ
videtur repugnantia ꝙ de luctu actuali tã
ꝗꝫ de obiecto/ſimul habeatur actualis cõ/
ſolatio. Nec aliquid apparet obſtare niſi
ꝙ motus horum actuũ ſunt ad cõtrarios
effectus. vnus ad fugam. alius ad ꝓſecu/
tionem. vnus ad dilatationem cordis.ali⁹
ad conſtrictionem. Sed hoc vltimuꝫ de
luctu et conſolatione/in ſenſualibus verũ
eſt ita ſe habere. in ſpiritualibus forte non
eque. Cuius rei ſatis videntur experientiaꝫ
dediſſe ſanctorũ plurimi/quorũ vita cum
in luctu cõtinuo eſſet. facies tamen ſerena
et iocunda et inter medias lacrimas mira
leti hominis ſuauitate ⁊ tranquillitate re/
ſperſa fulgebat vt in Martino. Dat exem
plum climacus de puero ſimul flente ⁊ cla
re ridente. Et venerabilis Richardus tra
dit in eodem homine ꝯtemplatiuo/ſimul
eſſe raptũ mentis ad diuina exemplo moy
ſi poſiti intra caliginem in monte/⁊ ſimul
fieri rebellione͞ in ſenſu more idolatrantiũ
in valle. Ad hoc poteſt trahi illud de enea
Mens immota manet.lachrime voluun/
tur inanes. ❡ Vel dicamus. vt omnis ca/
lũnie tollat̃ occaſio. ꝙ luctus ⁊ conſolatio
eandem animã tanta celeritate alternatim
inuicem afficiũt/quantã diſcernere nõ va
lemus. Et ꝯſequẽter ponet̃ motus cordis
quaſi tremulus ⁊ mixtus ex conſtrictione
et dilatatione. forte ſimilis motui cãpane
dum tremit. ⁊ corde cithare dnꝫ reſonat.et

ſta mirabilis armonia fit in corde noſtro
ex hac mutua percuſſione luctus ⁊ conſo/
lationis/ qualem armoniam explicare ſi/
cut difficile eſt ita experiri facile. Hūc tre/
morem notabat exhortatio ꝓphetica exul/
tare iubens deo cū tremore. Exultatio ꝗ̄p
pe ſola dilatādo facile euaneſceret. ſi luct⁹
reprimens nō induceret hunc tremorem:
Quo tremore tandē exercitata anima/ mo
re alaude volitando cantantis/ cadit in fe
licem ſpaſmū. et in illam extaſim rapit᷑ vbi
dicat cū ſilentio Bonū eſt hic nos eſſe. Et
illud. In pace in id ipm dormiā ⁊ requie/
ſcam. ¶ Deniqꝫ per dicta/ elucent verita/
tes quas inopinabiles rident carnaliter ſa
pientes. dū apl's precipit eſſe ſicut triſtes.
ſemꝑ aūt gaudentes. Et ꝓpha. ſ̄m multitu
dinem doloꝝ meoꝝ in corde meo cōſola/
tiones tue letificauerunt animam meam.
¶ Tertia conſideratio. Aduerſitates cor/
porales/ ⁊ luctus ſenſuales/ trahūt de ꝑ ac
cidens ad luctum bonū. Ex ſe enī indiffe/
rentiā habent ad honeſtū vel inhoneſtum
Ita pſperitates ⁊ vana gaudia. ex oppoſi/
to vehementer impediūt. ꝓpterea fortuna
moderate aduerſa ſecurior eſt regulariter ⁊
optabilior/ ꝗ̄ multū proſpera. ¶ Hec qui
dem deduxit certa ratione Boetius. Et ſa
pientis vox affirmat dicentis Melius eſt
ire ad domū luctus ꝗ̄ ad domū conuiuij:
In illa enī finis cunctoꝝ admonet᷑ homi
num vt viuens cogitet quid futurū ſit. Et
rurſum. Riſum putaui errorem ⁊ gaudio
dixi quid fruſtra decipis: ¶ Nō ſi omnia
que cōſiderationē noſtrā informāt de lau/
de tribulationis/ ⁊ proſperitatis deceptio
ne inducere voluero/ non dico partem ſer/
monis nec ſermones integros/ imo nec li/
bros multos ad hoc ſuffecturos eſſe ſcio:
Legatur Chriſ. in ſuo de ↄpūctione cor/
dis. Gregorius in moralibꝫ. Guilhelmus
pariſienſ. in ſuo de virtutibus de laude tri
bulationis ⁊ paupꝑtatis. Et cōpilatio illa
commūis de virtutibꝫ et vicijs prorſus et
optima. Bonauentura in ſtimulo cōſcien
tie et alij plures. Et in hac cōſideratione
ſtabiliri poſſent omnes beatitudines euā
gelij hodierni. preſertim prima ⁊ noſtra hec
tercia et vltima. Emerſit ↄſiliū Platonis
et ſimiliū vt aſſidua eſſꝫ mortis meditatio.
¶ Quarta conſideratio Etſi in beatis nō
erit amplius luctus neqꝫ clamor. ſed nec
vllus dolor. tamē pro hac valle miſerie ille
regulariter qui beatior eſt/ eſt luctu bono
plenior. Conſideratio iſta ab Auguſtino
ponitur in ſuo de ciuitate dei. Et adeoſ ve/
ra eſt: ꝙ nullus vnqꝫ tantum luxit quantū
chriſtus caput noſtrum et benedictus in
ſecula. Nō quidem pro ſuorum ſed ꝑ no/
ſtrorum apprehenſione peccatorum. etiaꝫ
ab inſtanti ſue conceptionis glorioſe vt ꝗ̄
dam tradunt. Ita luxit Maria. Ita pau/
lus. Ita petrus ⁊ ceteri innumeri/ poſt ple
nam et certam ſuorum peccatorum remiſ/
ſionem. Itaqꝫ iſta tria ſe hic per commu/
nicationem quandam amplectuntur. bea
titudo. luctus. conſolatio. Et ex oppoſito
ad conſiderationem noſtram inferre licet
illos eſſe hominum miſerrimos et a beati
tudine remotiſſimos pro hac vita/ qui vel
ex elatione vel ex vana cōſolatione vel pec
catorum nimia obduratione/ lugere fugi/
unt. horrent. deſpiciunt. Igitur beati qui
lugent quoniam ipi conſolabuntur. Hec
tandem ſumpta ſint ex ſcd'a radice/ in hoc
termino luctus adherente.

PRo tertia et poſtrema edificij no/
ſtri ſtructura conſūmanda in hoc
termino conſolatio/ repetere non
pigeat quid eſt conſolatio. Conſolatio eſt
habitus anime quo inclinatur amplecti
quodammodo et vnire ſibi obiectum. ſub
ratione boni honeſti et conuenientis ap/
prehenſum. Conſolatio autem actualis/
eſt vitalis et mulcebris motus anime/ ex
tali habitu et inclinatōne conſurgens. Ec
ce ꝙ duo concurrunt ad integritatem bo/
ne conſolatōnis. apprehenſio potentie co
gnitiue. et ratio obiectalis honeſti et con/
uenientis. ¶ Et quoniam potētia que ap
prehendit ſi ſit indiſpoſita et ab armonia
debite proportionis diſcraſiata/ faciliter
decipitur in iudicio. aut quandoqꝫ nihil
ſentit. oportet omnino noſtram cogniti/
uam ratōnalem bene diſpoſitam eſſe/ ſi be
ne per eam querimus apprehendere/ et in
obiecto conuenientis honeſtatis conſola
ri. Exemplum a ſenſualitate ſumamus.
Da febricitāti vinū/ illud amaricabit lin/
guam eius. Oſtende lippo lumen gratiſſi
mum/ ille cōturbabitur. Exulceratum pal
pa leniter. tamen non delectationē ſed do/
lorem acerrimū inferes. Odores ſuauiſſi/
mos nō ſentit reumaticus. Surdaſtris nō
eſt delectamēto vox canora/ dulciſqꝫ ſym/
phonia Nō ſecus eſtimandū eſt de ſenſibꝫ

anime interioꝛibꝫ. Quid me reſpicis quid
admiraris ſi ratõni ſuos quinqȝ ſenſus eē
dixi. Nõne eſt in ea viſus ſpiritualis quo
cernitur pulcritudo decoꝛ et candoꝛ lucis
illius eterne cuius lumen ſignatum eſt ſu/
per nos. Quo viſu videre nonne ſe dicit
apl's. Nunc ꝑ ſpeculum ⁊ in enigmate. tūc
autem facie ad faciē. Eſt auditus ſpūalis
quo ꝑcipitur ſumma armonia veritatis.
De qua ꝓpheta ait. Audiā quid loquatur
in me dñs. Eſt preterea guſtus ad quē in
uitabat idem ꝓpheta. Guſtate ⁊ videte ⁊c.
Eſt inſuper tactus ſpūalis. alioquin non
dixiſſet ſpõſa ſponſo in canticis Leua ei⁹
ſub capite meo ⁊ dextera eius amplexabi/
tur me ⁊ oſculetur me oſculo oꝛis ſui. De/
niqȝ olfactū eſſe in ratione ꝓbat vox eiuſ/
dem ſponſe ad ſponſuȝ. Trahe me poſt te.
curremus in odoꝛem vngentoꝝ tuoꝛum.
¶ Nos vero cogitationes et motiones et
ſenſatõnes hui⁹ quintuplicis ſenſus/ radi
cate in vno libero arbitrio hominis/ ſoliti
ſumus appellare noīe viſionis. vt vide q̄d
ſonet. quid ledit. Et ſcḋm hoc ꝓprie ⁊ integre
dicit Auguſtinus q̄ viſio eſt tota merces.
Nam amoꝛē ⁊ dilectionē cum delectatõe.
hoc modo viſio in ſe claudit. ⁊ hoc modo
qui plura diligit plus cognoſcit. Hoc mō
cõtemplatio ad felicitatē ſufficit integran
z dam. ¶ Proinde ſenſibus iſtis quinqȝ re
foꝛmatis ⁊ ſanatis per luctum (Nam luct⁹
eſt potiſſimū ad hmõi purgationē ⁊ ſana/
tionem inſtrumentū) quis non agnoſcat
q̄ȝ vehemens delectatio cõſequatur ex cõ/
iunctõne cuiuſlibet hmõi ſenſuū cum ſuo
obiecto cõuenientiſſimo. Et quod eſt ob/
iectum illud. vtiqȝ deus omne bonū ſicut
dominus Moyſi repꝛomiſit. Oſtendam
tibi omne bonū. Ipſe nimirū eſt viſui ſū/
ma pulcritudo. auditui ſumma armonia.
olfactui odoꝛ ſuauiſſimus. guſtui panis
ſapidiſſimus tactui ſumme ſuauis intim⁹
et coniūctus. Vide q̄ȝ cõiunctus. Naȝ qui
adheret deo vn⁹ ſpūs eſt cū eo. ¶ Hec om
nia Aug. Greg. Hugo et ceteri theologiſā
tes/ nobis valde impares/ paſſim cantant
et nos circa pugnas verboꝛū/ circa fanta/
ſiarum fumos plus obnubilantes q̄ȝ illu/
minantes. plus fumantes q̄ȝ flāmantes:
languemus. artamur areſcimus atqȝ vane
ſcimus. vt ob tales foꝛte dixerit climacus/
theologiam non conuenire niſi lugentibꝫ
¶ Et penſate precoꝛ. precoꝛ aduertite. ſi
ſenſus naturales ⁊ imperfecti/ tāta nos ob
lectatione trahant ⁊ rapiant etiam vſqȝ ad
furiam ex appꝛehenſione obiectoꝝ. plane
imperfectoꝝ ⁊ plurimū amaritudinis ha/
bentiū. quis exiſtimare ſufficiet quāta eſt
illa delectatio. quantus toꝛrens volupta/
tis ſobꝛie ⁊ ſincere. dum perfectiſſima po/
tentia/ obiecto ſuo perfectiſſimo/ ſub hac
ratione quintuplici ſimul appꝛehenſione
coniungitur ⁊ vnitur. Hoc ſenſit intime
qui tam alte clamauit. Quā magna multi
tudo dulcedinis tue domine. quam abſcō
diſti timentibꝫ te. ¶ Vellem nobis temp⁹
ſufficere ad confirmandā hanc veritatem
exemplis illuſtriſſimis ſanctoꝛum illoꝛuȝ
quoꝛum memoꝛiam recolit eccleſia. Nam
per adaptationē quādam liceret hos qui/
qȝ ſenſus ad quintuplicem ſtatum beatoꝝ
traducere. Olfactū ad patriarchas ⁊ ꝓphe
tas. Viſuȝ ad apoſtolos ⁊ diſcipulos. Au
ditum ad martyres. Guſtum ad confeſſo/
res. Tactū ſpiritualiter ad virgines ⁊ con
tinentes. ¶ Oſtenderemus quēadmoduȝ
luctus purgauit ⁊ ſanauit hos ſenſus ĩpꝭis
ſeptima beatitudine mediante. Et ex de/
ſcriptione boni luctus illud palam elicit.
Luctus ſanauit olfactū a fluido reumate
affluentiū bonoꝛū terrenoꝛū per paupꝛtatē
ſpiritus in patriarchis ⁊ ꝓphetis. etiam in
ter medias diuitias. Luctus purgauit vi
ſum ab inflatione ſupꝛbie tumide ⁊ ab acri
moꝛſu vindicte fellee atqȝ pungitiue. ꝑ mi
titatem in apoſtolis. Luctus purgauit au
ditum in martyribꝫ ab impletione tremu/
la terrenarū ſolicitudinū ⁊ a ꝓpꝛijs cõmodi
viſcoſitate ꝑ eſuriē iuſticie ⁊ miſcđie impē
ſionem. Luctus purgauit ⁊ ſanauit guſtū
in ꝯfeſſoꝛibꝫ/ a febꝛili ⁊ ſoꝛdido humoꝛe fe
doꝛū deſiderioꝝ ꝑ mundiciā coꝛdis. Lu/
ctus deniqȝ purgauit ⁊ ſanauit tactū ſpūa
lem in virginibꝫ ⁊ continentibꝫ ab inquie
tiſſima pꝛurigine fede carnalitatis ꝑ pacē
ſpiritus. ¶ Poꝛro neqȝ lingua dicere neqȝ
mens ꝑcipere poteſt/ quāta ad hāc ſanita/
tem ⁊ refoꝛmatõeȝ a luctu factā/ ſubſecuta
ſit ꝯſolatio. Ex magnitudine ſuoꝝ effectu
um ei⁹ plenitudo ꝯcludat. Hec nempe cõ/
ſolatio ſuo odoꝛe traxit abꝛaā de terra ⁊ co
gnatione ſua. ⁊ imolationē ꝓpꝛij vnigeniti
nihili pēdere cõpulit. Sic de ceteris patri
archis ⁊ ꝓphetis ſuo mō. Hec ꝯſolatio ſua
pulcritudīe ducebat apl'os gaudētes a cõ
ſpectu ꝯſilij ⁊c. Per ipſi⁹ dulcē armoniam

lapides ſtephano. ignis laurentio. Agate
carcer. cabones igniti Tyburtio. Uincē/
tio ſartagines dulceſcebant. Quid amplꝰ
Per hanc vtiqꝫ ꝯſolatōeꝫ ſapidiſſimā va/
ſta ſolitudo heremi. fames. ſitis. nuditas.
et omnia que horrida et aſpa humana mo
ralitas refugit. ea a beatis cōfeſſoribus vl/
tro ſuſcepta ſunt. Deniqꝫ tenelle puellule/
hac conſolatōne diuini amplexus confor
tate/ extinxerunt impetum ignis concupi
ſcētie infernalis. eis placuit celibatus. nu/
ptie deſpecte ſunt. mors omniū terribilior
abſqꝫ vllo terrore ſuſcepta eſt.

7 **Bene ergo habet**
hic tertiuꝫ fundamentum in hoc termino
cōſolatio. validum eſt ſicut precedentia. et
ſuſtinere ſine collapſu ſtructurā qͩdrifarie
conſiderationis poteſt. ¶ Prima conſide
ratio. Lugentes non ſoluꝫ non contriſtat
quicqͩd eis acciderit vt de iuſto ſapiens lo
quitur: ſed etiā ipos letificat et conſolatur.
Ratio in promptu eſt. qm̄ apprehendunt
quicqͩd euenit eis/ tanqꝫ miſſum eis a pa/
tre miſericordiarū. et a ſapiētia diuine pro
uidentie. que attingit a fine vſqꝫ ad finem
fortiter et diſponit omnia ſuauiter. tanqꝫ
etiam cooperans in bonū ſuū ſm apoſto/
licam ſententiam. Sit illud mors. ſit tri/
bulatio. ſit anguſtia. ſit letum. ſit triſte. eo/
dem per omnia vultu. eodem luctu. eadeꝫ
conſolatione pugnant per arma iuſticie a
dextris et a ſiniſtris. ¶ Miratꝰ hic aliquis
de ſāctis noſtris. Miretꝰ quō epicurus vo
luptatis aſſertor dixit (teſte Seneca) Io/
cundū eſſe virtuoſo/ torreri in tanto phala
ridis. Et dum moriens vermibꝫ ſcateret.
hāc vocē emiſit. feliciſſimū hūc dieꝫ et bea
tiſſimū ago. Nōne pterea h̄ vidit oculatiſ
ſimus phoꝝ Ariſto. dicēs i virtuoſo oīa
cōſonare ratōni. ¶ Igitur erāt fideles iſti
phi opponet aliquis aut abſqꝫ fide intelli
gi poſſunt q̄ creduntꝰ: Ubi eſt ergo illud/
niſi credideritis. nō intelligetis: Ego aūt
quales iſti fuerint phi nō diſputo. Scio
tamen nec mentitū fuiſſe phm̄. nec intelle/
ctū taliū mercatū haberi poſſe/ abſqꝫ pūia
fidei ſaltē informis colluſtratione. Et for
te veritas ſeſe p ora infideliū ſicut oli p aſi
nā Balaam ⁊ p caipham reuelauit. Pro/
pterea ipos intellexiſſe plene q̄ dicebāt nō
aſſero. ſꝫ ita tamē ſētiēdū eſſe cōſtāter affir
mo. Sꝫ dicūt nos dicere ita/ vl' ad fauorē
fidei vel religionis adulationē. vel noſtre
pfeſſionis laudem. quaſi viceꝫ officiū nr̄m
mentiri ſit. ¶ Garriant qͦ voluerint/ pfe/
cto. ⁊ ſi ceſſaret nūc oīs obligatio ad fideꝫ
⁊ religionē/ certa tn̄ ⁊ cōperta ratio in hac
me viritate teneret. beatos ⁊ cōſolatos eſſe
lugentes in multis quoqꝫ veritatibꝫ fidei
non minus extraneis. ¶ Subinde mira/
culum hoc conſolationis in aduerſitatibꝫ
fit ex gr̄a dei ſpecialiter. ⁊ ex forti actuatōe
rationis in recogitatione diuine prouidē/
tie paterne omnipotentiſſime et ſapientiſ/
ſime ⁊ optime. Que actuatio fortis/ vl' tra
hit ad ſe vel impedit actus inferiorum po
tentiarum. aut ſaltem ne ſuum actum im/
pediant diminuit et remittit. Fundatꝰ hoc
in illa regula phie. Maiores motus/ im/
pediūt minores. Quod aūt in chriſti paſ/
ſione non ita contigerit. miraculoſe diſpē
ſationis fuiſſe dubium non eſt. ¶ Hic in
gerit ſe corollarium de te beata virgine q̄
regina celorum vocari digna es. quia duꝫ
tuam pertranſiuit animam gladius paſſi/
onis filij tui. anima tua nihilominus con
ſolatōe plena fuit. Deniqꝫ ex his elucet q̄
pacto in ſapientē neqꝫ iniuria cadit. neqꝫ
leſio. ¶ Secunda conſideratio. Epicu/
rus collocans hominis felicitateꝫ in volu
ptate animi ſi cōſequēter locutus ē poſuit
eam ſilr in luctu pro ſtatu preſenti. Itaqꝫ
dici nequit: ꝙ felicitas noſtra ſit in volu/
ptate/ niſi comitante. Non enim ipſa eſt fi
nis vltimus. ſed ſolus deus per dilectōnē
et cognitōnem apprehenſus. Comitatur
autem pari modo de neceſſitate felicitateꝫ
iſtam/ luctus conſurgens ex apprehenſio/
ne malorum vt ihoneſta ſunt vel hone/
ſtatis impeditiua. Dicere enim ꝙ cum vi
cijs et erroribus/ poſſit haberi vera volu/
ptas ⁊ pax animi. eſt ponere incompaſſibi
lia. Dominus erat qui dixit. Non eſt pax
impijs. qm̄ natura/ p os ſyndereſis/ iugitꝰ
vitijs obmurmurat. ⁊ p intelligentiā erro
ribꝫ. quemadmodum lapis extra locū poſi
tus. inquietus quodāmodo eſt. cuius ſig
nū accipimus/ qͦ premit obſtātia. Hinc
collaudandus eſt eraclitus queꝫ referunt
Iuuenal' et Seneca/ cōtinue fleuiſſe. col
laudādus ſi flebat eo fine ⁊ circūſtātijs/ q̄/
bus oportebat. ¶ Tertia cōſideratio. Lu
gentes qui habitant in ſepulcris qui mo/
riūtꝰ tota die ſic̄ oues occiſiōis q̄ exſperāt
in ſeipis. q̄ renuūt ꝯſolari vt ꝯſolentꝰ. q̄ de ↄ

ſcendunt in infernū viuentes. hoc eſt cōſi/
derando illū ſibi pcauent. ſuſcipiūt etiam
in hac vita maiorē conſolationē ꝙ qui cō
ſolationib⁹ carnalib⁹ et indignis/ ſe totos
precipites dant. Quoniā ibi mox delecta
tio effluit. ⁊ ſtimuli graues et hami incluſi
fixi manent/ infelicem animā corrodētes.
adeo ꝙ longe maioris vite ſunt boni plu/
rimꝗ. cuꝫ ſit in eis ſecura ⁊ leta mens quaſi
iuge cōuiuiū. animus vero gaudens etatē
floridā facit. ¶ Quarta conſideratio. Ho
mines corrupti ſenſus ſpiritualis ꝑ ſapiē
tiam terrenaꝫ animalē et diabolicam/ non
plus audiendi ſunt. non plus conſulendi
aut credendi ſi contra ea que diximus de
luctu ⁊ beatitudine ⁊ conſolatione latraue
rint/ ꝙ ſi porcus laudaret voluptatem cul
patis mundicijs. Aut quomō febricitans
vel mulier pregnans vel aliter leſus/ audi
retur/ ſi contra ſenſationes eoꝝ hominum
qui ſani ſunt/ diſceptarent. Utrobiꝗ enī
par eſt ratio deceptionis non credēdo. cor
ruptio ſcꝫ iudicij/ ex corruptione potentie
apprehēdentis iudicantis. ¶ Propterea
de conſolatōne ⁊ beatitudine noſtra/ plus
aliquādo credenduꝫ eſt ſimplicib⁹ idiotis
tanꝗ plus in hoc vere ſapientib⁹. ⁊ per ex/
perientiā intimā philoſophantib⁹. et qui
pro conſuetudine ⁊ luctu et gratia/ puros
habent ſenſus interiores/ ꝙ alijs quātūli/
bet eruditis cū ſuis corruptiuis ⁊ fedis de
ſiderijs/ obnubilantib⁹ ⁊ amaricare deſipe
reꝗ facientib⁹/ omnē ſenſum ratōnis. cuius
corruptionis/ manifeſtū ſignū eſt ꝙ dole
re nequeūt de peccatis. Quid dico neque/
unt. Letant etiam cū malefecerint. exultāt
in rebus peſſimis. Adeo ſenſus eoꝝ a ſan
ctitate ⁊ a vita bona lōge abeſt. adeo pror/
ſus obtorpuit. Et quoniā tanta occurrit
nobis hodie teſtiū turba ſanctoꝝ ſanctaꝝ
ꝗ omniū/ nobis teſtificantiū cū xp̄o/ bea/
tos eſſe qui lugent qm̄ conſolabunt. profe
cto nō minus eis in hoc quā phis in alijs
ſuis inueſtigationib⁹ credere equū ē. Utri
ꝗ enī par eſt ratiocinationis fulcimentuꝫ
in experientia ſitū. vt palam tradit diony/
ſius. viij. c. de diuinis nominib⁹. Et domi
nus Anthiſiodorēſis in ca. de dono ſapiē
tie. Liceat igitur non ſola credulitate/ ſed
etiam cum intelligentia / fideliter aſſerere
thema propoſitū. Beati qui lugent quoni
A am ipſi conſolabūtur. ¶ Stabilita veri/
tate fidei noſtre ſuper hoc triplici funda/

mento trium terminoꝝ ſumpti thematis:
beatitudo. luctus. cōſolatio. ⁊ fide ad intel
lectionē ſicut arbitror deducta. nō ad me/
riti euacuationē (ſemꝑ enī prime veritati
nō rationi fides innitit) ſed ad eius cōtra
reprobos irriſores pconiū: tota in āmoni
tione tranſeat ⁊ finiatur oratio. ¶ Lugen
tes ⁊ penitētes audite cum gaudio premi/
um veſtrū/ ne vos abſorbeat triſticie exer/
citium. Audite beatos eſſe qui lugent qm̄
cōſolabunt. Beatus vero luctus/ ad cuius
menſam in ſecreto mentis cenaculo duo/
decim fructus ſpūs miniſtrant enumerati
ab aplo ad Gal. v. Charitas. gaudiū. pax.
patientia. benignitas. bonitas. lōganimi/
tas. manſuetudo. fides. mundicia. ꝯtinen/
tia. caſtitas. ¶ Salubris luctus qui egy/
ptiacā vicioꝝ turbā/ funditus mergit. qui
capita draconū hoc eſt initia malarū ſug/
geſtionū/ cōtribulat in aquis ſuis. qui ſuꝑ
aquas babylonis ſedens et flens/ allidit
paruulos eius ad petrā. qui ſordes carna/
litatis abluēs/ obliuionē etiam inducit lu
xurie magne. cui⁹ cōſolationi nō miſcetur
alienus. cui cedit luctus infelix mundane
aduerſitatis tanꝗ ſi clauus clauo retūdit.
¶ Et o deus equiſſime ſi tam obſtinate re
fugiūt homines luctū/ querētes ꝯſolatio/
nem. quo pacto nō intelligūt qm̄ ideo ſal/
tem lugere deberent vt cōſolarent. Expiā/
tur licet quāta eſt in luctu bona iocūditas
ꝗuis cortex amarus videat. Aut ſi nōduꝫ
iſtud expti ſunt/ vel expiri nolunt. credant
exptis. credant demōſtrationib⁹ phicis. fi
dem habeāt his hoīb⁹ qui ſicut ſoli vtraꝗ
cōſolationē expti ſunt carnalē primit⁹. po
ſtea ſpūalē. Ita ſoli de vtraꝗ certiſſimū et
mutua collatōe ferre pñt iudiciuꝫ. quēad/
modū fuit Aug⁹ ⁊ alioꝝ plurimi. quibus
guſtato ſpū/ continuo deſipuit oīs caro. ⁊
horrori etiā fuit. Et audi ex me. parum enī
eſſet auctoritatis in expientia mea ſꝫ expto
crede. Dic tu nobis bernarde Quid d̄ hac
cōſolatōe iudicas: Qui ſemel in ꝯtempla
tione diuinā dulcedinē deguſtauit. neſcio
an ipaꝫ gehennā ad tpus horribili⁹ expiri
penali⁹ ve ducat/ ꝙ p⁹ ſpūalis ſtudij hui⁹
deguſtatōeꝫ aut ſuauitatē/ exire denuo ad
moleſtias carnis ⁊ ad carnaliū ſenſuū tu/
multus. Hoc expertiſſim⁹ taliū ⁊ teſtis vera
ciſſim⁹ dixit cui diſcredere nefas ē. ¶ Sed B
his auditis ſuſpirat ꝓtin⁹ aīa ad ꝯſolatio/
nem hāc habendā. vt igit lugeat neceſſe ē.

Sed lugere volo inq̄s nec valeo. q̄ſi vi/
delicet nulla et nō penitus vberrima eſſet
fletus materia ⁊ eo maior quo minus flet.
Nihilominꝰ accipe conſilium tu hodie ad
aliquē ſanctoꝝ cōuertere. vt tibi grām hāc
luctus ſua impetret oratio. ꝑcutiat deus ſi
licem cordis tui/ virga diſcipline. vt inde
profluāt aque ſuauiſſime ⁊ largiſſime. ſic
enī a beata illa/ que fletu diluit peccata ma
ria magdalena. quidā luctus gratiā obti/
nuit ſm̄ narrationē Guilhelmi pariſieñ. ī
rhetorica ſua diuina. q̄ in hac materia/ ſi/
cut ⁊ alie meditatōes ſanctoꝝ/ plurimū eſt
idonea ꝑ ꝯcuſſione mentis ad luctū. ¶ Ec
ce ꝯſtituamꝰ ante ꝯſideratōnis noſtre ocu
los nō in tranſitu ſed in ꝓfundo fixoq; in/
tuitu/ ad quid geniti ſumꝰ. quid ⁊ vbi fu/
turi ſumꝰ ignoramꝰ. Quid ſi abeſſe ꝯti ge/
rit ꝓpter momētaneā delectatiūculā ab et/
no ꝯſortio beatoꝝ. quāta eſſet illa cōfuſio
deus miſericordie. quāta deſolatō. Ite ma
ledicti in ignē eternū Si fletur lachrimis
amiſſa pecunia veris. ſi mors amici/ pene
nos exanimat. ſi qualecunq; infortunium
nos tꝑale cōturbat. Hec oīa ad aīe noſtre
mortē quātula ſunt. Quale portētū eſt ge
ſtare ſecū funus aīe ꝓprie. nec iam geſtare
ſed trahere ad ſepulturā infernalē. ⁊ inſtar
frenetici inter ꝓpria mala ridere ⁊ iocari. ex
emploq; vituli qui ducit ad mortē petulco
vanitatis pede ſaltare. Nōne p̄terea gaudi
um p̄ſens ſicut punctꝰ eſt/ a quo linea miſe
rie trahit in infinitū. Et qui ducūt in bo/
nis dies ſuos in pūcto ad inferna deſcen/
dunt. Luctus bonus/ ecōtra lineā deſcri/
bit gaudioꝝ ⁊ conſolationis ſine termino
duraturā. qm̄ breue hic ⁊ momētaneū tri/
bulationis in nobis ſupra modū immen
ſum glorie pondus operat in nobis. ꝑ gra
tiam ⁊ in futuro ꝑ gloriā p̄ſtante eo qui eſt
benedictus in ſecula ſeculoꝝ Amen.

## Alius ſermo factꝰ

in die omnium ſanctoꝝ per eundem can/
cellarium.

E Exultate qm̄ merces veſtra co
pioſa eſt in celis Mat. q̄nto
et ſententialiter Luc. vi. Do/
ctiſſimi ⁊ ſapientes viri. veni
te exultemus dn̄o. quoniam
hoc habet hominū cōmunis natura. vt ō
patria ſua/ neſcio qua dulcedine/ cunctos
loqui pariter audireq; delectet. Non dege
neremꝰ igit ab hoc pio naturaliq; deſide/
rio dū de illa mercede celoꝝ que vere p̄ria
nr̄a eſt. patria finalis ⁊ eterna/ ſermonē fa/
cere inſtituimus. Nemo claudat aures. vel
aliīs tumultuoſus exiſtat. obmuteſcat gar
rulitas ſūmurmurās. puerilis ſibilatio q̄/
libet cōticeſcat. quinetiā ſecluſis ad tp̄s re
iectiſq; omnib ad aīe hoſtiū pulſantib/
audiamꝰ et exultemꝰ. qm̄ merces veſtra co
pioſa eſt in celis. Qd̄ vt agere ⁊ loq̄ digne
poſſimꝰ/ diſpēſatricē mercedis illiꝰ exorā
tes ſalutemꝰ ꝑ illud angelicū. Aue maria
⁊c̄. ¶ Exultate qm̄ merces veſtra copioſa
eſt in celis. Si apud incredulos ac vere re
ligionis expertes habendꝰ mihi ſermo eſſet/
eniti primū oporteret argumētis ſtabilire
mercedē iuſtis. ⁊ reprobis ſuppliciū poſt
hanc vitā nō deeſſe. Quiſquis enī hoc vel
negat vel in dubiū reuocat/ cetera que de
virtutib ac pietate diſſerueris/ facile ꝯtē/
nit. Atuero/ melius nūc mecū ꝯprehēdio/
ſuſq; agit qui orationē facturꝰ ſum/ viris
xp̄iana fide ac pietate diligēter imbutis. q̄
bus certe ꝑſuaſum eſſe debet ⁊ fixa creduli
tate ſtabilitum. quoniā qui bona egerūt/
ibunt in vitam eternam. qui vero mala/ in
ignem eternū. Nec incredula mente ſuſci/
piunt vocē nr̄i thematis. Exultate quoni
am merces vr̄a ⁊c̄. Nam ſi deꝰ ⁊ remunera
tor eſt in ſe credentiū queadmodū publica
nedū theologoꝝ veritētiā phantiū ⁊ vni/
uerſaliter omniū ratione vtentium vox ac
clamat. alia poſt hāc vitā iuſtis merces ne
ceſſario ſperāda eſt. Neq; enī diuinitatis
iuſticie pietatiſq; cultorib/ ſua merces in
hac vita dat que creberrimis exercet erum
nis. q2 omnes q̄ pie volūt viuere in xp̄o ꝑ
ſecutionem patiunt. Nec deſunt exempla.
Verte oculos ad quēlibet ſanctoꝝ omniū
quorum hodie celebritas memorat. Etſi
mortalē p̄ſentis vite ſue curſū diſcuſſeris
quid oro te niſi durū penale acerbū ⁊ quo
tidiane mortificationi ſimillimū reperies
Propter te inq̄t ꝓpheta mortificamur to/
ta die. et apl's. Scitis hec. R. p. ac fratres
in xp̄o ſcapuit ⁊ idoneis teſtib ſapiēter cre
didiſtis. Teſtib inquā qui nec fallere vel/
lent. quippe ꝑ ſua aſſertione nihil in mun
do hoc niſi tormenta mortem flagellaq; re
portantes. Qui nec preterea falli poſſunt
qui inſpirāte deo locuti ſunt. ij. Petri pri/
mo. ¶ Qd̄ ſiquis ī hoc cetu venerādo ita

perditus eſſet et indomite ad fidem ceruiꝰ
cis/nondum futuram ſanctoꝝ mercedem
crederet. Abſcedat peccatoꝛ. Nō expectet
vt illud ſibi ꝓbandum aſſumā et ingeraꝫ
ſolem cecis oculis. Nā (o deus equiſſime)
quid apud illum ageret mei ſermonis exi
guitas/ qui tot et tantis/ incaſſū audit doꝰ
ctiſſimoꝛū. ſanctiſſimoꝛūq́ꝫ aſſertiones. te
ſtimonia que credibilia facta ſunt nimis:
ꝓbationes et oꝛacula. qui et ipſam ſpernit
diuinā ⁊ celicā xpi vocē dicentē. Exultate
quoniā merces veſtra copioſa eſt in celis.
D ¶ Uis igitur ſcire o fidelis anima. nā ad
talē mihi ſermo eſt. vis ſcire q̄ꝫ copioſa mer
ces ſit in celis. nō ego ſed dn̄s ipſe reſponꝰ
deat Ben̄. xv. Ego ꝓtectoꝛ tuus ſuꝫ ⁊ merꝰ
ces tua magna nimis. O vere magna mer
ces nimis deus. Et tā magna ꝓꝛſus vt niꝰ
hil magis poſſet cogitari. ⁊ quicq̇d de mer
cede ſanctoꝝ aliud dixeris. pꝛo rei magni
tudine paꝛū eſt. exiguū eſt. indignū eſt. Ilꝰ
la quippe eſt que in ſe ſupeminēter habet
ſtatuꝫ omniū bonoꝝ aggregatione ꝑfectū
et ſupexcellenter in ſe amplectit᷑/ quicq̇d di
uitiarū/ quicq̇d delectationis/ quicq̇d ho
noꝛis ⁊ gloꝛie deſiderabile eſt anime ratio
nali. ⁊ vltra in infinitū auctius ꝑfectius et
excellentius. ¶ Grandis ſane excellentia
atq́ꝫ dignitas creature rationalis. Eā itaꝰ
q́ꝫ tam capacē fecit deus. vt nihil minꝰ eo
ipſaꝫ replere poſſit. quietare nihil. nihil ſa
tiare. Hinc Aug. i. ꝯfeſſ. Feciſti nos ad te:
et inquietū eſt coꝛ noſtrum donec quieſcat
in te. Qua ī re canit ꝓpheta. Pars mea deꝰ
in eternū. Et alibi. Poꝛtio mea ⁊c̄. Iterū.
Dn̄s pars hereditatis mee ⁊c̄. Bona vtiꝰ
q́ꝫ pars ⁊ magna poꝛtio deus. Et cui non
ſufficit/ nimis auarus eſt. nimis auidus ⁊
ſtolidus. ¶ Letamini igit᷑ in domino ⁊ ex
ultate iuſti ⁊ gloꝛiamini omnes recti coꝛꝰ
de quoniā merces veſtra copioſa eſt in ceꝰ
lis. Si pondus laboꝛuꝫ vos premit. Si
propter iuſticiā patimini. Si fame ſiti fri
goꝛe coꝛpoꝛa veſtra propter chꝛiſtuꝫ atteꝰ
runtur. Si ad obedienduꝫ deo caſtigatis
coꝛpus veſtrum ⁊ in ſeruitutē redigitis. ſi
maleſuaues ſpūtis voluptates. honoꝛes
vanos calcatis. oīa deniq́ꝫ vt ſtercoꝛa arbi
tramini. gaudete quoniā nō ſunt cōdigne
paſſiones huius tempoꝛis ad futurā gloꝰ
riam que reuelabit᷑ in nobis. Sileat queꝰ
rela de laboꝛe cū tam certa ſpes ſit de denaꝰ
rij diurni ꝑſolutione. Nunc fatigati paruꝰ

q́ꝫ gemitis. Sed exultate quoniam ⁊c̄.
¶ Sed animi noſtri naturā agnoſco. ſinꝰ
gularium enumeratione magis capitur ⁊
mouetur. Cibus integer minus ſapit ⁊ cō
trita ſuauius redolent aromata. Q̄obꝛem
deciſioꝛ fiat noſter ſermo de ſanctoꝛū merꝰ
cede. ⁊ ex viſibilibꝫ ad inuiſibilia tranſeun
tes deducamus a poſterioꝛi vt poſſumus
quāta erit ⁊ q̄ꝫ multa ſanctoꝛuꝫ retributio.
Ex his que apud nos hic agunt᷑ videntur
q́ꝫ ⁊ tanq̄ꝫ aliquo curru vtamur conſidera
tione ſenſibiliū ad ea que ſenſum latent/ vt
cunq́ꝫ latent capienda. Neq́ꝫ enim in ſuo
fulgoꝛe ⁊ lumine videri poteſt a nobis via
toꝛibus ⁊ coꝛpoꝛea mole preſſis/ ſanctoꝛū
merces que deus eſt/ ſi non aliquibus inꝰ
uolucris ⁊ ſimilitudinibꝫ rerum coꝛpoꝛaꝰ
lium fiat obumbꝛatio quedā. prout diuiꝰ
nus dixit pater dionyſius. Et inter pluriꝰ
ma (quoniā tempus ⁊ res exigunt) vertaꝰ
mus oculos noſtre conſiderationis ad alꝰ
mā hanc vniuerſitatē pariſ. matrē noſtrā.
cuiꝰ nūc cōmemoꝛata ample dicta intueaꝰ
mur diligenter ⁊ ſolerter ea omnia que ibi
dem fiunt ⁊ tractant᷑. foꝛtaſſis agnoſcemꝰ
q̄ ſi tm̄ delectatur ⁊ afficitur animꝰ in boꝰ
nis minimis. Si tam vehementi ſolicituꝰ
dine: tam vario multoq́ꝫ ſtudio in vmbꝛa
et veſtigio per modicū veri boni noſtrum
figitur ⁊ agglutinat᷑ deſideriū. Si deniq́ꝫ
ſimilitudines huius pulcritudinis ſapiēꝰ
tie ⁊ bonitatis in ſui delectationeꝫ tam inꝰ
credibiliter nos incendunt inflāmant ⁊ ca
piunt. magna eſſe pꝛoꝛſus ⁊ miranda non
ambigamus que de hac ſanctoꝝ mercede
ſperare iubemur ⁊ debemus. nec inanē co
hoꝛtationē eſſe noſtri ſaluatoꝛis. Exultaꝰ
te quoniam merces veſtra ⁊c. ¶ Aſſurgat E
igitur noſtra cōſideratio ⁊ quadruplex bo
num vel ſi rectius loqui libet quadrupliꝰ
cis boni vmbꝛam veſtigiuꝫ et odoꝛem/ reꝰ
cogitemꝰ. In hac alma vniuerſitate maꝰ
tre noſtra/ amari pro mercede ſiue pariter
et conqueri. In artium facultate/ merces
eſt/ naturaliū rerum cognitio. et habitudi
nis cauſarū ad effectus quo ad bonuꝫ qꝺꝰ
daꝫ honeſtū ⁊ liberale. In medicine faculꝰ
tate/ merces eſt ſanitatis adeptio: reſtaura
tio ſeu conſeruatio. quo ad bonū placens
et delectabile. In decretoꝛū facultate/ mer
ces quedam eſt tranquilla ciuium cohabi
tatio. pax atq́ꝫ delectatio: quo ad bonum
conferens et vtile. ¶ Poſtremo in ſacre

theologie facultate merces ē/ꝯpoſitio mo
ruz ⁊ alta diuinoꝝ ꝯtemplatio quo ad bo
num heroicũ ⁊ ſupnaturale. ¶ Magnuz
eſſe putamus. R.p.et mgr̄i magnuz ſi vel
vnā aliquā ex his mercedibꝫ adipiſci con/
tingat. Certũ rei hui⁹ faciunt indiciuz/la/
bor aſſiduus ⁊ iuge ſtudiũ. vigilamus.lu
cubramus.⁊ cũ multa cerebri vertigine et
oculorũ leſione/libros totos euoluimus:
Exulamus vltro a pr̄ia dulci. charos pa/
rentes linquimus.eſtuamus.algemus.ſi/
ti fame pauperie ⁊ mille incōmodis affici
mur.dura quelibet ⁊ aſpera ꝑpetimur. Ad
quid iſta niſi vt vel in vna vel pluribꝫ pre/
dictaꝝ facultatũ excellentiā mercedis quā
pollicentur aſſequi valeamus? Et tñ obſe
cro in his omnibꝫ quid ꝑfectum.quid ſoli
dum.quid ve ſatiatiuũ.imo ſi veritas acri
iudicio metiat᷑/quid nō diminutuz inane
anxiũ ſupuacuũq; repies? Poteſt attñ tā/
ta nos efficacia/talis ſpes ex illis attrahe/
re imo ⁊ impellere vt in tot grauibꝫ ⁊ mole
ſtis ſtudioꝝ laboribꝫ gaudeamus iocũde
mur ⁊ exultemus. Quale hoc ⁊ quantum
eſt argumentũ o ſcientifici ⁊ ꝑcellētes viri
de eterna mercede ſanctoꝝ. ſi ſic tp̄ale ⁊ mo
mentaneũ nos cōdelectat premiũ de felici
tate patrie. Si ſic placere poteſt exiliũ val
lis miſerie. de veri ſummiq; boni ſup ple/
na guſtatione ſi tantũ ſaporis eſt in ei⁹ per
tenuiſſimo odore. Quāobrē oēs qui ſpe/
ratis in dño/quoꝝ ꝯuerſatio in celis eſt.q̄
ſapienti ꝯſilio nō facitis de naufrago ma/
ri portũ.de via vbi libet obſeſſa terminuz:
nec habetis hic manentē ciuitatē.ſed cum
aplo futurā inquiritis. Exultate qm̄ mer/
ces veſtra copioſa eſt in celis. ¶ Nō ſi diu
tius in paſſumpta ſimilitudine vera fari
libet.quatin⁹ ex his q̄ anim⁹ nouit. Sur/
gat ad cognoſcēda que nō nouit. et ꝑ ea q̄
didicit amare.diſcat ⁊ inuiſibilia diligere.
Oſtēdamus vt poſſumus in vniuerſitate
illa ſupceleſti que eſt mater noſtra ⁊ libera
ſm apl'm/ꝑfectiſſima ſynceriſſimaq; veri/
tate conſtare omnia q̄ in hac inferiori vni
uerſitate tanq̄ꝫ in eius figura quadā ⁊ ima
gine nō ſine multa impfectionis admixti/
one continent᷑. ¶ Nũquid vniuerſitas il/
la ſuperceleſtis/grammaticā habet/ſermo
nis cōgruitate elegantia ⁊ ꝓprietate venu/
ſtiſſimam? Nulla ſoloeciſmorũ barbariſ/
morumq; vitia.nulla barbaries incogni/
ta.nulla ſubinde verborum ſententiarũq;
ieiuna pauperies. Scd̄m hanc beatiſſi/
mi ſpiritus illi angelici ⁊ humani/quorũ
celebritas agitur: nũc mutuo nũc cuz deo
cogitatōnes intimas affectionesq; loquũ
tur ⁊ audiunt. Mutos eni aut ſurdos eos
quis dixerit? Cum audiat apl'm.i. Coꝝ.
xiij. Si linguis hominum inquit loquar
pariter ⁊ angelorum ⁊c.⁊ Iſaias refert ſe/
raphin clamare Sanctus.ſanctus.ſanct⁹
dominus deus ſabaoth.⁊ talia ſunt abſq;
numero. Verũ quomō fiat iſta locutio/qz
nuper ⁊ olim diſſeruiſſe quod ſentiebā me
mini.non repeto. Vos igitur qui grāma/
ticam diligitis Exultate quoniaz merces
veſtra multa ⁊c. ¶ Ad logicā vero tranſea
mus. Cuius officiuz eſt a falſo veꝝ diſcer
nere. Sed o veritas quanti apud nos re/
periunt᷑ fallaciarum laquei. quot falſigra/
phe et fucate ſophiſmatũ tendicule. Atue/
ro in vniuerſitate illa celeſti ⁊ mercede ſan
ctorum/abeſt omnis ab eorũ logica dece/
ptio. neq; falſum aliquod/ veri faciem aſ/
ſumit.nuda fulget veritas.et velamīe nul/
lo falſitas operitur. Siue beati illi vtan/
tur ſyllogiſticis enthymematicisq; diſcur
ſibus. Seu potius( vt quibuſdaz placet)
vnico rectoq; intuitu cognoſcant omnia:
vel in verbo tanq̄ꝫ ſpeculo luciduſſimo et
exemplari perfectiſſimo cuiuſlibet verita/
tis. Seu etiam in genere ꝓprio ⁊ hoc ꝑ ver
bum productũ in anima ad ſimilitudinez
verbi diuini.qđ in ſe ſimplex exiſtens ſen/
tentioſiſſimū eſt ⁊ numeroſe veritatis ex/
preſſiuũ. Qui igitur logicā excolitis Exul
tate quoniā merces veſtra copioſa eſt in ce
lis. ¶ Porro in rhetorica beatiſſimas at/
q; fecũdiſſimas incolas vniuerſitatis illi⁹
celeſtis abũdare certiſſimũ eſt. nō ad abu/
ſum qualis apud nos inuenimur. ad mē/
tiendũ facile.ad ridendum mordaciter.ad
fallendũ vafre ⁊ nequiter. ad nectendũ ca/
lũnias inſontibꝫ.deniq; ad attollendũ cō/
tra veritatem mendacium.ad confunden/
dum faſq; nefaſq;. Sed rhetorica talis
inibi regnat/per quam inceſſabili voce et
oratione decora iocũda et florida/in hym
nis omnimodis et pſalmis dei laudibus
occupantur. per quaz inſup ſancti oēs tā/
quā rhetores peritiſſimi et patroni aduo/
catiq; diſertiſſimi fideliſſimi et placidiſ/
ſimi/deflectunt iram iudicis. peccatoribꝫ
veniam.iuſtis gratiam/ et gloriam impe/
trantes. Nobis idcirco peccatoribꝫ quoꝝ

f

cauſa in quã perdita eſt/confugere ſaluber
rimum eſt conſilium ad tales eloquentiſſi
mos oratores. hodie ꝑcipue quoniã mul/
tiplicatis interceſſoribꝰ/deus abundanti/
am ſue pietatis fauorabilius largiet. Qui
igitur rhetoricam colitis exultate quoniã
merces veſtra copioſa eſt in celis. ¶ Cete
B rum. ſi mathematicales ſciẽtias geometri/
am loquor aritmeticã muſicam ⁊ aſtrono
miam in celis ponimus/nõ fallimur. non
ꝙ tales ꝑ omnia ſit vſus ſcientiarũ huiuſ/
modi apud illos/qualis apud nos exiſtit
Longe ꝑfectior eſt atq; diuinior. vbi om/
nia nude conſpiciunt facta in numero põ
dere ⁊ menſura. Muſicã pre ceteris ita il/
lic exerceri perſpicuũ eſt/vt non alia videa
tur ſapientiſſimo Auguſtino eſſe beatiſſi/
morum illorum ſpirituũ occupatio/ q̃ vt
pleni ſint modulis in laude ⁊ canore iubi
lo. vbi vna vox eſt letantiu; ⁊ vnus ardor
cordiu;. O felix illa ciuitas in qua magna
ſolennitas ⁊ in qua iocunda curia que cu/
re prorſus neſcia. Nam ſicut letantiũ om/
niũ habitatio eſt in te. Idcirco beati q̇ ha
bitant in domo tua dñe: in ſecula ſeculorũ
laudabũt te. ⁊ cantabũt canticũ nouum in
choro ⁊ tympano cordis et organo. Totꝰ
ꝑterea mũdus concinet auribꝰ beatoꝝ car
men pulcerrimũ et armoniã numeroſam
ſuaueq; reſonabit. Ita etiã vt qḋ mireris/
infernales gemitus ſtridores horridos et
rabidi vlulatus demonioꝝ concurrũt ad
integritatẽ melodie hmõi dulciſone. q2 in
inferno tenor eſt iuſticia. ⁊ in celo mollior
cantus miſericordia. Iuxta illud Miſeri
cordiã ⁊ iudiciu; cantabo tibi dñe. Qḋ ꝓ/
funde notatũ eſt in hymno paſchali. Lux
ei premittit: aurora lucis rutilat ⁊c̃. Sub
infert pro integritate carminis/gemẽs in/
fernus vlulat. Ampliꝰ eſſentialis beatitu/
do ſanctoꝝ inſtar tenoris cuiuſdã inenar/
rabilis ꝑſeuerat. Accidentalis vero inſtar
diſcantꝰ varij. Nũc intenſior accreſcit altiꝰ
nũc remiſſior depꝛeſſius ſonat. Qua ĩ re ni/
hil eſſe dicit deuotus Berñ. ꝙ magis ſta/
tu; glorie celeſtis repꝛeſentet/q̃ alacritas de
um laudantiũ eiq; iubilantiũ ⁊ exultantiũ
hilaritas. Hilaritatẽ intellige. nõ petulan
tem. effrenã. diſſolutã ⁊ neſcio quo lenoci/
nio notularũ. laſciuã et eiuſdẽ repetitione
faſtidioſam. quali ꝑſtrepunt magnatũ tẽ/
pla domus ſiue cõuiuia. Hec nempe hila
ritas in ſe plus libidinoſe ⁊ veſane diſſolu

tionis q̃ ſpiritualis ſuauitatis quicqua;
habet. Ipſa vero hilaritas deuotorum/ſo
bria eſt. grauis. modeſta. ⁊ miro ineffabili
q; dulcore rapiens animu;: dilatans ⁊ ab/
ſorbens. vt ſe iam nõ capiat in ſe deficiat.
fiatq; neſcio quis ſpaſmus extaſis vel ex/
ceſſus. vt alaudam ⁊ philomenã videre eſt
cadendo deficere. Uel tunc exultat animꝰ
id ẽ extra ſe ſaltat ꝑ geſtꝰ corꝑis decoros ta
men ⁊ iubilat inenarrabiliter. Hunc vero
muſicalẽ ſuccentũ/non admittit niſi puri/
tas cordis. verũq; illud. Laus iocũda de/
cora quonia; voci concanora puritas eſt
cordium. Ex his ⁊ alijs/que circa faculta/
tem artiũ agunt per que quid agit in celis
vtcũq; cognoſcimus. Colligite p. d. et. f. q̃
rationabiliter exhortat nos rector vniuer
ſitatis illius dicens Exultate ⁊c̃. ¶ Sub D
ſequenter obijcit noſtre conſiderationi fa/
cultas medicine cuius finis eſt ſanitas. reſ
omnium que hic optant deſideratiſſima:
quãq; innumerabiles ſint morborum ſpe
cies quibꝰ mederi ars humana nõ ſufficit
Satiſq; ad hanc rem probationis affert
ipſum ſeniu; quod vlla nequit arte reſtau
rari. Quid autem in celis vbi nec languor
nec ſeniũ. non mors. non eſtus febriu; ſed
perpetuo vigore iuuentutis quatuor do/
tes corpus ipſum ornant. perficiunt cõſo/
lidant. vt ſit ꝑfulgidũ. agile. peruiũ. pulcꝛ
impaſſibile. Exultate ergo quibꝰ cura eſt
ſanitatis: quoniam merces veſtra copioſa
eſt in celis. ¶ Sed eſt fortaſſe quiſpiã cui
regnorum ⁊ principatuũ placeret regimẽ
leges decretaq; cognoſcere. cognitas ad ci
uium pacem ⁊ amorem dirigere, ⁊ per has
coercere flagicioſos ⁊ premijs iuſtos alli/
cere. conformiter egregij poete quod ꝓ ſin
gulari laude romanis attribuit ꝑcere ſub/
iectis ⁊ debellare ſuperbos. eneid. vi. Sed
o quot anxietatibus ⁊ plerumq; fruſtra in
his laboratur: q̃ ſepenumero pro pace di
ſcordia. pro vnitate lites atq; diſſidia. pro
requie demũ inquietudo acerbiſſima ſub
oriuntur. vel ob oneroſam multitudinem
legum et inuolutam canonum perplexi/
tatem: Aut ꝙ ſubuertunt iudicũ animos
ſpes metus meror gaudium: Aut maxie
quia ꝑuerſi difficile corrigunt. et ſtultoꝝ ĩ
finitus eſt numerꝰ. Sic certe ſtultoru;. vt
gloriẽt cũ malefecerint ⁊ exultent in rebꝰ
peſſimis. Qualiter exultant ſi me interro/
gas: quia profecto extra naturam ſuam et

in beluinā brutalitatē ſeſe deijciunt ⁊ om/
nis exultatio talis maligna ē Ja.iiij. Sꝫ
o vere beata ciuitas illa/celeſtis vniuerſi/
tatis. vbi rex vnus/deus eſt. vnica lex cha
ritas. ⁊ hec pace eterna colligat ſuos ciues
et opulentiſſima paſcit in requie. obeditur
ꝗꝫ prophetice monitioni. filie ſyon exultēt
in rege ſuo. Exultate ⁊ vos quoniaꝫ mer.
veſt. cop. ⁊c̄. ¶ Ad poſtremū/conuertamꝰ
oculos mentis ad diuinaꝫ illam ſacramqꝫ
theologie facultatem/per quā bonum he/
roicum ⁊ diuinum cōtemplando adipiſci
ſatagimus. ⁊ ſane ſic adipiſcimur dum ver
borum doctrinam/operibus cōpleamus.
Tunc enī exultabimus id eſt extra nos in
celum ⁊ deum ſaltabimus ⁊ leuabimꝰ nos
ſupra nos ad inſtar ſolitarij. Et hic obſe/
cro ⁊ obteſtor vos per hodiernaꝫ que ma/
gna eſt celebritatē/et per illum q̇ ait Beati
qui aud. verbum dei. et cuſt. il. Et rurſus.
Qui ex deo eſt/verba dei audit/quatinus
ſuſtineatis me modicū adhuc in ſermone
meo. ¶ Nunc enī ad altiora ꝓfundioraqꝫ
hodierni euangelij myſteria ꝑgere diſpo/
ſui. ⁊ niſi me mea fallit eſtimatio libenter
J audietis. ¶ Sūmus itaqꝫ theologꝰ ⁊ do/
ctor noſter Jeſus chriſtus. ī doctrina ſua
ſublimiſſima/⁊ a cōmuni hominū ſapien
tia alieniſſima/in euangelio hodierne cele
britatis/ſeptē ſaltus edocuit/ſub numero
ſeptem beatitudinū. per quos itur in celū
et copioſa merces apprehendit̄. nūc in ſpe
ſcꝫ/et preguſtatione quadam ſpiritus. tan
dem ī re ⁊ plena perfectaqꝫ fruitione. Hec
ſunt teſtimonia domini de quibus ꝓphe/
ta. hereditate adquiſiui teſtionia ⁊c̄. Hec
eſt myſtica iacob ſcala. vbi beatus ille vir
cuiꝰ eſt auxilium abs te/nunc aſcenſiones
in corde ſuo diſpoſuit ⁊ vadit de virtute ī
virtuteꝫ/donec videat̄ deus deoꝝ in ſyon
Et ꝗuis vnicus in genere ſit ſaltus queꝫ
Aug. poſuit amorem dei vſqꝫ ad contem/
ptum ſui. ſicut ecōtra amor ſui vſqꝫ ad cō/
temptū dei mergit in infernū. nihilominꝰ
ſeptuplex hic gradꝰ aut ſaltus in ſpecie nu
merat̄: quibꝫ exultant id eſt extra ſe ſaltant
et ſaliūt/ſancti in gloriā celeſtis mercedis
et per eos deducit dn̄s populū ſuū in exul
tatione. dn̄s ille qui aſcendit iter pandens
ante eos. qui exultauit vt gigas ad curren
dam viā a ſum. ce. egreſ. eiꝰ ⁊c̄. ¶ Primus
ſaltus eſt: a rebꝫ iſtis ſenſibilibꝫ ⁊ diuitijs
mūdanis/abſtractio. duꝫ ipa ponit ſeipaꝫ

ſuper res iſtas tꝑales in altioraqꝫ ſurgit et
fit celo ꝓximior. Hoc faciūt paupes/diui/
tias ꝯtēnentes ⁊ ſubiectas pedibꝫ humi/
lis affectionis cōculcantes. Ex oppoſito
viri diuitiaꝝ/eis miſero modo ſuppeditā
tur. ⁊ ſicut onus graue ꝑ cupiditatis mo/
lem grauant̄ ſuper eos. ꝓpterea diuitie ſūt
eis quaſi mola aſinaria ad collum ſuſpen
ſa. qua/nitentes ſurſum ſaltare/retorquen
tur in ꝓfundum. quēadmodū de ſaxo ſizi/
phi/ poetica eſt fictio. Et apl̄ica vox cla/
mat. Qui volunt diuites fieri/ incidūt in
temptationē ⁊ in laqueū diaboli. Noli igi
tur et non ſarcina diuitiarū et cupiditatis
viſco in celos ſaltare. tutiꝰ (mihi crede) cō/
ſilium eſt/vt paupertatem ſpūs arripias/
leuem expeditā ⁊ liberam. qm̄ ſi Jſaie cre/
dis pauperes homines/in ſancto iſrael ex
ultabunt. ¶ Secundū ſaltuꝫ operat̄ ſcd̄a
beatitudo mititatis ſeu māſuetudinis. Et
hic fit nō tm̄modo ſuꝑ res iſtas tempales
quinetiā ſuꝑ ipſos hoīes/ qui nobis vici/
niores ſunt. a quibꝫ plerūqꝫ grauat̄ ſalta/
tor celeſtis iniurijs. moleſtationibꝫ. contu
melijs probriſqꝫ. Sed in hoc ſaltu ſuper
homines et ipoꝝ incōmoda/erigit̄ homo
per manſuetudinē. ⁊ ſic erigit̄: vt in eo ni/
hil turbationis inferre valeant. nihil leſio
nis. ſed a talibꝫ iniuriarū inſultibꝫ ſurſum
magis impellit̄/et dei cooꝑatione attollit̄.
Probat hoc/verbuꝫ pſalmiſte. Exaltauit
manſuetos in ſalutem. Et iterū ſuſcipiēs
manſuetos dn̄s. ſuſcipiens expone ſurſuꝫ
capiens. humilians aūt peccatores ⁊ ſubij
ciens vſqꝫ ad terraꝫ. Hinc exclamatio illa
ad dn̄ꝫ. Exultatio mea. i. ſaltatio mea. erue K
me a circūdantibꝫ me. ¶ In tertio gradu
ſcale beatifice ⁊ myſtice ꝯſtituitur ſaltator
noſter celeſtis/dum tranſilit ꝓpriū corpus
et exemplo Abrae egreditur de domo pa/
tris ſui. qui in primo ſaltu reliquerat ter/
ram ſuā. et in ſcd̄o cognationē ſuā. ꝯformi
ter ad verba ſcripture in Geñ. Egredere d̄
terra ecce ſaltū ſuper opes terrenas. Et de
cognatione tua. ecce ſaltum ſuꝑ hoīes co/
gnatos ⁊ affines. Et de domo patris tui.
Ecce ſaltum ſuꝑ ſenſus ꝓprios corpales.
Quid enim cōgruentius ſignificat domꝰ
patris/ꝗꝫ contubernium ꝓprij corporis?
Quiſquis vero ad hūc gradū tertiū molit̄
aſcendere/ vt ſalubriter lugeat neceſſe eſt.
Cur ita vt lugeat? Quia certe niſi ꝑ fletuꝫ
lachrimarum/exoneret̄ ſenſualitas/malis

cupiditatibꝫ intro naſcentibꝫ/ ex putri fo/
mitis corruptione. ⁊ niſi diluuio aquaꝝ
taliũ/ ſũmergant egyptij vitiorũ/ cõfeſtim
ſenſualis pharao cũ equitibꝫ ſuis animã
iſraeliticã ſurſũ nitentẽ ꝯprehẽdit. ꝯphẽ/
ſam circũligat funibꝫ peccatoꝝ. ⁊ circũliga
tam trahit ⁊ deturbat in dãnatoĩs abyſſuꝫ
Ueraciterqꝫ tunc põt exclamare miſerabi
lis homo talis. Quoniã iniquitates ſuꝑ/
greſſe ſunt caput meũ. ⁊ ſicut onus graue
grauate ſunt ſuꝑ me. Et rurſus. Intraue/
runt aque vſqꝫ ad aĩam meã. infixus ſum
in limo ꝓfundi ⁊c̃. Sed tanto diſcrimini
quale ꝓpinabit remediũ? Utiqꝫ luctꝰ et la/
chrime. Ad quid ita? Ut reductis aq̃s ma
ris aq̃s. ſ. amare penitudinis ſuꝑ egiptios
ſenſualitatis. aſcendat aĩa gratulabũda li/
bertate/ ꝑ deſertũ huiꝰ infelicitatis/ in terrã
celeſtis ꝓmiſſionis. Recogitet vehemẽter
ꝓfunde ac frequẽter ſtatũ ſuũ. conditionẽ
ſuã finẽ ſuũ. Audiat q̃ꝫ terribilis in ꝯſilijs
deus ſuꝑ filios hoĩm. Penſet q̃ꝫ incerta ſu
per ipſam ſunt diuine ſeueritatis ſeu miſe/
ricordie iudicia. Clamat ꝓinde cũ Ancel/
mo. Heu vbi ſum. ⁊ vbi nõ ſum. quoniaꝫ
vbi futura ſum neſcio. Ponat aſſidue co/
rã oculis ſuis in lumĩe fidei/ quãta eã ſi re
cte vixerit merces manet ĩ cel'. Si nãtũ/ q̃ꝫ
horrẽdo addicienda eſt ſupplicio. Sic o
dñe exultauerũt filie iude aĩe videlicet cõfi
tentes ꝓpter iudicia tua. Sic poſt fletum
et lachrimas exultationẽ inducis Thob.
iij. Sic ꝓinde qui ſeminãt in lachrimis/ ĩ
exultatione metẽt. Hec eſt exultatio cũ tre
more ꝑ quã anima deſerit ꝓpriam carnali/
tatis domũ ⁊ ab omnibꝫ voluptatũ illece/
brarũqꝫ tenacibꝫ vinculis ſemet abſoluit.
Et ſiquidẽ tres iſti gradus ſcale nr̃e euan
L gelice incipiẽtes reſpiciũt. ¶ Subſequẽs
gradus ꝓficientes decet. quem ꝑ quartum
beatitudinis ſaltũ attingimus. Et hic eſt
eſuries ſitiſqꝫ iuſticie. Hic anima ſeipam
exit et deſerit. dum affectu ꝯmodi ſepoſito
nõ iam querit q̃ ſua ſunt. Sed affectione
iuſti/ tota ſuccendit ⁊ ipſius eſurie ſitiqꝫ tor
quet dicens. Concupiuit aĩa mea deſide/
rare iuſtificatiões tuas in omni tp̃e. cũ illis
de quibꝫ ꝓpheticꝰ ſermo eſt ad dñm. in iuſti
cia tua exultabũt. ſicut exhortat alibi. Ex/
ultate iuſti in dño. Iuſtos accipe qui eſu/
riũt ſitiũtqꝫ iuſticiã. Tũc hoc agit anima.
tũc exilit ⁊ exultat. dum eleuata triplici gra
du priori/ videt adhuc q̃ꝫ longe ſit ab illa
iuſticia beatoꝝ. q̃ꝫ impar exiſtat tali tante/
qꝫ retributioni gratiarũ et laudũ. qualem
et quantã apud ſe meret creator ſuus. repa
rator ſuus/ ꝓtector ⁊ ſaluator ſuꝰ. et agno/
ſcens imꝑfectum ſuũ. iam nõ in ſe manet.
ſed clamãs exultat. Deficit caro mea ⁊ cor
meũ. deus cordis mei ⁊ pars mea deus in
eternũ. ¶ Priuſqꝫ ad vlteriora pergamus
attendere libeat ſub palpabili manuducti
one/ qualiter in meditatione noſtra ſic ex/
ardeſcit ignis dilectionis diuine. quemad
modum in ipſa lignorũ exuſtione proſpi/
cere eſt. de quibꝫ in pſalmo. Exultabũt om
nia ligna ſiluarũ a facie domini: qui ignis
conſumens eſt ſꝫm alium prophetã. Pri/
mo omniũ/ conſumitur humiditas extrin
ſeca/ aliunde concreta. conformiter ad ab/
iectionem diuitiarũ. Dehinc cortex vicini
or cuꝫ ſuo humore reſoluitur. habes ſcðm
gradum. Subinde calor intimius agens
penetrat poros. eoſqꝫ ab humore natura/
li ſenſim euacuat. habes tertium. Dein/
ceps dominat ignis ſuper lignuꝫ/ adeo q̃
propriã incipit deſerere formã ſubſtantia/
lem. habes quartũ. Relinquit tandem car
bo viuus. vbi iam non eſt fumalis euapo
ratio. non flãma ſub obſcurior/ quẽadmo
dum in prima duplicitate. Nec eſt ibi vo/
latilis ſcintillarũ crepitus. non rapax aut
ſonorus vel ſtridulus ardor velut in tertõ
gradu ⁊ quarto. Sed illic eſt igneitas que
dam perlucida ⁊ quieta. totũ carbonẽ ſuc/
cendens illuminãs ⁊ tranquille poſſidẽs
incorporans ⁊ vniens. Ubi tres inueni/
es reliquos gradus/ plus ratione q̃ꝫ tem/
pore diſtinguibiles. ardorem videlicet. ful
gorem. ⁊ quietũ viuificũqꝫ calorem. ¶ Et
hic ſtatus/ reſpicit tres nouiſſimos gradꝰ
ſcale euangelice. ſꝫm tres ſaltus beatitudi/
nis trine. qui gradus ⁊ ſaltus ſunt ꝑfecto/
rum. qui iam vltra ſemetipſos abeũtes/ cũ
angelicis etiam ſpiritibꝫ conuerſant in ce/
lis ⁊ pedibus ſincere contemplationis in
ipſo deo gradiũtur ⁊ exultant. ¶ Nec mi/
reris ſi extra ſe animã in deo ſaltare poſue
rim. cum dicat Grego. angelos in deo cur/
rere. et maria in cantico. Exultauit inquit
ſpiritus meus in deo ſalutari meo. qð eſſe
futurũ/ vnus prophetarũ Abacuc poſue/
rat. Exultabo ait in deo Ieſu meo. et apo/
ſtolus. Siue inquit mente excedimꝰ deo
⁊c. ¶ Sunt plane in ipſa etiam trinitate D
(ſi dicere fas ẽ) ſꝫm tria appropriata: tres

animaꝝ ſaltus ſiue exultationes/cōformi
ter ad tres nouiſſimas beatitudines. Pri-
ma exultatio eſt miſericordiſſimi amoris
in ſpiritu ſancto. qualiter exultauit xp̄s in
ſpiritu ſancto. ſicut habetur Luce. x. Pro-
pterea beati miſericordes qꝛ miſericordiā
que ſp̄ui ſancto ꝓpria eſt/conſequētur. Se
cundam exultationeꝫ intelligo puriſſime
et mundiſſime cognitionis. in filio. in quē
credentes (inquit petrꝰ) exultabitis leticia
inenarrabili. Idcirco beati mundo corde
quoniā ipſi deū videbunt. In tertia exul-
tatione eſt pacatiſſima ⁊ imperturbabilis
quies in ipſo patris ſecretiſſimo altiſſimo
qꝫ refugio Naꝫ beati pacifici quia filij dei
vocabunt̄. Si filij ⁊ heredes. heredes qui
dem dei. coheredes aūt xp̄i. ¶ Tunc in pa
ce facte eſt locus anime. habitatio eius in
ſyon. Ibi filie ſyon filie pacis/ exultant in
rege ſuo. Et quelibet ſecura dicit In pace
in id ip̄m dormiā ⁊ requieſcā. Ad hanc in
uitabat apoſtolus ad Coloſſenſ̄ ſcribens
Pax xp̄i exultet in cordibꝰ veſtris. Hinc
Petrus dicit. bonū eſt nos hic eē. Et pau
lus. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cum xp̄o. Hic re
quieſcit anima in monte ſancto domini.
Hic rachaele mortua/ amantiſſimus dn̄i
beniamin naſcitur in mentis exceſſu. Hic
in celo mentis ſereno/apparet ſignum ma
gnū/mulier amicta ſole. ⁊ luna totius mu
tabilitatis/ſub pedibꝰ eiꝰ. Hic eſt pax que
exuperat omneꝫ ſenſum. in qua pace ſi ꝑfici
atur/conſiſtit felicitas et ſanctoꝝ merces.
ſm̄ deductionē Aug. Hic abraam ad ho-
ſtium tabernaculi in feruore diei deum ſu
ſcepit in angelis. Hic Jacob/vitioꝝ ſup-
plantator/in lucta fortis eſt erga deum. et
carnalitatiſ neruꝰ in femore marceſcit. Hic
moyſes diuinā intrat caliginē. Hic aaron
ꝓpiciatoriū federis ⁊ ſancta ſanctoꝝ intrat
Hic helyas ad hoſtium ſpelunce videt do
minū in ſibilo aure tenuis poſt vehemen-
tem ſpirituꝫ. ⁊c̄. Ideꝫ poſtmodū in igneo
curru amoris in celuꝫ ſubuehitur. Hic di-
cit dauid in mentis exceſſu/omnis hō mē-
dax. Hic ſanctuariū dei intrans cōſiderat
nouiſſima peccatoꝝ. Hic ſalomon euectꝰ
dum clamauit Vanitas vanitatum ⁊ oīa
vanitas. Hic anima oſculatur deū oſculo
